Preſtado al Pe. miguel Vasquez del colegio dela Compa. de IHS de Granada

B/142/49

# SYNTAGMA IVRIS VNIVERSI,

## ATQVE LEGVM PENE OMNIVM GENTIVM, ET RERVMPVBLICARVM PRÆCIPVARVM, IN TRES PARTES DIGESTVM.

*In quo diuini & humani Iuris totius, naturali, ac noua methodo per gradus, ordinéque, materia vniuerſalium & ſingularium rerum, ſimúlque iudicia explicantur.*

Auctore PETRO GREGORIO Tholoſano, I. V. Doctore, & olim in Academiis Cadurcenſi & Tholoſana profeſſore, nunc verò in Lotharingica Pontimuſſana eorundem Iurium profeſſore & decano.

*Hæc editio poſt Auctoris ipſius recognitionem, auctionem & emendationem: Nunc denuò ab innumeris mendis, tam in textu, quàm in margine exactiſſimè repurgata, emaculata, nouis ſubinde notis, Argumentis aucta, & alijs inſuper ornamentis illuſtrata: Tertium nunc in lucem prodit.*

CVM INDICE RERVM ET VERBORVM COPIOSISSIMO.




BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

*LVGDVNI,*

Apud IOAN. PILLEHOTTE, ſub ſigno nominis IESV.

*M. D. XCVII.*

Cum Priuilegijs Cæſareæ Maieſtatis, & Regis Galliarum Chriſtianiſſimi.

Prestado al Pe miguel Vazquez
del colegio de la Compa de IHS de Granada
R/14749

# SYNTAGMA IVRIS VNIVERSI,

## ATQVE LEGVM PENE OMNIVM GENTIVM, ET RERVMPVBLICARVM PRÆCIPVARVM, IN TRES PARTES DIGESTVM.

*In quo diuini & humani Iuris totius, naturali, ac noua methodo per gradus, ordinéque, materia vniuerſalium & ſingularium rerum, ſimúlque iudicia explicantur.*

Auctore PETRO GREGORIO Tholoſano, I. V. Doctore, & olim in Academiis Cadurcenſi & Tholoſana profeſſore, nunc verò in Lotharingica Pontimuſſana eorundem Iurium profeſſore & decano.

*Hæc editio poſt Auctoris ipſius recognitionem, auctionem & emendationem: Nunc denuò ab innumeris mendis, tam in textu, quàm in margine exactiſsimè repurgata, emaculata, nouis ſubinde notis, Argumentis aucta, & alijs inſuper ornamentis illuſtrata: Tertiùm nunc in lucem prodit.*

CVM INDICE RERVM ET VERBORVM COPIOSISSIMO




BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

*LVGDVNI,*
Apud IOAN. PILLEHOTTE, ſub ſigno nominis IESV.
*M. D. XCVII.*

Cum Priuilegijs Cæſareæ Maieſtatis, & Regis Galliarum Chriſtianiſſimi.



# PRINCIPVM, ET IMPERATORVM OMNIVM DOMINO, VNIVERSARV'MQVE RERVM

existentium Auctori, ſuo Mæcenati omnipotenti, adorandóq; Deo,

P. GREGORIVS.

*VARIAE, & propemodum innumeræ de ſummo bono finéque hominum præcipuo proditæ ſunt ab humanis ingenijs ſententiæ, adorande Mæcenas: & quamuis vnicus ſit ſcopus, vnáve veritas, ad quam non niſi vnica via peruenire poßimus, aberrandi tamen ab ea patent vndecunque aditus. Homines vt plerunque affectibus aguntur, & quandiu his quæ ſummoperè deſiderant, appetitus faſcino mentis constrictam aciem habent: tandiu ea probabiliora eſſe ſibi perſuadent, alióſque in eandem opinionem pertrahere conantur. Qui ambitione, & honorum cupiditate ventóve ſuperbiæ impelluntur, ij principum mortalium ſceptra mirantur, & extollunt: & vt participes vel modici honoris, vel fauoris fiant, ingeniorum ſuorum monumenta ſcripta, operámque ijſdem tanquam numinibus conſecrant, & adulationibus aures illorum deliniunt, ſeipſos autem præcipites conculcant, & nihilominus ſibi ita plaudunt. Nec erubeſcunt Christiani, heroes, quibus libros ſuos dicant, numina, & tutelares deos, & auxiliares, & id genus pluribus nominibus, quæ à Christiano abhorrent appellare. Quinimò ſiquis exemplo bonorum Christianorum nomen Dei ſuis ſcriptis præponat, chachinnant, &, vt vno verbo dicam, ſe peiores Ethnicis, qui ab eo Ioue, quem putabant Deum, initium faciebant, perfricta fronte profitentur. Miſera certè horum cæcitas, vt lethalis ægritudo quæ non ſentitur, non valde distans ab affectibus eorum, qui carmina cudunt, & idolorum nomina priſcorum, Dei nomine ſceleſtißimè & impudenter inſigniunt: imò adhuc illis Idolis non contenti alia confingunt, & meretrices quaſdam ſeu amaſias cultu diuino donant, deas dicunt, ſe adorare aſſerunt. Transferuntur alij à via recta pecunijs, habendi cupiditate: & isti ſummo bono, plura poßidere, constituunt, animi monumenta nihili faciunt. Alijs alij inuoluti, alia laudant & ſequuntur: & pauci ſunt, qui & ſe & bonorum auctorem norint: aut ſi norint, facilè eius obliuiſcuntur. Et ſi quid boni egerint, ſi quid ingenij*

*eruditioniſve conſequantur, nolunt vel neſciunt vel erubeſcunt fateri à quo habuerint: & ingrati, à Deo in homines, fructus, & laudem falsò traducunt. Ego, Mæcenas adorande, nunquam erubeſcendum putaui ſua cuique reddere aut profiteri per quem profeceris. Et ſatius eſſe duxi abſtinere ab erroribus vulgi, quàm eos imitari: mihi planè conſcius quot beneficia à te indignus acceperim, nullis mortalium opibus aut conſilio adiutus. Et certè quod de ſuis dijs confictis dicebant antiqui, rectius de te vero Deo dictum puto ab Euripide *,*

* In Hercule furente actu 5.

Θεοὶ δ' ὅταν τιμῶσιν οὐδὲν δεῖ φίλων
ἅλις γὰρ ὁ θεὸς ὠφελῶν ὅταν θέλῃ, id eſt,
Deus cùm fauet non eſt opus amicis,
Satis enim eſt Deus iuuans nos ſi velit.

*Et proinde ſi quæ ſint in iuris Syntagmate, quæ digna lectu, quæ vtilia Reipublicæ futura ſint, vt tua tibi conſecro, tua tibi reddo, à te ſumpſiſſe profiteor: & rogo vt tua iuues, nec calumniari patiaris. Reliqua autem, quæ humana ignorantia, & cæcitate perperam aut malè cohærent, emendari iubeas. Quid enim diffitear, cùm mortalis ſim, errare non poſſe? Nec iniuria principes affici puto, ſi ea quæ ipſi vel nihili faciunt, vel quæ equis & ludicris poſtponunt, illis non offerantur. Vnuſquiſque ſui ſimilibus gaudet, dat cenſus honores. At tibi humilia placent, eáque promoues, ſuperba deijcis.*

* * *

ELEN

# ELENCHVS SINGVLORVM LIBRORVM, ET CAPITVM PRIMAE ET SECVNDÆ PARTIS SYNTAGMATIS, IVRIS VNIVERSI.

*LIB. I.*

*De rebus in genere.*


Cap.
1 DE ſummaria in vniuerſum rerum conſideratione. Pag. 1.
2 De Terra. 2
3 De Aqua. ibid.
4 De legibus aquarum. 4
5 Aëre. 5
6 De Igne. 6
7 De Elementis quatuor. ibid.
8 De compoſitione corporum. ibid.
9 De compoſitorum corporũ diſtinctione. 7
10 De incorporalibus. 9
11 De forma & eius regulis. 10
12 De dominio, proprietate, & poſſeſsione. 12
13 De poſſeſsione. 13
14 De rerum diuiſione, ratione dominij & poſſeſsionis: & paraſceue ad ſequentem librum. 16


*LIB. II.*

*De rebus diuini iuris.*


Cap.
1 DE Sacroſanctis Eccleſijs. 18
2 De rebus Eccleſiaſticis, & primùm de fide Catholica. 21
3 De Sacramentis in genere. 22
4 De Baptiſmo. 23
5 Confirmatione. 28
6 De Sacroſancta Euchariſtia. ibid.
7 De Extrema vnctione. 31
8 De Pœnitentia. 32
9 De Indulgentijs. 36
10 De Matrimonio. 37
11 De Ordine. ibid.
12 De ſacris Lipſanis. ibid.
13 De Cœmiterijs, & ſepulchrorum iure. 39
14 De religioſis & ſumptibus funerum, & de mortuo inferendo, & luctu. 41
15 De Xenodochijs, & alijs pijs locis. 44
16 De ferijs, feſtiſque, & profeſtis diebus. ibid.
17 De vigilijs Eccleſiaſticis. 49
18 De obſeruatione ieiuniorum. 50
19 De Primitijs. 52
20 De Decimis. 53
21 De annatis. 55
22 De decimis parœchis debitis, & earum inſtitutione. ibid.
23 De quibus decimæ Eccleſiaſticæ debitæ à parœchis, & de inſtitutione earum. 56
24 De perſonis, à quibus ſoluendæ decimæ. 57
25 Quibus ſoluendæ decimæ. 58
26 De ipſa decimatione, modo, & tempore decimandi. 59
27 De alia ſpecie decimarum, quæ ſeparabatur à bonis per laicos. 60
28 De bonis Eccleſiæ temporalibus extra decimas & primitias. ibib.
29 De muris & portis ciuitatis. 62


*LIB. III.*

*De publicis rebus humani Iuris, & de rebus vniuerſitatis.*


Cap.
1 DE his quæ tractanda ſunt in hoc libro
2 63
2 De pecunijs publicis, ſiue rebus fiſci, & de ærario. ibid.
3 Cauſæ quæ iuſtam impoſitionem & exactionem vectigalium, tributorum, & penſitationum publicarum faciunt. 65
4 De finitione ſubſtantiali rei fiſcalis, & diſtinctione generali rerum fiſcalium. 68
5 De penſitatione canonis publici. 69
6 De oblatione. 71
7 De indictionibus. ibid.
8 Quæ perſonæ immunes ſunt à vectigalibus. 73
9 De portorijs ſeu vectigalibus in ſpecie. 76
10 De quibuſdam rebus, ex quibus nomine tributi vel vectigalis, fiſcus quædam accipiebat. 77
11 De theſauris inuentis in fiſcũ inferendis. 79
12 De hæreditatibus, aut portionibus illarum in fiſcum delatis. ibid.
13 De vijs publicis. 81
14 De mari & fluminibus publicis. 82
15 De bonis patrimonialibus principis à fiſco colligendis, & de paſcuis. 83
16 De ſyluis & nemoribus. 84
17 De compendijs fiſcalibus pœnalibus. 85
18 De compendijs ex pœna eorum qui ciuitates ſuas relinquunt. 86

19 De compendio fiſcali ex cœlibatu. 87
20 De alijs pœnis deferendis fiſco.
22 De ædificijs & operibus publicis ſeu vniuerſitatis. 88
23 De fontibus, & aquæ ductu. ibid.

*LIB. IIII.*

*De rebus ſeruientibus & liberis.*

Cap.
1 DE ſeruitute prædiorum in genere. 90
2 De ſeruitutibus debitis à rebus perſonis: & primum de vſu & habitatione. 91
3 De vſufructu. 93
4 De rebus, in quibus vſusfructus conſtituitur. 96
5 De acquiſitione & extinctione vſusfructus. ibid.
6 De diuiſione ſeruitutum realium prædiorum. 98
7 De ſeruitutibus vrbanis, primùm de ſeruitute oneris ferendi, de parietibus, & de his quæ admouentur illis, balneis, tabulis, fornacibus, latrinis, cloacis. ibid.
8 De ſeruitutibus vrbanis, tigni immittendi. 101
9 De ſeruitute vrbana ſtillicidij immittendi, vel non aduertendi. 102
10 De ſeruitutibus vrbanis altius tollendi & non tollendi, & officiandi luminibus, & de proſpectu & lumine. ibid.
11 De ſeruitute luminum, & iure immittendi, & habendi feneſtras in pariete vicini. 103
12 De ſeruitute vrbana protecti & proiectus. 104
13 De ſeruitute vrbana proiiciendi aquam, vel quiſquilias. 109
14 De ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, ſemitæ, itineris, viæ, & actus. 106
15 De aquæ ductu. 107
16 De aquæ hauſtu. 109
17 De ſeruitute prædij inferioris excipiendi aquam ex ſuperiori profluentem. ibid.
18 De ſeruitute ruſtica appulſus pecoris ad aquam. 111
19 De ruſtica ſeruitute iuris paſcendi. ibid.
20 De ſeruitutibus alijs ruſticorum. 112
21 De conſtitutione ſeruitutum. ibid.
22 De actionibus pro ſeruitutibus introductis. 114
23 De amiſsione ſeruitutis & eius peremptione. 116
24 De vicinis.
25 De reſtitutione operis nocentis in priſtinam formam, & de eo quod vi aut clam. 118
26 De damno infecto. 119
27 De operis noui nunciatione. 121
28 Quibus & contra quos fiat nunciatio noui operis. 122
29 De modo & formis nunciationis noui operis. 123
30 De effectu nunciationis noui operis. ibid.
31 Quot modis operis noui nunciationis prohibitio extinguatur. 124

*LIB. V.*

*De rebus communibus, confuſis & proprijs diſtinguendis.*

Cap.
1 DE diuiſione rerum priuatarum in communes, confuſas, & proprias. 126
2 De communium rerum diuiſione, ſeu de communi diuidundo. ibid.
3 De diuiduo & indiuiduo. 127
4 De diuiſione per familiæ erciſcundæ iudicium. 129
5 De finium regundorum iudicio. 131

*LIB. VI.*

*De feudalibus rebus, & de feudis.*

Cap.
1 REerum alia diuiſio, in allodiales, & cenſuales. 133
2 De feudi finitione & diuiſione. 134
3 De feudis, quæ non propriè feuda dicuntur. 136
4 De feudo nobili, & non nobili. 138
5 De feudo Eccleſiaſtico, & ſeculari, & alijs ſpeciebus. 140
6 De rebus in feudorum cauſa conſiderandis. ibi.
7 De perſonis à quibus conſtituuntur, & quibus dantur feuda: & de Imperatoribus, Regibus, Ducibus. 143
8 De comitibus. 145
9 De comitibus, qui prouincias adminiſtrabant, & qui nunc feuda habent: & de Marchionibus. 147
10 De Baronibus. 149
11 De Caſtellanis & Valuaſſoribus & vaſſis. 150
12 De ſexu conſiderando in feudis. 151
13 De baſtardis, alijſque perſonis in feudo notandis. 152
14 De modo conſtituendi feudum, & de inueſtitura. 153
15 De perſonis, quæ in feudi inueſtitura conſiderantur, & de fidei ſeu homini præſtatione. 155
16 Præſtationis iuramenti, fidelitatis, & hominij vtilitates. 158
17 De acquiſitione feudi per ſucceſsionem particularem inter viuos. 159
18 De acquiſitione feudi per ſucceſsonem defuncti. 160
19 De cauſis, cur beneficia feudalia conceſſa ſunt, & extinctione, vel reuocatione beneficij. 161
20 Anacephaleoſis eorum quæ ingratitudinem excuſant vaſſallorum, & culpabilem & ingratum reddunt dominum. 164
21 Poſt feudi priuationem, ad quem reuertatur. 166
22 De controuerſijs, & iudicijs f dorum. 167



# SECVNDAE PARTIS SYNTAG. IVRIS VNIVERSI

## ELENCHVS.

*LIBER VII.*

*De perſonis, & primùm de ſtatu perſonarum naturali.*

Cap.
1 DE homine & perſonis in genere. Pap.3
2 De diuiſione perſonarum, ex ſexu. 5
3 De alia generali & naturali hominum diſtinctione. 10

*LIB. VIII.*

*De diſtinctione perſonarum ex generatione, & de ſponſalibus.*

Cap.
1 DE coniũctione maris & fœminæ permiſſa & vetita, & de perſonis inde natis in genere.
2 De Sponſalibus. 11
3 Cur ſponſalia præcedere nuptias bonum viſum ſit.
4 De perſonis quæ pro aliis ſponſalia contrahunt. ibid.
5 De ætate & qualitate ſponſi & ſponſæ. 14
6 De his quæ ſponſalibus accidunt. ibid.
7 De arrha & ſponſalitia largitate, & donatione propter nuptias. 15
8 De proxenetriis & oſculo ſponſaliorũ. 17
9 De ſolutione ſponſaliorum. 19

*LIB. IX.*

*De Matrimoniis & nuptiis.*

Cap.
1 DE nomine iudiciorum: & ſynonimis matrimonij. 21
2 Nuptiarum finitio, & de vita polygamia, & vago concubitu. ibid.
3 De coniunctione & conſenſu, quæ in nuptiis requiruntur. 23
4 De indiuidua matrimonij, & diuini, & humani iuris ſocietate. 26
5 De ritibus nuptiarum. 28
6 Rationes, cur nuptiæ duorum tantùm, & quare tot ritibus & cæremoniis initientur & probentur. 32.
7 De iuſtis & prohibitis nuptiis propter ætatem coniugum. 36
8 De cõſanguinitate, & affinitate in genere. 37.
9 De perſonarum diſtinctione, quæ ex coniunctione maris & fœminæ naſcitur: & de conſanguinitate vel cognatione. 38
10 De affinitate. 41
11 De prohibitione nuptiarum ratione conſanguinitatis & proximitatis. 43
12 De impedimentis contrahendi matrimonij de furore, & errore, frigiditate, & metu. 46.
13 De aliis impedimentis matrimonij propter diuerſitatem qualitatum perſonarum. 47
14 De prohibitione matrimonij Eccleſiaſticarum perſonarum. 48
15 De ſolutione matrimonij. 49
16 Num iure diuino diſſolui poſsit matrimonium. 51
17 De his quæ accedunt matrimonio, dote, antiphernis, paraphernis. 53.
18 De dotis finitione. 54
19 De oneribus matrimonij. 56
20 De reliquis oneribus matrimonij. 58
21 Axiomata quædam nuptiarũ cõmunia. 60
22 De dotis repetitione ſoluto matrimonio. 61
23 Quando non eſt locus reſtitutioni dotis, vel in toto, vel pro parte. 63
24 De priuilegiis dotis in hypotheca, & aliis. 65
25 De donationibus inter virum & vxorẽ. 66
26 De ſecundis nuptiis. 68

*LIB. X.*

*De perſonis extra legitimam coniunctionem natis, & nominatis.*

Cap.
1 DE concubinis. 74
De meretricibus. 75
3 De filiis ex illegitimis coniunctionibus natis. 79
4 De filiis legitimatis, ſeu de legitimatione nothorum. 82
5 De filiis legitimis tantum. 83
6 De adoptione & arrogatione. ibid.

*LIB. XI.*

*De perſonis ſui vel alieni iuris.*

Cap.
1 DE libertate & ſeruitute in genere. 87
2 De poteſtate in liberas perſonas. 98
3 De communi mariti & vxoris in domeſticos poteſtate. 90

4 De poteſtate mariti in vxorem. 91
5 De patria poteſtate. 93
6 Quibus modis contrahitur & oritur patria poteſtas. 95
7 De iure matris in filios 96
8 Iura vel effectus patriæ poteſtatis. 97
9 De vtilitatibus, quas filius capit ex poteſtate patria. 100
10 De ſolutione patriæ poteſtatis. 101

## LIB. XII.

*De tutoribus, & tutelis.*

Cap.
1 De tutoria poteſtate, & tutelis in genere. 103
2 De finitione tulæ. 104
3 De officio, cura, & adminiſtratione tutorum. 105
4 Quæ perſonæ tutelam gerere poſſunt. 107
5 De ſuſpectis tutoribus. 109
6 De excuſationibus legitimis tutoribus. ibid.
7 De diuiſione tutelæ, formuliſque tutorum in vniuerſum. 111
8 De teſtamentaria tutela & eius confirmatione, & de tutoribus teſtamentarijs & confirmatis. ibid.
9 De legitima tutela, & de illa quæ agnatorum eſt. 112
10 De legitima parentum tutela. 113
11 De patronorum legitima tutela. 114
12 De fiduciaria tutela. ibid.
13 De datiua tutela, & de Atillianis, aliiſque tutoribus. 115
14 De tutoribus honorarijs, & notitiæ cauſa datis. 117
15 Quibus modis tutela finitur. ibid.

## LIB. XIII.

*De curatoribus, & cura eorum.*

Cap.
1 De differentia & conuenientia tutelæ, & curæ: & quot ſpecies curæ. 119
2 De curatoribus pupillorum. ibid.
3 De curatoribus minorum 25. annorum. 120
4 De reſtitutione in integrum minorum. ibid.
5 De curatore mente captorum, & furioſorum. 121
6 De curatore prodigi. 124
7 De curatore ventris. ibid.
8 De curatore bonorum. 125
9 De actoribus & adiutoribus tutorum, vel curatorum. ibid.
10 De actionibus tutelæ & curæ, directis & vtilibus ciuilibus, & prætorijs. ibid.
11 De contrarijs actionibus tutelæ & curæ. 129
12 De alijs curatoribus publicis in ſumma. 130

## LIB. XIV.

*De ſeruis, & liberis, iureque dominorum.*

Cap.
1 De liberis & ſeruis in vniuerſum. 131
2 De ſeruitutibus finitione. 132
3 De cauſis & rationibus legitimæ ſeruitutis, & ſeruorum diſtinctione. 133
4 De iuribus & vtilitatibus dominicæ poteſtatis. 135
5 Quibus modis ſerui liberentur à dominica poteſtate. 136
6 De ſolutione ſeruitutis dominis inuitis, vel præter eorum voluntatem. 137
7 De ingenuis & libertinis. 138
8 De patronis & iure patronatus libertorum. 139
9 Quibus modis ius patronatus amittitur. ibi.
10 De iure patronatus clientelari, & eius perſonis, colonis adſcriptitijs, & cenſitis. 140

## LIB. XV.

*De perſonis Eccleſiaſticis maioris & minoris dignitatis.*

Cap.
1 De præſtantia poteſtatis Eccleſiaſticæ in laicam. 142
2 De Epiſcopis in vniuerſum. 143
3 De ſummo Pontifice ſedis Apoſtolicæ. 144
4 De Cardinalibus. 148
5 De Patriarchis Chriſtianis, & primùm de Conſtantinopolitano. 150
6 De Patriarcha Alexandrino. 151
7 De Patriarcha Antiocheno. ibid.
8 De Patriarcha Hieroſolymitano. ibid.
9 De Patriarchatu in genere. 152
10 De primatibus. ibid.
11 De Archiepiſcopis. ibid.
12 De Epiſcopis. ibid.
13 De Abbatibus. 159
14 De Monachis. 160
15 De legibus quibuſdam monaſticis. 163
16 Propter quid, & quare monaſteria, & vita monaſtica. 165
17 De monialibus ſeu veſtalibus ſacris quædam. ibid.
18 De Prioribus & Præpoſitis. 167
19 De Cancellario ſeu magiſtro ſcholarum. ibid.
20 De Archidiacono. ibid.
21 De Archipresbytero, & decanis. 168
22 De primicerio eccleſiaſtico, cantore & præcentore. 169
23 De præbẽdatis & canonicis vtriuſq; ſexus. 171
24 De curionibus rectoribus, parochis, plebanis, & vicariis. 172
25 De coadiutoribus. 174
26 De intitularis. ibid.
27 De penſionario. 175
28 De nomenclatura piorum [h]ominum qui piis locis regendis præficiu[n]t[ur]. ibid.

29 De

29 De capellanis, capellis, & oratoriis. 179
30 De præſtimonio, obitu, & obituariis. 181
31 De operario ſeu æedituo ſacro. ibid.
32 De collegiatis. 182
33 De collegiis & conuentibus ſacrorum militum: & primùm de Templariis. 183
34 De militibus cruciferis hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani. 184
35 De aliis cruciferis militibus, & piis equitum ſocietatibus. 185
36 De habentibus manualia beneficia. 187
37 De vicariis temporalibus, officiali & aliis. ibid.
38 De commendatariis. ibid.
39 De officiariis Eccleſiaſticis, & primùm de theſaurariis ſeu ſacriſtis. 189
40 De œconomo, & vicedomino, ſyndico, & aliis. 190
41 De officiis quarundam perſonarum ratione iuriſdictionis, & earum appellationibus. 191
42 De officiariis quibuſdam ſedis apoſtolicæ, vicecancellario, camerario, ſecretariis, protonotariis, & aliis. ibid.

## LIB. XVI.

*De perſonis ſacris ordinibus initiatis, & de earum ſacerdotiis.*

Cap.
1 De ordinatis in genere, & de clericis. 194
2 De ordinibus hierarchiæ Eccleſiaſticæ in genere. 198
3 De oſtiariatu, & oſtiariis. ibid.
4 De lectoriatu, & lectore. 199
5 De exorciſta. 200
6 De acolytis. 202
7 De diacono & ſubdiacono. ibidem
8 De presbytero, ſacerdotio, & presbyteratu. ibid.
9 De perſonis quæ ordines conferunt. 206
10 De perſonis quæ ordinari poſſunt. ibid.
11 De modo & forma ordinationis faciendæ. 209

## LIB. XVII.

*De perſonarum ex cauſa beneficiorum diſtinctione, & de beneficiis.*

Cap.
1 Tractatorum in hoc libro ſumma. 210
2 De finitione beneficij. ibidem
3 De diuerſa beneficiorum nomenclatura, vnde perſonæ eccleſiaſticæ diuerſas appellationes capiunt. 212
4 De iure patronatus Eccleſiæ. 213
5 De erectione, ſeu conſtitutione beneficiorum. 216
6 De collatione beneficiorum. 218
7 De qualitate conferentium beneficia. 222
8 De iuribus regaliorum. 224
9 De iure deuoluto. 226
10 De reſeruationibus beneficiorum. 230
11 De mandatis apoſtolicis ad beneficia, & de mandatariis. 231
12 De modis legitimis dandi beneficia Eccleſiaſtica. 233
13 De confirmatione electionis. 238
14 De conſecratione, & benedictione. ibid.
15 De collatione beneficiorum in genere, & in ſpecie. dehinc de collatione libera, & eius formis. 239
16 De collatione neceſſaria, ſeu non libera. 242
17 De vacatione beneficiorum. 243
18 De modo renunciationis. 247
19 De vacatione per mortem titularij. 248
20 De beneficio litigioſo. ibid.

## LIB. XVIII.

*De publicis & aliis ſecularibus perſonis.*

Cap.
1 De principibus generaliter, & de illegitimis. 250
2 De legitimis principibus. 251
3 De populo. 254
4 De Magiſtratibus in genere. ibid.
5 De perſonarum priuatam vitam agentium generibus. 255
6 De prophetis & diuinis. 256
7 De philoſophis. 257
8 De mathematicis. 259
9 De phyſicis, & metaphyſicis. ibid.
10 De perſonis vacantibus ſpeculatiuis rationalibus ſcientiis. ibid.
11 De Iuriſconſultis. 260
12 De gerentibus munera ciuilia, & eorum generali diſtinctione. ibid.
13 De honoribus municipalibus, & diuerſa ex illis perſonarum diſtinctione. 261
14 De munere, officio, & poteſtate decurionum, & priuilegiis eorum. 265
15 De optionibus. 266
16 De duumuiris. ibid.
17 De magiſtratibus municipalibus. 267
18 De defenſoribus ciuitatum. 268
19 De legatis. ibid.
20 De appellatione hominum ratione munerum, & de muneribus ſine honore. 269
21 De artificibus diuerſis. 271
22 De architectis. ibidem
23 De agricolis. 273
24 De paſtoribus. 275
25 De medicis. 276
26 De variis artificibus obiter. 277

## LIB. XIX.

*De militaribus perſonis, & re militari.*

Cap.
1 De militibus & paganis, & militia inermi. 279
2 De militia armata. 280
3 De perſonarũ militantiũ diſtinctione. 282

4 De ſacramento militari, & miſsione a militia.
5 De legibus militaribus. 287
6 De annona militari. 286
7 De veſte militari. ibid.
8 De hoſpitiis militum. 288
9 De prædiis & caſtris militibus aſsignatis. 286
10 De officiis militum, & pœnis in illis delinquentium. ibid.
11 Leges circa ſegnitiem militum. 291.
12 Delictorum aliorum in militibus pœnæ ex aliis obſidibus. 292
13 De obſidibus. 293
14 De negotiis, & priuilegiis militum. 294
15 De peculio caſtrenſi. ibid.
16 De priuilegiis perſonis militum conceſsis & veteranis. 295
17 De priuilegiis militum circa illorum iudicia. ibid.
18 De magiſteria militari dignitate. 296
19 De collegiis militum. 298.

*Finis Elenchi librorum & capitum primæ & ſecundæ partis Syntagmatis iuris vniuerſi.*

IN PRIO

# IN PRIOREM ET SECVNDAM SYNTAGMATIS IVRIS VNIVERSI PARTEM PERIOCHA.

*DEVS optimus maximúſque, primùm ex nihilo cœlum & terram creauit: poſtea diſtinctis & perfectis rerum formis, hominem qui rebus omnibus præeſſet, formauit: & ad eum (vt ſecundùm rei cuiuſque propriam naturam commodè imperaret, & iuxta cuiuſque conuenientem modum proſpiceret) adduxit animalia cuncta, vt videret quid vocaret ea. Geneſ. 2. Homo vltimus creatione, ſed perfectum creationis opus, centrum totius vniuerſi, & in quo omnes circunferentiæ, omnéſque omnium rerum naturæ coniunguntur, & præcipuum quod habent, contribuunt. Et proinde homo qui orbis dominationem humanam ſuſceperat, quí-ve ſociis & æqualis naturæ hominibus præeſſe debebat, rerum omnium cognitione ab initio in ſui primordio ornatus à Deo fuit. Sciebat ille quid bonum erat in ſingulis, quandiu ſuperioris & creatoris & Domini mandatum obſeruauit: illúdque bonum ſufficiebat ad bene imperandi tunc ſcientiam. Cæterùm inuidia hoſtis, qui ob ſuperbiam de loco præſtantiſsimo beatitudinis præceps in abyſſum impietatis actus fuerat, deceptus, voluit & malum cum bono cognoſcere: ſicq; miſer ille & nimium mulieri credulus, in ſe, quid malum eſſet, periculum fecit magna cum poſterorum pernicie. Et ita boni ſcientia & lumen intelligentiæ, quod ex pura anima mentem illuſtrabat, ab infecta malo anima in tenebras decidit, & veluti cæca cœpit à malo in peius ſemper deficere: ſicq; ætas peior auis genuit nos nequiores, mox datura progeniem vitioſiorem. Miſertus eſt Deus huius homuncionis, & pluribus modis lapſam hanc fragilem naturam teſtaceam, reſtituere ſuo priſtino ſplendori aggreſſus eſt: intrinſecus mentes humanas excitando & illuſtrando, & extrinſecus plura præcepta per ſe & verbi ſui nuncios præſcribendo: & poſtremo loco mittendo filium ſuum vnigenitum, verum Deum, & carne aſſumpta verum quoque hominem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui voluntatem patris manifeſtiùs explanauit, & abſcondita reuelauit, noſtræq; ſeruitutis redemptionem operatus eſt & ſalutem, reconcilians nos Deo patri: atque ſimul bona præcipua quæ obliti eramus, cognitionem rerum & ſui ipſius, nota fecit, vt Deum ipſum cognoſceremus. Quamobrem ante Domini noſtri Ieſu Chriſti deſcenſum de cœlis, & aſſumptionem noſtræ carnis, ante prædicationem & legem eius, nunquam boni & æqui vera & perfecta cognitio haberi potuit: neque apud ipſos Iudæos, quorum ex parte maxima velata erat mens, & ſecreta & incognita erant myſteria illis familiaria. Quæ poſtea palàm facta, omnium figurarum velo & vmbris depulſis. Fateor tamen etiam nunc infinitam propemodum multitudinem inter mortales eorum, qui in errore antiquo & cæcitate inueterata degunt: & inter Chriſtianos quoque ſponte adhuc plures eſſe, qui peiores illis ſint. Verumtamen non ideo minus lucet diuinæ ſapientiæ inter homines iubar, quòd iſti ſpontè cæci eſſe velint: nec ſolis ſplendor ideo deficit, quòd quidam vias & feneſtras eius radiis occludunt. Sed eò magis pernicioſiores, quò oblatam Dei notitiam conſultò reiiciunt vel ſigniter vt recipiant, ſe parant, Expedita certè nunc boni & æqui ratio, vna regula concepta: vt omnia, quæ cogitamus, dicimus & facinus, ſint Dei voluntati & mandatis eius conſona. Hoc eſt præceptum illud, Si vis ad*

*vitam*

vitam ingredi, ſerua mandata. quæ conſiſtunt in dilectione Dei & proximi. Cæterùm quia difficile eſt aliunde hominem exuere, & quia plerunque quæ meliora ſunt probamus, ſed deteriora ſequimur, pluráque ſunt, quæ veluti nubes ſolem, ſic mentem per affectus obnubilant, perturbationibus confundunt, & ex ſingularium negotiorum formis dubitandi cauſam dant num voluntati Dei quæ noſtra ſunt conſentiant, conſtituti ſunt legiſlatores, principes, & magiſtratus ſpiritualis & ſecularis poteſtatis, qui voluntatem explicent pro modo occurrentis cauſæ, cui proſpiciendum eſt. Oritur autem cauſa dubij, vel à rebus ipſis, vel à perſonis, vel ab actionibus ſeu negotiis perſonarum, vt docuimus in libro de arte iuris cap.41. Idcirco ius quod tractare nunc inſtituimus abſolutum omnibus ſuis membris, videlicet quod complectitur omnia iura diuina & humana, tres partes principales habet. Prior eſt de rebus, altera de perſonis, altera de actionibus ſeu negotiis compoſitis ex rebus & perſonis. Vna tamen methodo, Deo iuuante, prima mediis & vltimis connectimus, vt partes omnes ordine naturæ ſeſe conſequi videantur. Præponimus res perſonis, non tanquam nobiliores, ſed creationis & originis ſeriem ſequuti: primum enim creatæ ſunt res, dehinc perſonæ, & poſtea negotia ſeu actiones prodierunt. Hæc tria ſeparatim primùm, vt ſimplicia: dehinc, vt compoſita ex ſubſtantia propria & accidentibus, quæ in conſiderationem & quæſtionem Iuriſconſultis & legiſlatoribus venire poſſunt, Deo eodem iuuante, perſcrutabimur, ea naturali ſeruata conſecutione, vt vnius tractatio ex altera naſcatur. Cuius Syntagmatis imaginem paucis lineis compactam, memoriæ cauſâ offeram.

Prioris partis primus liber, res omnes tibi vnico rei nomine contineri generaliter explicat, & vnum id eſſe genus, cap. 1. Poſtea diuidit in corporales, & intelligibiles ſeu incorporales. corporales in ſimplices, & compoſitas materia & forma: ſimplices, in quatuor elementa. Et de his explicat elementatam ſeorſum terram cap.2. aquam, cap.3. & 4. aërem cap.5. ignem cap.6. prout in iure vſurpantur: & diſtinctiones eorum, & hæc ipſa quatuor ſtatim ſimul cap.7. Vnde fit tranſitus ad compoſita corpora, quæ à quatuor elementis fiunt: docentur modi compoſitionis phyſicæ rerum in indiuiduo, & mixtiones, confuſiones, & ciuiles hominum compoſitiones cap.8. Compoſitione edocta, habes diuiſionem compoſitarum rerum, in inanimatas, & animatas: & rurſum earundem ſpecies, & quomodo iura conſiderant eaſdem cap.9. Accedit incorporalium rerũ membrum, & que incorporales ſint docet, cuius occaſione & diuiduas & indiuiduas explicat cap.10. Et hactenus conſidero res ex ſubſtantia naturali, vel ex his quæ ſubſtantiam reſpiciunt: ſubinde accidentia occurrunt, quibus inter homines diſtinguuntur, & conſiderantur. Accidentium autem illorum præcipuum fundamentum eſt, poſſeßio & dominium verum, vel fictum, plenum, proprietas, vſusfructus, & vſus, quæ explico cap. 12. Vt poſſeßionis ſpecies cap.13. Et hæc tractatio continuo pari tres dictas diuini & humani iuris, nempe quæſtionem, quæ ſint in dominio ſeu poſſeßione, vel iure Dei aut hominum, quas tibi diſtinguimus, cap.14.

Explicamus libro 2. res diuini iuris, ſacras, publicas, priuatas, religioſas, & ſanctas per 29. cap. habes inter ſacras explicatum de templis, cap.1. fide catholica, cap.2. de ſeptem ſacramentis, cap. 4.5. 6.7.8.9. 10.11. de ſacris lipſanis, cap.12. religioſa cœmiteria, cap.13. & 14. Xenodochia, cap.15. ferias, feſta, cap.16. vigilias eccleſiaſticas, cap.17. ieiunia, cap.18. primitias, cap.19. decimas quadruplicis generis, cap. 20.21. 22. 23.24.25. 26.27. eccleſiaſtica alia bona, cap. 28. & ſancta, portas, muróſque ciuitatum, cap.29.

In tertio, res humani iuris, publicas, & vniuerſitatis percurrimus: & inter publicas explicamus tributa & vectigalia, eorúmque originem, & rationem, cap.2.3.4. de canone, cap.5. de oblatione, cap.6. indictione, ſuperindictione, cap.7. ~~et 8~~. Et in ſingulari de portoriis, cap. 9. & aliis vectigalibus, cap.10. de compendiis quæ applicantur fiſco ex aliquibus rebus, de quibus etiam notionem tradimus, vt de theſauris, cap.11. de compendiis hæreditatum, albanagij, vacantium bonorum cap.12. viarum publicarum, cap.13. paſcuorum, cap.15. confiſcationum ex delicto, cap.17. 18.19.20. de mari, de fluminibus publicis, cap.14. de ſyluis & nemoribus, cap. 16. de ædificiis & operibus publicis, cap. 21. de fontibus & aquæductu, cap.22. quorum etiam aliqua poſſunt dici communia vniuerſitatis, cap.21.

binde

Subinde expectabis in 4. lib. de rebus priuatis, quæ ſingulorum ſunt: inſtituitúrque ſermo in eo, de rebus quæ liberæ ſunt, & quæ ſeruiunt aut perſonis aut rebus aliis ſeu prædiis, cap. 1. & inibi de vſu, habitatione, & vſufructu, & aliis commoditatibus perceptis ex rebus per perſonas, cap.2. de vſusfructus natura & diſtinctione ab vſu, & eorum actione, cap.3. in quibus conſtituantur, quomodo acquirantur & amittantur, cap.4. & 5. de ſeruitutibus vrbanis, oneris ferendi, cap.7. tigni immittendi, c.8. ſtillicidium immittendi, auertendi, c.9. altius tollendi vel non tollendi, c.10. luminum, cap.10. & 11. protectus habendi, c.12. & aquam eiiciendi, c.13. Item de ruſticis ſemitæ, itineris, via, actus, c.14. aquæductus, c.15. aquæhauſtus, c.16. excipiendi aquam, c.17. appulſus pecoris ad aquam, c.18. pecoris paſcendi, c.19. arenæ fodiendæ, calcis coquendæ, cretæ eximendæ, cap.20. & aliis, de conſtitutione ſeruitutum, c.21. de actionibus pro illis, c.22. de amißione illarum, cap.23. Atque his annectimus earum rerum notionem, quam neceſſario cognoſci operæpretium eſt, pro explanandis ſeruientibus rebus, de vicinis, cap.24. de reſtitutione operis nocentis citra ius ſeruitutis facti, & remedia quod vi aut clam, cap.25. de damno infecto, c. 26. de operis noui nunciatione, cap.27. & quibus & à quibus nunciatio hæc fiat, c.28. effectum, c.29. & formas nunciandi. c.30. & modos quibus nunciatio extinguitur, cap.31.

Iterum facilioris doctrinæ gratia, ſubdiuidimus alio lib.5. res ſeruas aut liberas, in communes, confuſas, & proprias, cap.1. Et explicatis ſingulis, de communium agimus diuiſione, ſeu de iudicio communi diuidundo, cap.2. de diuiduo & indiuiduo, cap.3. de familiæ erciſcundæ, cap.4. & finium regundorum iudiciis, cap.5. agitur.

Subiicitur deinde lib.6. aliud membrum rerum liberarum explicandum, & diuiduntur res liberæ, in allodiales, cenſuales, emphyteoticarias, & feudales, c.1. De ſingulis agitur ſtrictim & remißiuè, de feudis in hoc libro latius, ſeu de rebus feudalibus, & ea ratione inſtituitur methodica tractatio de finitione & diuiſione feudorum, cap.2. Et quæ propriè feudales res, quæve impropriè annotatur; quæ dignitatis, quæ noua feuda antiqua, paterna, materna, hæreditaria, realia, ligia, recta. Quæ impropriè feuda, vt non recta, franca, libera, habitationis, ſoldatæ, de cumera, de cauena, gardiæ, gaſtaldiæ cap.3. Et rurſum, quæ nobilia, ignobilia, c. 4. Eccleſiaſtica, ſecularia, c.5. Perpendimus res quæ in feudum dari poſſunt, ſtipendiaria, & tributaria prædia, c.6. Et perſonas quæ ex rebus titulos habent, & res diuerſas indicant feudales, quæ dant vel poßident feuda, Imperatores, reges, duces, cap.7. comites, c 8. marchiones, c.9. barones, c.10. caſtellanos valuaſſores, valuaßinos, vaſſos, c.11. mulieres, c. 12. Et harum perſonarum ætates, legitimam vel ſpuriam natiuitatem, c.13. Modos conſtituendi vel acquirendi feuda, & inueſtituram, & formam ſeu ſymbolum eius, c.14. iuramentum fidelitatis, c.15. vtilitates horum, c.16. ſucceßionem particularem, c.17. teſtamentariam, c. 18. extinctionem vel ademptionem beneficij feudalis, c.19. negotia ingratitudinis, c.20. Finem quo reuertatur res feudalis, c.21. & controuerſias & iudicia harum rerum, cap.22. Et hîc prioris partis operis huius conſtituimus periodum.

---

## Secunda iuris vniuerſi Syntagmatis pars.

ABſoluta prima iuris parte de rebus, peruenitur ad perſonas ſeu homines, in quibus rerum corporalium & incorporalium fit coniunctio & epitome, vt docemus, & poſtea diuidimus ſexũ in maſculum & fœminam, hermaphroditos, & eunuchos, quorum ſpecies, modum, & ſanctiones, quæ ad illos pertinent, explicamus, cap.1. & 2. Nugas eorum, qui homines non Adamicos conſtituerunt reprobamus: indicantes quæ de nymphis, pygmeis, ſatyris, ſphyngibus, tritonibus, & de ſimilibus monſtroſis animalibus hominis formam aliquantum referentibus, credendum ſit, cap.3. de lelithimis & fatidicis mulieribus.

Hiſque prætermißis, ad Adamicos & veros humanos homines, conſtantes corpore & anima immortali, ſermonem lib. 8. referimus, adhibita prima & præcipua ex natiuitate, ſeu ex coniunctione maris & fœminæ diſtinctione, quam vel legitimam vel illegitimam conſtituimus.

Et ex

Et ex legitima coniunctione naturali, filios abſolutè naſci: ex illegitima autem alterius generis partus oſtendimus, videlicet, ſpurios, vulgò quæſitos, naturales tantùm, inceſtuoſos, nefarios, adulterinos, cap.1. In his rurſum legitimam coniunctionem, vt originem prolis tractamus, de ſponſa, ſponſo, & ſponſalibus, cap.2. Et cur præcedere ſponſalia matrimonium ſeu nuptias ſoleant, cap.3. qui quæve per ſe vel per alios ea contrahant, cap.4. quæ horum qualitates, cap.5. & quæ accidunt ſponſalibus, cap.6. de arrha, ſponſalitia largitate, donationibus ante nuptias, c.7. proxenetriis, oſculo, cap.8. ſolutione ſponſaliorum, cap.9.

Subinde lib.9. de nuptiis agitur, de ſynonimis matrimonij, cap.1. de finitione, inſtitutione, ex vago concubitu, cap.2. de coniunctione & conſenſu nubentium, & parentum illorum, c.3. de ſocietate indiuidua, c.4. ritibus & ſpeciebus vxorum, c.5. rationes introductarum nuptiarum, c.6. Et de perſonis quibus prohibentur propter ætatem, c.7. propter conſanguinitatem vel affinitatem, c.8. qua occaſione & conſanguineas & affines perſonas declaramus, cap. 9.10.11. Et alias prohibitarum nuptiarum cauſas proſequimur, erroris furoris, frigiditatis, maleficij, c.12. & ſimiles, c.13. Potiſsimùm eccleſiaſticarum perſonarum, c.14. de diſſolutione & modis abeundi à matrimonio iuris naturæ, ciuilis, diuini, & pontificij, c.15. & 16. de acceſſoriis nuptiarum, dote, paraphernis, & antiphernis, c.17. & 18. de oneribus matrimonij, c.19. & 20. Et aliis nuptiarum axiomatibus, c.21. de dote repetenda, c.22. vel non repetenda ſeu lucranda, c.23. de priuilegiis dotis ratione hypothecæ vel cauſarum aliarum, c.24. de donationibus inter virum & vxorem validis & inutilibus, cap.25. de repetitis nuptiis, & de his quæ in illis nocent binubis, cap.26.

Decimus liber, aliud membrum perſonarum ex illegitima coniunctione natarum abſoluit, & parentes & partus illegitimos declarat, agitq́ de concubinis, c.1. meretricibus, c.2. & illarum naturalibus, ſpuriis, inceſtuoſis, adulterinis, nefariis, c.3. & qui reſtitui natalibus, & quibus modis legitimari poſsint, c.4. Ad legitimos tantùm ſubinde deſcendo per ſpiritualem cognationem, cap.5. vel per adoptionem & arrogationem, c.6. quomodo fiant breuiter tradens.

Vndecimus, poſtquam iam præcedentes perſonas veluti naſcentes nobis propoſuerunt, perſonarum veluti natarum qualitates proſequitur: & ſtatum naturalem, gentium, & ciuilem exhibet & diſtinguit liberorum, ſeu ingenuorum, ſeruorum, libertinorum, c.1. agitq́ vnà de poteſtate in liberas perſonas generaliter prius, cap.2. & ſpeciali nota in domeſticos, cap.3. in vxorem, cap.4. in filios, cap.5.6.7.8.9.10.

Hunc excipit 12. agens de poteſtate tutorum in pupillos: & tutelarum explicat cauſam qui in ſua tutela & aliena ſint, c.1 quid tutela & qualis eius authoritas, c.2. officium, c.3. qui gerere tutelam poſsint, c.4. qui ſuſpecti ab ea reiiciuntur, c.5. qui excuſantur, c.6. quæ tutelarum ſpecies, cap.7. declarans teſtamentariam, c.8. legitimam, c.9. vtramque & parentum. c.10. & patronorum, c.11. & fiduciariam, c.12. Datiuam, Attilianam, & alias, modumq́ dandi & confirmandi ex his legibus tutores, c.13. honorarios tutores & notitiæ cauſa datos, c.14. & finem tutelarum, c.15.

Et ſeriem ſequitur 13. liber, agens de curatoribus diuerſæ ſpeciei, c.1. pupillorum, c.2. minorum, c.3. & eorum reſtitutione, c.4. mente captorum, ſtultorum, furioſorum, c.5. prodigorum, c.6. vẽtris, c.7. honorum, c 8. publicarum rerum, c.12. & de adiutoribus tutorum vel curatorum, c.9. actionibus directis, c.10. & contrariis tutelæ & curæ, cap.11.

Ad poteſtatem in ſeruos incidit liber 14. Et qui ſint liberi & ſerui natura, vel hominum conſtitutione docet, c.1. Seruitutem diffinit, c.2. quomodo fiant aut naſcantur ſerui, demonſtrat, cum cauſis ex quibus probata eſt perſonarum ſeruitus, c.3. Iura ſimul & vtilitates poteſtatis dominicæ, c.4. & quot modis ſoluatur illa poteſtas volentibus dominis, c.5. vel inuitis, c.6. quomodo ſolutione illa libertini fiant & ab ingenuis diſtinguantur, c.7. qui inde patroni dicantur & iura eorum, c.8. & quando illa amittuntur, c.9. Et data occaſione, de iure patronatus clientelæ agit, c.10.

Quindecimus liber de perſonis Eccleſiaſticis agit, de præſtantia poteſtatis earum, c. 1. de Epiſcopis in vniuerſum, c.2. de ſummo pontifice gentilium, Iudæorum, & Chriſtianorum, c.3. de cardinalibus, c.4. patriarchis Conſtantinopolitano, c.5. Alexãdrino, c.6. Antiocheno, c.7. Hieroſolymitano, c.8. & de patriarchatu in genere, c.9. de primatibus, c.10. Archiepiſcopis, c.11. Epiſcopis

in ſpecie

in ſpecie, & choreſpiſcopis, c.12. abbatibus, c.13. & eorum monachis, c.14. legibus monaſticis, cap.15. cauſis inſtitutionis monaſteriorum, c.16. déque monialibus, c.17. prioribus & præpoſitis, c.18. cancellario, c.19. Archidiacono, c.20. Archipresbytero & decanis, c.21. primicerio, cantore, præcentore, chorodidaſcalis, choragis chorodectis, c.22. præbendatis canonicis vtriuſque ſexus, c.23. curionibus, ca. 24. coadiutoribus, c.25. intitulatis, c.26. penſionariis, c.27. Orphanotrophis, & piorum locorum ſeu hoſpitaliorum præpoſitis, c.28. capellanis, capellis, oratoriis, c.29. præſtimonium habentibus & obituariis, c.30. operariis ſeu ſacris æditui s, c.31. de collegiatis, c.32. de conuẽtibus ſeu ſocietatibus ſacrorum militũ, vt de tẽplariis, c.33. cruciferis hoſpitalariis ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, c.34. & de aliis ſacris militibus, c.35. de habentibus beneficia manualia, c.36. de vicariis tẽporalibus, officiali, c.37. commendatario, c.38. de officiariis Eccleſiaſticis, vt de theſaurariis, c.39. œconomis, & vicedomino, ſyndico, & aliis, c.40. de officiariis ordinariis, c.41. & ſedis apoſtolicæ. c.42.

Liber 16. perſequitur perſonas ſacris ordinibus inauguratas, clericos, c.1. eorúmque ordines, c.2. oſtiarios, c.3. lectores, c.4. exorciſtas, c.5. acolytos, c.6. Subdiaconos, diaconos, c.7. presbyteros ſeu ſacerdotes gentilium, Iudæorum, Chriſtianorum, c.8. & qui ordinare poſsint, c.9. & qui ordinari, c. 10. & de modo & forma ordinationis, c.11.

Subinde lib.17. beneficiorum & perſonarum quæ ab illis accipiunt nomẽ, euoluit tractationem, quíd ve ſit beneficium explicat, c.2. & eorum ſpecies, c.3. ius patronatus eccleſiaſticum, c.4. beneficiorum erectionem, c.5 collationem, c. 6. & de qualitate conferentium, c.7. de iure regaliorum, c.8. de iure deuoluto, c.9. de mandatis ad beneficia & mandatariis, c.10. de modis legitimis dandi eccleſiaſtica beneficia electione, collatione, poſtulatione, c.11. de confirmatione electionis, cap.12. conſecratione, & benedictione, c.13. de collatione libera, c.14.15. neceſſaria, c.16. de vacatione, cap.17. per modum renunciationis, c.18. & per mortem, c.19. de beneficio litigioſo, c.20.

In lib.18. perſonæ potiſsimùm publicæ & aliæ declarantur, quæ ad publicam pertinent authoritatem: principes legitimi & illegitimi, c.1. & 2. agitur & de populo, c.3. & magiſtratibus in genere, c.4. de priuatis, c.5. de prophetis & vatibus, c.6. de philoſophis, cap.7. mathematicis, c.8. de phyſicis, c.9. de iis qui ſpeculatiuis vacant diſciplinis, c. 10. de iuriſconſultis, c. 11. de gerentibus publica munera, c.12. & 16. & de honoribus municipalibus & diuerſa appellatione eorum qui ea gerunt, c.13. & 20. de decurionibus, c.14. optionibus, c.15. duumuiris, c.17. de defenſoribus ciuitatis, c. 18. de legatis, c.19. de artificibus, c.21. de architectis, c.22. de agricolis, c.23. paſtoribus, c.24. medicis, c.25. variiſque aliis artificibus, c.26.

Tandem in lib.19. de perſonis militaribus & iis quæ ad artem militarem ſpectant, tractatur: & agitur primùm de militibus & paganis, déque militia duplici. c.1. & 2. de militãtium diſtinctione, c.3. de ſacramento militari, vt de miſsione, c.4. de legib. militaribus, c.5. de annona, c.6. de veſte militari, c.7. de hoſpitiis militum, c.8. de prædiis & caſtris eorum, c.9. déque officiis & pœnis, c.10. & circa ſegnitiem eorum legibus, c.11. vt & circa alia delicta, c.12. de obſidibus, c.13. de priuilegiis, & eorum negotiis, c.14. de caſtrenſi peculio, c.15. déque aliis eorum priuilegiis, c.16. & 17. de magiſteria militari dignitate, c. 18. & collegiis militum, c.19. Et ſic manus imponitur extrema ſecundæ parti quæ perſonas complectitur, & qualitates earum.

SVMMA

## *Summa Priuilegij Cæſareæ Maieſtatis.*

DIPLOMATE RVDOLPHI II. Romanorum Imperatoris ſemper Augusti, cautum eſt Antonio Gryphio Bibliopolæ Lugdunenſi, ne quis in vniuerſis ditionibus ipſius Cæſareæ maieſtatis, locis atque ciuitatibus tam ſacro Romano Imperio, quam cæteris regnis, dominiis & prouinciis eius mediatè vel immediatè ſubiectis niſi ipſius Gryphij, eiúſve hæredum permiſſu. *Syntagma Iuris vniuerſi Legum penè omnium gentium & Rerumpublicarum præcipuarum in tres partes digeſtum* item *Commentaria in libros difficiliores Syntaxeon artis mirabilis, &c. Authore Petro Gregorio Tholoſano Iuris vtriuſque Doctore & Profeſſore publico in Academia Tholoſana*, excudere ante decennium, à die qua finita erit impreſsio prima, computandum: vel ea quæ excuſa fuerint exemplaria vendere atque diſtribuere publicè vel occultè, aut quouis alio prætextu, auſit. Alioqui ſibi præter amiſsionem librorum, multam decem marcharum auri puri, irrogatam eſſe ſciat, imperiali fiſco, & ipſi Antonio Gryphio, vel eius hæredibus, aut ab illo mandatum habenti, ex æquo perſoluendam. Dat. Pragæ xvij. Aprilis, M. D. LXXXI.

*Subſignat.* *RODVLPHVS.*

Ad mandatum ſacræ Cæſ. maieſtatis proprium.
P. OBERNBVRGER.

*Ex conſenſu dicti Gryphij, Ioanni Pillehotte.*

## Extraict du priuilege du Roy de France & de Pologne.

*PAr grace & priuilege du Roy, il eſt permis à Iean Pillehotte Marchand Libraire & Imprimeur ordinaire dudict Seigneur à Lyon, d'imprimer ou faire imprimer deux liures, l'vn intitulé*, Syntagma Iuris vniuerſi, atque legum penè omnium gentium, & Rerumpublicarum præcipiarum in tres partes digeſtum. In quo diuini & humani Iuris totius, naturali, ac noua methodo per gradus, ordinéque materia vniuerſalium & ſingularium rerum, ſimúlque iudicia explicantur. Authore Petro Gregorio Tholoſano I. V. Doctore, &c. *de nouueau reueu corrigé & augmenté par ſondict Autheur. L'autre composé de nouueau & intitulé*, Commentaria in Syntaxes Artis mirabilis in libros VIII. digeſta, &c. Autore Petro Gregorio Tholoſano, Iuris vtriuſque Doctore, &c. *leſquels Commentaires ont eſté veus & viſitez par trois Docteurs en la faculté de Theologie de Paris, & approuuez par Monſieur le vicaire general ſubſtitut de Monſieur l'Archeueſque dudict Lyon: & ce iuſques au temps & terme de ſix ans entiers prochains & conſecutifs à compter du iour & datte que leſdicts liures ſeront paracheuez d'imprimer, Auec defenſes tres-expreſſes à tous Libraires & autres, de quelque eſtat, qualité, pays & condition qu'ils ſoyẽt, de n'imprimer ou faire imprimer leſdicts liures cy deſſus nommez pendant ledict temps de ſix ans, ni de les expoſer en vente, changer & trafficquer, tant aux foires eſtablies en France qu'ailleurs ſoubs ombre d'autres marques, annotations & corrections non approuuees de l'Autheur: ſans le vouloir & conſentement dudict Pillehotte: ſur peine de confiſcation de tout ce qui s'en trouueroit d'imprimé, vendu & diſtribué, tant en public qu'en particulier, contre & au preiudice deſdictes lettres de priuilege, & d'amende arbitraire. Veut en outre ledict Seigneur qu'inſerant au commencement ou à la fin deſdicts liures le preſent priuilege, ou extraict d'iceluy, il ſoit tenu pour deuëment ſignifié: à ce que les contreuenans n'en pretendent cauſe d'ignorance. Car tel eſt le plaiſir de ſa Maieſté, ainſi qu'il eſt plus amplement contenu és lettres patentes dudict priuilege, ſur ce donnees à Paris le neufieſme Iuillet, mille cinq cens quatre vingts & ſix. Et de ſon regne le trezieſme.*

*Signees,* *Par le Roy en ſon Conſeil,* *MORÉ.*

*Et ſeellees du grand ſeel de France à ſimple queuë de cire iaulne.*

Ceſte nouuelle Edition augmentee, a eſté acheuee d'imprimer le dernier Septembre M. D. LXXXVI.



# SYNTAGMATIS IVRIS VNIVERSI PRIOR PARS.

## *DE REBVS IN GENERE, LIBER I.*

### De Summaria in vniuerſum rerum conſideratione. Cap. I.

1 *Rei appellatio quare generalis.*
2 *Rei appellatio, & quæ ſunt patrimonij & non patrimonij continet, corporaliaq́; & incorporalia.*
3 *Diuiſio rerum, in corporales & incorporales: & earum diſcrimen.*
4 *Materia & forma quid.*
5 *Corpora ſimplicia & compoſita.*

1 GENERALIS rei appellatio ex eo nata videtur, quod rei nomẽ à Græco verbo ῥέω.i. fluo, cõfictum & tractum videtur, vel ab Hebr. רוס *ros*, id eſt, miſcuit. Siquidẽ veluti quodã perpetuo flumine vnda vndam ſequitur, & altera aliã impellit, & inuicem cõmiſcentur: Sic ex vna prima rerũ materia & ſubſtantia, perpetua quadã alteratione, res variæ fiunt & naſcuntur, & miſcentur: generalis quippe rerũ fuit creatio Cælũ & Terra, in primo die Geneſeos orbis [a], quæ per dies ſequẽtes diſtincta eſt à ſummo
2 & omnipotente rerũ omniũ opifice Deo. Quamobrem rei ſignificatio latiſſimè ſeſe diffundit, in ea quæ patrimonij noſtri ſunt, & quæ extra patrimonium & poſſeſſionem habentur, & Paul. Iuriſconſ. notat [b]: Vt meritò Prætor hanc rei appellationem tanquam generalem elegerit, in edicti de rebus creditis conceptione, teſte Vlpiano [c]. Nec intereſt corporalia ſint, an incorporalia: vtraque namque continentur [d]. Siquidem & facta continentur quoque [e], & perſonæ ipſæ apud Modeſtinum [f], cauſæ & iura [g]. Et in ſumma, & omnia reliqua quæ ſunt, vt Auſonius ait:

*Imperium*, inquit, *litem, venerem, cur vna notat res:*
*Quódque vlla res non eſt, nihil eſt* [h].

Sic Cicero [i], res bonas vel malas dici tradit, vel animi vel corporis vel externorum, cui & omnes ſubſcribunt. Faciliotis tamen doctrinæ gratia, perſonæ à rerum communi appellatione diſtinguendæ ſunt, & negotia ſeu actiones, vt & antè fecit Caius [k], & poſtea Tribonianus [l]. Eſt autem 3
rerum potiſſima & prima diuiſio, in corporales & incorporales: illæ, quæ ſui natura tangi videri ve poſſunt: iſtæ minimè [m]. Vel, vt Cice. [n] dixit, aliæ res ſunt, aliæ eſſe intelliguntur. Plato [o] genus rerum aliud viſible, aliud inuiſibile & intelligibile conſtituit: atque corpus viſibile, animam autem ex genere inuiſibilium dixit. Porrò res corporales diſtant inter ſe per exteriores terminos & ſenſibus comprehenſibiles: res verò incorporales, quanuis per exteriora diſcrimẽ non admittant, intimis tamen proprietatibus diſcernuntur. Sic ideæ ab ideis, in mente: ſcientiæ à ſcientiis, in anima: mens ab anima, mentes à mentibus, anima ab animis, vt ait Plotinus [p]. In corporalibus rurſum, duo perpetuò obſeruare conuenit, materiam ſcilicet & formam, per quam ex caligine materia lucem accipit. Sicut & in intellectualibus, quod profundum incognitúmque eſt prius, materiæ inſtar eſt, quæ lumine rationis è luſtris ad intellectum reuocatur, formamque intellecti ſuſcipit. Diuidit enim, & perpetuò vis intelligendi rem examinat, quouſque ad id quod ſimplex eſt, nempe ad verum peruenerit, quod videlicet reſolui vlterius non valeat [q]. Materia cùm 4
apud alterius doctrinæ profeſſores, tum etiam apud Iuriſconſultos eſt, quæ vnicuique tranſmutationi ſubiici poteſt: vel id ex quo aliquid fit, vel fieri poteſt [r]. Forma, eſt tranſmutationum effectrix, res ab inuicem & à ſeipſis diſtinguens [s].
Corporum alia vt ſimplicia in iure, alia vt com- 5
poſita, conſiderantur: quemadmodum & Ariſtoteles [t], ſimplicia & Phyſici nominant quatuor elementa, aërem, aquam, terram, ignem, & quintum corpus æthera, & quæ in eo. Verùm differunt in eo Iuriſconſulti à Phyſicis & Philoſophis aliis, vt elemẽta quatuor ſimplicitate illa inuiſibili, quam illi ponunt; non conſiderent, ſed quatenus cum mole & viſibili forma nobis apparent, elementa inquam mixta, vt ſeorſum de terra, ſeorſum de aqua, & ſimiliter de igne, & aere hoc pertractent. De quibus exempla oculis ſubiiciemus.

a Geneſ. 1.
b l. rei appellatio. l. 5. de verb. ſign. lib. 50. P. tit. 16.
c l. 1. §. fin. de reb. cred. libr. 12 P. tit. 1.
d tit. de reb. cor. & incorpor. lib. 2. inſt. tit. 2. Paul l. 1. de rer. diuiſ. lib. 1. P.
e not. gl. in d. § fi. l. 1. de rebus cred. & Vlpian in l. nominis & rei, l. 6. de ve bo. ſign. in P.
f l. omnia, l. 32. § fi. de leg. 1. lib. 31. P. tit. 3.
g Vlpian. in l. rei appellatione, l. 23. de ver bo. ſign. in P.
h D. Auguſt. libr. de doctr. Chriſtian. & 1. ſenten diſt. 1.
i in part. orat.
k in l. 1. de ſta tu hom. lib. 1. P. tit. 5.
l § fin. de iur. natu. lib. 1. inſtit. iur. ciuil. tit. 2.
m Iuſt. in §. 1. de reb. corpo. libr. 2. inſt. tit. 2. Paul l. 1. de rer. diuiſ. li 1. P. tit. 8.
n Cicero in Topicis.
o Plat. dialog. 6. de Republ. & rurſus in Phædone.
p Plot. libr. 4. Ennead 6. ca. 11.
q Idem Plot. lib. 4. Ennead. 2. cap. 5.
r Caius l. adeo, l. 7. § cum in ſuo, de acq. rer. dom libr. 41. P. tit 1.
s d. l adeò. §. inſulam. Vlpi. in l. Iulianus, l. 9. §. ſi quis rem ad exhib. lib 10. P. tit. 4.
t Ariſto. 1 de cælo. cap. 1. 2. & ſequentib.

## De Terra. Cap. 2.

1 *Terra pura quid.*
2 *Noualis quæ & integra.*
3 *Terra pro regione & territorio.*
4 *De alluuionum incremento: aliaque terræ inhærentia ponuntur.*
5 *De viarum publicarum cura & curatoribus.*

1 VLpianus terram puram, alijs, fæcibus
non mixtam deſcribit, dum ait [a], *ne-
mo poteſt in viam terrenam, glaream mit-
tere, aut ibi ſternere lapides*: glaream
medium ponens inter lapides & veram terram.
Quanquam & illa aliquando terra dicatur, cum
adiectione accidentali: vt georgici ſæpè terra-
rum diſcrimina inſinuant, dum dicunt terram
vel calculoſam, vel arenoſam, putrem, nigram, &
id genus. Alio modo locus purus dicitur qui ne-
que ſacer, neque ſanctus, neque religioſus eſt: ſed
2 ab omnibus nominibus vacare videtur [b]. Et apud
iuriſconſultos alia noualis, nuperrimè quæ eſt
proſciſſa, & à dumetis, & ſentibus repurgata, &
aratro nunc primùm aperta [c]: vel quæ anno præ-
terito ceſſauit [d]. Alia integra terra in quam domi-
nus nondum pecus immiſit paſcendi cauſa [e]. In
ſumma, illud omne quod teritur pedibus homi-
3 num & conſequenter vniuerſus orbis, terra dici-
tur: & aliquãdo tamen, addito vocabulo alio, pars
à toto diſtinguitur, proque aliqua regione, re-
gno, vel natione eius nominis exauditur, vt di-
cimus terram ſanctam [f]. Sic vniuerſitas agrorum
intra fines cuiuſque contenta, terra & territoriũ
non impropriè dicitur à Pomponio [g], quòd intra
illos fines magiſtratus habeat terrendi, i. ſubmo-
uendi ius. Cui affinia ſignificatione ſunt nomina,
diſtrictus, diœceſis, iuriſdictio, & id genus ſono
4 tenus diſſimilia. Circa terræ tractationem agi-
tantur quæſtiones, de alluuionum latentibus in-
crementis, quæ ſequuntur terrarum qualitates, &
dominia quibus accedunt [h], exẽptis agris limita-
tis militibus diſtributis [i]. Agitur & de ſeruituti-
bus itineris, actus, viæ, & aliis prædialibus, de
quibus proprij extant tituli [k], & leges [l]. Et vt vi-
cinus, via publica terræmotu, vel aquarum iniu-
ria ſublata vel intercepta, teneatur per terrã ſuam
proximam iter publicum pati [m]. Pertinet & huc,
titulus De ripa munienda, lib. 43. P. tit. 14. titulus,
Finium regundorum, lib. 10. P. tit. 1. titulus, Si
menſor falſum modum dixerit, lib. 1. P. titu. 6.
5 Huc poteſt pertinere curæ pars ædiliũ curulium
circa vias publicas, vt illæ aperiantur occluſæ,
reficiantur, & purgentur, id eſt, ad libramentum
proprium reducantur, ne effodiantur vel ſubruã-
tur, ne quid in his ædificetur: non proiiciantur in
his ſtercora, non morticinia, non coria, non alia
noxia: ne in viis rixari permittant [n]. Ne fiant im-
pedimenta itineris, ſpecus, ponſve per viam pu-
blicam [o]. Sic Themiſtocles, & Areopagitarum
iudicium [p], viarum publicarum curam gerebant,
ne quis in eis ædificaret, aut conſtitutos terminos
excederet: quia viæ publicæ ſolum, publicum eſt,
neque in his ius eſt, aliquid operis priuato fa-
ciendi [q]. Vocãtque ideo Græci vias has, baſilicas
vel regias, hoc eſt, regis, qui iuris publici tuetur
vim & cauſam. Sicut & in ſacris literis, regia via,
publica etiam dicitur [r]. Romanis, prætoria, con-
ſularis [s] & militaris [t]. Singularis lex Alexandri
Seueri Cæſaris, literis conſignata à Lampridio [v],
vt ſi quis è ſuis militibus de via in alicuius poſſeſ-

a Vlpian. in l. 1. §. penult. de via publi. lib. 43. P. tit. 9.
b Vlp. in l. 2. §. purus, de relígi. & ſumpt. fun. lib. 11. P. tit. 7.
c c. 1. & c. qd per nouale. de verb. ſignific. apud Gregor. plura Specul. tit. de probat. in §. fi. & verſ. cur nouale, & quandiu dicatur nouale.
d Paul. in l. ſylua, l. 20. §. noual. de ver. ſig. lib. 50. P. tit. 16.
e d. l. ſylua. §. noualis.
f c. ad liberãdã, de Iudæis in decretal. c. cũ in partibus de verb. ſig.
g l. pupillus, l. 139. §. territoriũ, de ver. ſig. lib. 50. P.
h Gordi. Cæſ. in l. 1. §. fin. & Arcad. Honor. & Theo. in l. 2. & Theo. & Valent. in l. 3. de alluui. lib. 7. C. tit. 41. c. ex tranſmiſſa. iuncta gloſ. in verbo minutatim, de præſcript. i. adeo §. prætereà de acq. rer. dom. lib. 41. P. tit. 1. §. præterea. de rer. diuiſ. li. 2. inſtit. tit. 1.
i l. in agris, de acq. rer. dom. lib. 41. P. tit. 1.
k vt de itinere actúve priua. cũ ſimilib.
l Pompo. in l. ſi tam anguſti. l. 13. de ſeruit. lib. 8. P. tit. 1. Vlpia. l. 1. Caius. l. viæ l. 8. Paul. l. via. l. 23. de ſeruitu. ruſt. præd. lib. 8. P. tit. 3. cum ſimilib.
m Iabolen. in l. ſi locus, l. 14. quemad. ſeru. amitt. lib. 8. P. tit. 6.
n Vlp. in l. 1. & 3. de via pub li. 43. P. ti. 10.
o Vlp. in l. 2. §. tractatũ eſt, ne quid ic lo. pub. lib. 43. P. titu. 8. Pompo. l. 1. & Paul. l. 2. de loc. & itin. pub. lib. 43. P. tit. 6.
p Heraclides, de Politiis Athenienſibus.
q d. l. 2. § ait prætor, ne qd in loc pub.
r Num. c. 21.
s d. l. 2. §. ait prætor.
t Paul. l. 3. de locis & itineri. publ.
v Lampridius in Alexand. Seueri vita.

ſionem deflexiſſet, pro qualitate loci, aut fuſtibus
ſubiiceretur in eius Alexandri, ſcilicet conſpectu,
aut virgis, aut condemnationi: & ſi hæc tranſiret
dignitatis homo, grauiſſimis contumeliis afficie-
batur, dicente eo, Viſne in agro tuo hæc fieri?
alteri ne feceris, quod tibi fieri non vis. Conſti-
tuti & olim quatuor-viri, qui curam viarum age-
rent, paulò poſt creationem conſulum [x]. Cura
etiam reficiendarum viarum non negligebatur à
Cæſaribus: nam & has mandauit Octauianus re-
fici, partim publicis, partim ſuis, partim patrum
quibuſdam ſumptibus [y]. Iſque Cæſar exiſtens,
viarum curator cõſtitutus, prætorios viros etiam
viis reficiendis, qui binis lictoribus vterentur,
deſignauit [z]. Itinera namque publica, maximè
commerciis hominum conſeruandis neceſſaria
ſunt: vt impium etiam viſum fuerit, non tantùm
ea impediuiſſe, ſed etiam errantibus ab iis, viam
non demonſtraſſe. Cuius rei in collectione anti-
quorum comicorum [a], Diphili ponuntur comici
teſtimonia.

Αγνοεῖς ἐν ταῖς ἀραῖς
Ο῞τι ἐςίν; εἴ τις μὴ φράσει ἢ ὀρθῶς ὁδὸν,
Η῾ πῦρ ἐν αὔσει, ἢ διαφθερεῖ ὕδωρ, Id eſt.
*Ignoras in execrationibus*
*Illud adiici? Si quis non rectè monſtrauerit viam,*
*Aut ignem ſuccenderit, aut aquam corruperit.*

x Pompo. in l. 2. §. eodẽ tempore, de orig. iur. lib. 1. P. tit. 2.
y Dion. Caſſius, li. 53. hiſtor. Roma.
z Idem lib. 54.
a c. 5. in Diphili ſentẽtiis.

## De Aqua Cap. 3.

1 *Aqua fluens & pluuia.*
2 *Aqua ſtagnans, aqua viua, flumen, & fluminum partitio, torrens, riuus, ripa, littus.*
3 *Aqua noſtra, aliena, ex qua ſeruitutes, ductus, hauſtúſque, ad aquam pecoris appulſus.*
4 *Aqua quotidiana, æſtiua. Mare excipiens omnes aquas.*
5 *In mari iuriſdictio, quia ibi diſtinctio terminorum, & neceſſitas curæ vicinorum.*
6 *Maritimi improbi.*
7 *De Halmyrachi, quem dicunt Admiralum, iuriſdictione.*

AQua apud Iuriſconſultos per acci- 1
dentia diſtinctionem accipit pari
modo, vt terra: nam vel conſiderant
tanquam profluentem, cuius vſus
communis ſit, ſiue profluat à cœlo, ſiue perpetuo
flumine labatur, aut aliter [b]. Quæ de cœlo cadit,
pluuia dicitur, quǽve imbre excreſcit, ſiue ſola
fluat, ſiue cum alia miſceatur. Sícque explicat Vl-
pianus edictũ prætoris [c], de aqua pluuia arcenda.
Quæ ſi aliquo loco excipiatur & concludatur, vt 2
ciſterna, vel aliter, dicitur aqua ſtagnans, qualis in
ſtagno, in lacu, foſſa, & piſcina [d]: in quo differt &
veluti opponitur aquæ viuæ, quæ non è cœlo ca-
dit, ſed ex terra naſcitur, qualis in fonte [e], vel
etiam in puteo, qui ex ſuis cuniculis aquas accipit,
quę & viuæ ea ratione dici poſſunt ſicut & nomi-
nauit Vlp. [f] quando portionem agri dixit aquam
viuam. Quando autem vel ab imbribus collecta
aqua vel à fontibus ſcaturiens, perpetuum agit
fluxum, flumen facit: quod tamen à riuo differre
creditur, aut magnitudine, aut exiſtimatione cir-
cumcolentium. Atque rurſum, fluminũ quædam
perennia, in quorum alueo aqua numquã deficit.
alia torrentia, quę tantùm hyeme fluũt, æſtate ex-
ſiccantur ſolibus [g]. Riuum Vlpia. dicit [h], locum
per longitudinem depreſſum. Ea [illegible] nnia, vel pu-
blica, vel priuata ſunt. Et vicin[illegible] eis loca, vel
ripa,

b §. & quidẽ, de rer. diuiſ. li. 2. Inſti. tit. 2. & ibi Accurſ. vt l. fluminum, l. 24. de damn. inf. lib. 39. P. ti. 2.
c l. 1. de aqua pl. arc. lib. 39. P. tit. 3.
d quid ea ſint, explic. Vlp. l. 1. vt in flu. pub. nauig. lice. lib. 43. tit. 21. P.
f Vlp. l. is qui in puteũ. l. 11. quod vi aut clam, li. 43. P. tit. 23.
g l. 1. de flum. li. 43. P. tit. 11.
h l. 1. §. ait ergo prætor, de riuis li. 43. P. tit. 20.



ripa, vel littus nominantur [a], quatenus fluunt hy-
berni fluctus naturalem viam ſequuti [b]. Et aper-
tius, ripa, ea quæ pleniſſimùm flumen continet [c].
3 Dicimus & aquam noſtram eſſe, quæ in noſtro a-
gro naſcitur: vt alienam, quæ ex alieno deriua-
tur [d]. In aliena aqua ſeruitutes conſtituuntur,
ductus aquæ [e], aquæ hauſtus, pecoris ad aquam
appulſus [f]. Atque ad ductionem aquæ pertinet
ſtillicidij immittendi cauſa, quæ & ſeruitutem fa-
4 cit [g]. Dehinc & edictum de aqua quotidiana &
æſtiua: quotidianam autem aquam vocamus, quæ
quotidie, æſtate, & hyeme duci poteſt: æſtiuam
porrò illam, quæ æſtate tantum [h], ídque arte. Cæ-
terùm natura fit alia ductio omnium fluminum,
riuorum, & fontium, ſiue per apertos curſus, vel
abditos cuniculos, in mare, quod eſt centrum a-
quarum omnium, ex quo oriuntur, & in quod re-
uertuntur [i]. ex omni terræ latiſſima circumfe-
rentia, & cauernoſo, ſpongioſóve vtero. Vocauit
quippe Deus in mundi geneſi terrã aridam: con-
gregationes autem aquarum maria [k]. Quæ qui-
dem magis fœculentam aquam continent, vtpotè
mari participe humoris, aëris & terræ, vt Ariſto-
teles docet [l]. Quo fit corpulentius, & aqua potui
incommoda, ob multam portionem terræ & pau-
cum humorem, quibus ibi vt plurimùm teſtacea
generantur & coaleſcunt [m]. Et hoc ipſum mare
etiam conſiderant Iuriſconſulti, tum latè diffu-
ſum, tum etiam littora eius. Siquidem & diuiſum
mare per varia imperia: atque iuriſdictio in pela-
5 go, non omnibus, ſed certis, competit. Sunt enim
& mari certi fines natura per Deum conſtituti,
& tamen terminus vnus generalis: quod indica-
tur in ſacris prouerbijs [n]: *Quando*, inquit ſapien-
tia æterna, *circundabat Dominus mari terminum
ſuum, aderam: & quando legem ponebat aquis, ne
tranſirent fines ſuos.* Eſt autem terminus genera-
lis in Oceano mari, quod quidem velociter or-
bem omnem ambiens, infinitum, ſicut ait Pom-
ponius Mela [o], efficit pelagus, vt terra omnis
ideò inſula dicatur ab Strabone [p]. Et Plotinus [q]
aquam videri totam terram obruituram, ni intra
ſuos fines à ſummo opifice contineretur, animad-
uertit. De quorum diuiſione latè Macrobius [r]. &
Ariſtot. [s] Ex his mediterraneum mare caput at-
tollit, per varios ſinus influente Oceano ſecun-
dum Solinum [t]: Inter Abylam enim & Calpem
irrumpens, Africam ab Europa diuidit. Et in ſum-
ma, ne geographum agamus, vtrumque mare
Oceanum, & Mediterraneum, à regionibus quas
alluit, diuerſa aſſumit nomina. Veluti appellamus
Oceanum Atlanticum, Britannicum, Germani-
cum, Sardinium, Gallicum, Adriaticum, Sicu-
lum, Creticum, Aegyptium, Pamphylium, Sy-
riacum, Aegæum, Mirteum: & ad ortum Solis
Oceanum pariter Indicum, Perſicum, &c. Et
Mediterraneum, Ibericum, Liguſtricum, Tuſcum,
Tyrrhenum, &c. Ex quibus [v], quia conſtat tri-
bui nomina mari à locis vicinis, proculdubio con-
ſtat, & curam horum ſinuum, ad illas regiones
pertinere debere, vt tutæ à piratis, barbarorum
hoſtiúmque incurſionibus ſint, & nauigationes
mercium extra aleam prædæ ad incolas littorum,
& ciuitates vicinas perueniant. Et quia nauigan-
di vſus frequens fuit, ſimul & nauigij iura intro-
duci oportuit, quæ nec conſtitui debuerũt, vel po-
tuerunt faciliùs, quàm ab ijs, qui in proximis ma-
ri locis imperant: ideo notant Ioannes Andreas,
& poſt eum Dominicus [y], quòd licet mare non
ſit in alicuius territorio vel dominio, eò quòd

a d. l. 1. §. ripa, de flum. & Iuſti. § littus, de rer. diuiſ. li. 2. Inſti. Modeſt. l. littus. l. 112. de verb. ſig. li. 50. P tit. 16.
b d. l. 1. §. ripa, de fluminib.
c l. pen. de flumin. in P.
d Ale. Imp. in l. aqua. l. 4. & Claudius Cæſar in l. præſes prouinciæ, de ſeruit. lib 3. C. tit. 34. addendus & Vlp. in l. proculus. l. 26. de dã. infe. lib. 39. P tit. 2.
e d. l. 1. §. 1. de font. in P. l. 1. de riuis.
f d. l. 1. de riuis de omnibus in l. 1. de ſeruitu. ruſt præd lib. 8. P. titul. 3. & Inſt. in §. inter ruſticorũ. eo. tit. Inſtit. iur. ciuil.
g l. ſeruitutes. l. 19. §. ſi ſublatum, cum ſeq. 55 de ſeruitu. vrb. præd. lib. 9. P. tit. 2.
h l. 1 de aqua quotid. & æſti. li. 43. P. tit. 19.
i Eccleſ. c. 1. & Eccle. c. 40. & Leu. c. 8 Ariſt. Mete. li. 1. c. 1.
k Gene. 1. meminit Ariſt. li. de mundo. in princip.
m Ariſt. lib. 3. de gene. anim: c. 11.
n Ariſt. d. l. 3. c. 11. de gener. animalium. & problem. ſectio. 23 q. 7.
o Prouer. 8. c.
p In prin. li. 3. Pompo. Melę, de ſitu orbis.
q Strabo circa princip. lib. 1. Greg.
r li. de proui. S. Macro. li. 2. in ſum. Scipi.
t Ariſt. c. 9. li. de mundo.
v Solinus cap. 22.
x de iuriſd. in mari, & quando. & quis poſſit inibi tributa imponere, vide diſputatum apud Cepolam, li. 2. de ſeruitu. ruſtic. præd. cap. 26. à num. 4. vſque ad 26.
y glo. in c. vbi periculũ circa primam explicationẽ, I fine. Et Dominicus in d. c. ad §. porrò, de electio. li. 1. ſexti tit. 6. Bal. in l. pen. de inſtit. ſub cond. fact. C. Bald. in ca. accedẽs, in fine, vt lite non conteſt. Deci. in c. licet cauſam. in 2. col. de probatio.

iure gentium diuiſum non ſit, ſed omnibus pa-
teat [z], tamen maris partes, eius ciuitatis cenſean-
tur, quæ proxima eſt [a]. Sic & Caius [b], Inſulæ, in-
quit, Italiæ, pars Italiæ ſunt: ſicut & cuiuſque pro-
uinciæ. Quare probè Antonius Imperator re-
ſpondit Eudemoni [c] Nicomedienſi, qui naufra-
gium fecerat, & direptione vexatus fuerat in ma-
ri Italico, ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος· ὁ δὲ νόμος, τῆς
θαλάσσης, &c. *Ego quidem totius mundi dominus, lex
autem, maris: ſecundum itaque legem Rhodiam, iu-
dicate nautica, dummodo in iis legibus noſtris nihil
aduerſetur.* Fuerunt quippè leges antiquæ de na-
uigatione à Rhodijs, qui maximè freta ſulcabant,
latæ [d]: poſteà & illis approbatis, aliæ de naufra-
gio à Romanorũ nomothetis promulgatæ [e]. Ex-
tant & proprij in poſterioribus libris. Codicis Iu-
ſtiniani tituli, de nauicular [f]. De nautis [g] Tyberi-
nis, de naufragijs [h]. Refert & Strabo [i] primum
mari imperaſſe Minoëm. Quod Diodo, Siculus [k]
Neptuno tribuit, & quia primus claſſem mari
induxerit, ob id maris imperatorẽ dictũ. Quam-
quam alij aliter ſentiant, vt refert Polydorus
Virgil. [l] qui inuentiones nauium, & ratis adiudi-
cauit quibuſdam Noacho iunioribus, cùm tamen
conſtet Noachum, & nauem quam dicimus ar-
cam, tempore cataclyſmi fabricaſſe [m]. Etſi non
diffitear ſeculis ſequentibus Noachum, aliquos
alicubi vſum demonſtraſſe, & imperandi per
vim ſibi ſceptrum arrogaſſe, non aliter quàm
contigit etiam in terra, ſimúlque leges aquis fini-
timis, & inſulis dictaſſe, ſicut & regnicolis alijs.
Quinimo, in maritimis potiſſimùm ciuitatibus 6
& regionibus, opus fuit maximo ſalutis fundato-
re, & diuinis legum latoribus, vt monet Plato [n],
ne multos ac varios mores, ſimúlque prauos hu-
iuſmodi regionis natura contraheret. Nam cùm
eiuſmodi loca, cauponando, mercibus, & pecunijs
repleantur, fiunt incolarum & accolarum doloſi
animi inſtabiles, & infidi mores: accedit inhuma-
nitas & feritas, quæ vel propriam indit nautis
[illegible] Siquidem illi propter ſanguinem craſ-
ſum non ſecus ac aurigæ, & baiuli euadunt fero-
ces, plerumque improbi, ſine ſtimulis conſcien-
tiæ, ſine metu, nulla ducti religione, humanitate,
vel pietate, quia ijs ſanguis tetro, ac inſuaui ha-
litu, cerebrum implet. Et ſicuti atra denſaque
nubes ſoli offuſa, radios eius intercipit, ac lumen
offuſcat: ſic humor, qui in illis dominatur, men-
tem obnubilat, atque ad noctia quæque impellit,
prout etiam animaduertit Leuinius Lemnius [o].
Idcircò & ſeueriùs & accuratiùs legum aculeis in
his regionibus erant exercendi. Proinde Iuriſcon- 7
ſulto futuro & leges horum cognoſcendæ ſunt,
quæ de aquis latæ ſunt, quarum aliquas ſummo
digito indicabimus, dummodo monuerimus in
Gallia præfectum maris conſtitutum, quem cor-
rupta voce dicunt Admiralum, cum dici debeat
Halmyrarchos [p] ac ſi dicas, ſalſuginis vel maris
principem, cuius iuriſdictioni & imperio, poſt
principem, omnes qui maritimas incolunt oras
circa Gallias, obtemperant, dum de eius cauſa
agitur, vt apparet ex conſtitutione regia Franciſci
primi [q]. Cura autem eius verſatur circa res bel-
licas & apparatus omnes nauales, éſtque tanquam
imperator in exercitu, & apparatu nautico: ideo
ei ius decimæ omnium quæ capiuntur ex hoſti-
bus tempore belli [r]. Sicuti & ius ſalarij petendi
pro cõmeatu tuto & comitatu militari, quem te-
netur præſtare tempore belli mercatoribus regni
vel alijs fœderatis [s]. Exigendi etiam ei poteſtas

z Celſus in l. littora l. 3. ne quid in loco publ. lib. 43 P. tit 8.
a Vlp. l. venditor. l. 14. commun. præd. li. 8 P. tit. 4.
b Caius l. inſulæ. l. 9. de probat. l. 5. P. tit. 1.
c l. ἀξίωσις, aliàs deprecatio. l. 9. ad l. Rhod. de iact. lib. 14. P. tit. 2.
d ca. Rhodiæ. 2 diſt. in decr. Gratia.
e Vlp. in l. quo naufragiũ, l 3. de incẽd. rui. & nauf. li. 47. P tit. 9. Diocl. & Maxim. CC. in l. fi. de furt. l. 6. C tit. 2.
f lib. 11. C. ti. 1.
g l. 11. C. ti. 26.
h li. 11. C. ti. 5.
i Strabo, li. 10. Greg.
k Diodo. li. 6.
l Polydo. Vir. li. 3. de Inuentor. rer. c 15.
m Gen. 6. Beroſ. in 2. Ioſeph. in 1. antiq. Iudaic.
n Plato dialo. 4. de ll.
o Leuinius Lẽnius, libr. 5. de occu. rer. mir. cap. 16.
p Ioachinus Peronius. lib. de ling. Gall. cum Græca cognatione.
q Ordonn. du Roy François ſur le faict de la marine, art. 30.
r ead. conſtit. art. 23.
s Ead. conſtit art. 28.

ſura excubiarum,i.*de guet*, ab accolis maris tempôre pacis, ſicút & tempore belli cogere poteſt ad vigilias & excubias, vt ex ſpeculis ſignum dẽt incolæ:interdiu,fumo:noctu,igne [a].Conſtituit & milites ſtationarios pro cuſtodia piſcatorum, ne inuadantur ab hoſtibus [b].

a Ead.conſtit. art.31.
b Ead. art.10.

## De legibus aquarum. Cap.4.

1 *Non immutanda publicarum aquarum vtilitas.pons,nauigatio libera,& piſcatio.*
2 *Abuſus aquarum multatus per curatores aquarum.*
3 *Non licet in mari piſcari cum lumine,Phari.*
4 *Seruitus aquæ excipiendæ, non voluptatis reuiuiſcens.*
5 *De molendinariorũ fluuiaticorum constructione,*
6 *De molendinis bannarijs.*

1 INter leges aquis dictas illa eſt ſingularis, nõ licere manu facto opere curſum fluminis immutare [c]:etſi liceat ita in ripa opus facere, ne flumen agris noſtris noceat [d]. Nõ autem quicquã immittere, vel in flumine facere,vel eius ripa,quo ſtatio nauium iterue nauigij deterius fiat [e].Neque põtem priuati iuris, quiſquam ſupra flumen publicum facere poteſt [f].At quilibet ſine prohibitione priuata, in flumine nauigare poteſt, in eiúſque ripa liberè ratem nauémque onerare,& exonerare,piſcari,ſicut & in mari [g],quia horum omnium vſus communis,non ſecus quàm aëris, ſicuti Iuſtinia. tradit [h], & ita apud Ouidium [i], Latona alloquebatur puëros Lycios ruſticos,

*Quid prohibetis aquas,vſus communis aquarũ eſt:*
*Nec Solem proprium natura,nec aera fecit,*
*Nec tenues vndas.*

Sic & Auguſtinus, *Execrabile,* inquit, *videtur domos huius almæ vrbis aquam habere venalem* [k], vbi ſcilicet eſt copia & publica : nam priuatam licet, potiſſimùm in locis vbi eſt penuria [l].Apud tamẽ Platonem [m] hæc lex, *piſcator nec in portubus, nec ſacris fluuijs,paludibus,ſtagniſve venetur: in alijs liceat dummodo ſuccorum non vtatur permixtione.* Quod de lacu, & piſcina iuris & dominij priuati negatur,vetante domino [n] : quamuis in legibus Longobardorum [o], aqua puteorum priuatorum eſſe communis omnium vtilitatis dicatur,ex ſtatuto regis Lotarij. Verùm & ij refectionibus cõ-
2 tribuũt ſecundum Speculatorem [p].Cęterùm,ſicuti vſus cõmunis publicarũ aquarum liber fuit: ſic & abuſus legibus coërcitus. Et apud Græcos Themiſtocles [q],apud Romanos M.Portius Cato, & Lælius Valerius cenſor [r], omnem aquam publicam ſeu fontium,aquæ ductuum, ſeu fluminũ, publicorum, in priuatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt,& quæ in loca publica ędificata amolitáve habebant, intra dies triginta demoliti ſunt:Themiſtocles namque fluminum cognitioni & curationi Athenis præfectus, huiuſmodi quaſi ſeueriſſimè deliquiſſent, multam inflixit ſeueriſſimam,teſte Plutarcho. Et iura etiam priuatis deductionem illam aquarum ex publico,citra priuilegij conceſſionem,prohibẽt [t]:ſemper enim priuatum commodum publico poſtponendum eſt, &ei quod pluribus prodeſſe poteſt [v].Meminit & Gellius [x],Nolanos ita hoc ius conſeruaſſe,vt neque Virgilio permiſerint aquam ducere in propinquum rus : eóque iratum Virgilium, ex ſuis verſibus Nolanos expunxiſſe, vbi anteà cecinerat,

*Diues erat Capua, & vicina Veſeuo*
*--Nola iugo.*

Idcircò vetitum eſt piſcatoribus, ne noctu cum lumine piſcentur:ne oſtenſo lumine fallant naui- 3
gantes, quaſi portum aliquem appulſuros, eóque modo in periculum naues, & eos qui in eis ſunt, deducant, ſibíque execrandam prædam dent [y]. Proprium enim eſt portibus, lumen in editis locis conſtitui, ad quod enauigent intempeſta nocte errantes in pelago nautæ.Quamobrem & ſpeculæ,vnde lumen dependet, Phari dicuntur, ἀπὸ τοῦ φάνου,quod lucidum ſignificat mutata litera N, in R, & proinde illa altiſſima turris in Canopico oſtio nili ſita, Pharus vel Pharo dicta, quia

*Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula Lunæ.*

quo lumine deficiente,indicium itineris cum periculo naufragij amittitur, non aliter quàm Muſæus ſcribit Leandro contigiſſe, dum ab Abydo ad Seſtũ enataret viſendæ Erũs gratia,qui extincta lucerna loci, ad quem pergebat,errans miſerè fluctibus maris inuolutus,ſubmerſus eſt. Pariter & referunt Nauplium patrem Palamedis, vt iniuſtam filij necem vlciſceretur, obſcura nocte redeuntibus Græcis, ex Capharæo promontorio lucem oſtendiſſe, ex qua illi portum proximum arbitrati, impegerunt in ſcopulos naufragi. Sunt & aliæ nautarum obſeruationes,quas Deo fauente in explicanda exercitoria actione, poſt contractus nominatos trademus. Cæterùm interim & 4
aliæ leges de aquis ſubeunt, inter priuatos controuerſias derimentes : vt ſiquidem de pluuiali agatur, eáque noceat vicino ex proximo fundo demiſſa,toties competat remedium, de aqua pluuiali arcenda,quoties manu facto opere in agro, vicino agro nocitura eſt, ſi quis manu fecerit,quò aliter flueret, quàm ſoleret natura : vel ſi immittendo maiorem eam fecerit, aut citatiorem, aut vehementiorem,aut ſi eam comprimendo redundare fecerit [z]:aliter autẽ, ſi natura agri noceat, remedium vllum auertendi non conceditur [a] quanquam noceat inferioribus prædijs, naturali hoc onere cum pinguedine quæ ex ſuperioribus defluit, compenſato : vt vetuſtas ſeruitutem huiuſmodi conſtituiſſe videatur, non ſecus quàm conſuetudo præſcripta,aut vſus,qui quatenus memoria extenditur,non habuit controuerſiam, & ſine contradictione conſtituiſſe ſeruitutem aquæ immittendæ [b],dicitur. Patientia quippè domini agri excipientis aquam cùm non antè diſſenſerit, videtur ius ſuperiori conceſsiſſe [c], vt in reliquis prædialibus ſeruitutibus. Neque quiſquam magis alienare videtur, quàm dum ab alio ſuam rem, palàm tamen,non vi,non precariò,nec clam, patitur vſucapi [d] & poſsideri. Neque in alieno prædio quiſquam habere poteſt, niſi volente domino,potiſsimum ius ſeruitutis, quod prædio inhæret ſeruituti,& illius libertatem minuit,ſicuti prędij dominantis auget commodum [e], vt ex trita ſeruitutis finitione patet.Siquidem ſine commodi fine,conſtitui non poteſt,cùm reiiciantur ob voluptatem ſolam conſtituendæ ſeruitutes [f].Neque ex alieno prædio inuito domino quis ducere aquam poteſt [g] niſi ius habeat ſeruitutis. Quod quidem ius, aqua aliena vnde ducitur intermoriente vel exareſcente,intermoritur : & renaſcente,reuiuiſcit [h].Nam etſi ſeruitus ad certum tempus vel ex tempore conſtituatur; illud non ad tẽporis cauſam,ſed ad modum vtẽdi ſer[ui]tute,pertinet:

c Vlp.l. 1. ne quid in flumi. pub. lib.43.P. tit 12.
d Vlp. l. 1. de ripa munien. lib.43.P. ti 14. l. 1 C.de allu.
e Vlp. l. 1. de flum.lib.43.P. tit.11.
f Sceuola.l.fi. eod. de flum.
g Vlp.l.1 vt in flum pu.naui. lic.lib.43.P ti. 13. & l. 2. §.ſi quis in mari, ne quid in lo. pub.lib. 43. P. ti.8.Celſus, in l. littora. l. 3. eod. Vlp in l. iniuriarum actio l 13 §.fin. de iniur.li.47. P tit. 10. Mar. in l.2. &4. & Caius. l. riparum l.5.de re. diui.lib 1.P.ti. 8. Iuſtin. in §. flumi. & ſeq. §§.eod. tit. in Inſtit.iu.ciuil. tit 1.li 2.
h §. 1. & §. & quidem. 8. de rer.diui.ap.Iuſtin.Mart in l. 2.& 4 Floren. l.3.eo.tit.in P.
i 6.Metamorphoſ.
k l.ad reparationem l.7.de aquæd. li. 11. Cod.
l vt in l.mala. §.quædam de alimẽt l. in P.
m dialog.7.de legib.in fin.
n d. l.iniuriarum.§ fina.de iniur.d.l 1 §.ſi priuata, vt in flumi.pub.naui.lice.
o lib.1.legum lõgobar.ti. de homic. liberorum hominũ, & de monomachijs l. itẽ animalis eſt, & tit de dam. in viam dato, l ſi animal in puteo.
p Speculator. tit.de Iudi. §. §.ſeq.
q Plutar.in vita Themiſt.
r Liu.li 9.dec. 4.
s Plut. in eius vita.
t l.2.3.4 6.9 de aquæd.lib. 11.C.tit.42.
v l.3.de primipil.li. 12. C.ti. 63.l.vni. § pe. de cad. toll.l. 6.pro tit. 50. Pau.l.actione. l 56 §. Labeo, pro ſoc lib.17. P.ti.2.
x Aul. Gel li. 8.noct.c.20.
y Vlp. in l.ne piſcatores.l. 10.de incend. ru. & nauf.li. 47.P ti.9.
z Vlp in l.1.§. hæc autem actio. & §. idẽ annuit. & §.ſi vicinus.§. denique. de aq. plu.arc.
a d.l.1.§.fi. & l.2 de aq.plu.
b l. hoc iure. §.duct⁹ aquæ, de aqua quot. Claudius Cęſ. l. præſes prouinciæ. l. 6. Dioc. & Max. in l.ſi manifeſtæ. l. 7. C.de ſeruit.& aqua lib 3.c. tit. 34. Sceuo. in l.fi. de aq plu.arc.
c Pompo.in l. Labeo ait.l. 9 cum 2. ll. ſeq. de aq pl. arc. in P. Vlp.l. ſi quis diuturno.l.10. ſi ſer. vendi.lib.8.P. tit.5.
d Paul.l.alienationis.l. 28. de ver.ſig.lib. 50.P ti.10.
e vt ait Bar.in rub. de ſerui. in P.
f Paul.l.vt pomum. l. 8. de ſeru.li.8.P.ti.1
g Alex. in l.aquam. l 4. de ſeruit.lib.3 C.
h Papin. in l. Vn⁹ ex ſocijs. l 31.§ fin.cum l.ſeq de ſerui. ruſt.li.8.P.ti.3.



tinet:vt etiam vſus ſecerni poſsit certis tempori- 5
bus, & interuallis dierum & horarum [a]. Sed & ad aquæ materiam pertinet pecunioſa illa de molendicis aquaticis tractatio:illa, vel in fluminibus publicis vel priuatis conſtituuntur, non ſine magno dominorum compendio. Porrò in flumine publico nauigabili, non cuilibet eſt ius conſtituendi opus,vt dictum eſt,neque per conſequens molendinum : ſed ei tantùm cui permiſſum eſt à publico,ex principis conceſſione, à quo publicæ rei & fluminis vſus impetratur [b]. Neque enim poſſet concedere ſenatus hodie [c],quamuis vetare poſſit,ſi fiat [d]Siquidem trãſlata poteſtate in principem,non eſt ius, in publicas res, quæ principis cenſentur,liberum ſenatui : & ſi in iudicando,atque ſi illi conceſſa fuerit hęc notio,ratum ſit eius minus, quàm principis iudicium [e]. Et inter regalia,flumina publica enumerãtur [f].Quod ſi flumen nauigabile non ſit, permitti molendini conſtructionem ſatis conſtat [g],vel non impetrata licentia à principe. Quæ enim communia omnium ſunt, vel nullius occupanti conceduntur [h]:huiuſmodi
6 eſt autẽ aqua profluens [i]. Eo excepto,vt ſi alicui alij ſit quæſitum ius, vel auctoritate principali, vel pacto municipum,vel conſuetudine habendi, vt dicunt molendinum Baunerium,i.publicum & commune habitatoribus,tunc alij non liceat ædificare in eo territorio,in præiudicium iuris quæſiti:ſicut nec ius hoc habendi, per ſe competit ſine præſcriptione longinqua, cui acceſſit prohibitio alia non molẽdi, eáque minimè cõtrouerſa. Quemadmodum nec ſine titulo alijs eſt ius prohibendi [k],etiam domino,patrono, vel clientelari, vt vocant iuſtitiario, vel directo,prout etiam iudicatũ in Senatu Burdigalẽſi anno 1522.[l] Quamuis nationum quædam conſuetudines ius habendi molẽdinum ſolum beneficiario iuſticiario deferant,vt apud Turonenſes [m],Pictauenſes [n],Britannos [o],& alios [p],Quamobrem priuilegijs exceptis, ſi conceſſa facultate quis prius molendinum ædificauerit,aliud velit poſteà ſuperius aliud ædificare,ſi patiatur inferius, nulla erit controuerſia: ſin minus,in præiudicium tertij conceſſio à principe facta vel alio non intelligatur. In priuato cuilibet ius ædificandi in ſuo, etſi noceat vicino: niſi vt dixi, præſcriptio vel lex agrorum & locorum officiat,conceſſæ facultati, vt planè explicat Bart. [q] apud quem molendinorum extat accurata explicatio. Sed his addere plura licet de aquis & aquæ ductu,quæ tradimus lib.3.c.22.& lib.4.c. 15.quæ videto,& de aquæ hauſtu.c.16.

a Papin.l 4.de ſeruit. tit. generali in P. cũ ſuis 66. Caius l.5.eod.
b Vlp. l. 1. §. permittitur. de aqua quot. & æſti. lib.43. P.tit.9. Pomp. in l.2.de flum. l.42.P.ti.11.
c gloſ. in d. §. permittitur,in verb.nulli.
d d.l.2.de flumin.
e l.non ambigitur. de legi. li.1.P.l.1.C de Senatuſc. li.1.
f §.1. quæ ſint regal. in vſi. feud.
g d.l.2.de flumin.P.
h Caius in l.3. de aq.rer. do. lib 41 P.ti.1.
i Mart. in l.2. de rer.diui.li. 1.P.tit.8.
k glo.& dd.in l.qui luminib. de ſerui.vrba. prædi.in P. gl. & dd.in l.1.& 2.C.de ſer.
l Papon.li.23. rap d.arreſto ti.8.art.3.
m Titres des droictz de baſſe iuſticear.4. in tit.de la diſtinctiõ de Iuriſdictions,ar. 25.
o tit.des molins.art.362.& & 360.
p Aniou. titu. des Seigneurs temporelz ar. 14. couſtume du Maine tit. des bas iuſticiers,art.4.
q in l.quominus, de fluminib.in P.

## De Aëre. Cap. 5.

1 *Aëris conſideratio,& ad ſalubritatem:& ad ſeruitutes pertinet.*
2 *De ſeruitute luminum.*

1 VEnit & in controuerſiam Iuriſconſultis de aëre quæſtio, vel propter ſalubrem victum,vel propter iura ſeruitutum.Siquidem ad priorem cauſam pertinet interdictum prætorium reſtitutorium & prohibitorium,de cloacis purgandis & reficiendis, ne immundiciæ non fluentes vel ruinas proximis minentur ædificijs, vel ne ſordium tetra exhalatio, peſtilens reddat cœlum [r]. Quod exemplum à politicis magiſtratibus,ad alia ſimilia, quæ aërem inficiunt,trahi poteſt,vt curent ſi velint ſalubrem ciuitatem conſeruare.Siquidem aër eſt,cùm corporum, tum ſpirituum noſtrorũ elementum aduenìens,vt euentans flabellum,ſpiritus vel fouẽs vel corrumpens,qui euitari nequit quandiu viuimus,cùm continuè adhęreat nec alterationem eius in inſpiratione & reſpiratione effugiamus, vt erit Galenus [s].Opus quippe habemus externi aë- 2
ris ingreſſu,cordis refrigerandi gratia : nam animalia quæ cor habẽt, quod inſiti caloris fons eſt, egent illa refrigeratione, idcireóque pulmones dati,vt folles. Neque etiam abſque reſpiratione diutius loqui poſſumus : Cùm enim ſpiritus qui in pectore eſt, conſumitur, egemus alterius attractione ad vocem alendam, niſi piſcibus, qui cor nec pulmones habent, & ideo muti ſub aquis ſimiles eſſe nos quis dixerit. Spiritus autem ille, aër,iſque malus magis officiat quàm praui ſucci cibi vel inſuaues potus [t]; imò & pluribus quàm ea modis,nocere poteſt.Tribus enim modis afficere poteſt corpus, per qualitates inquam accitas,frigidi,calidi,humidi,vel ſicci : dehinc,ſubtilitate & denſitate reſpirationis : tertiò, per lucem & tenebras [v].Sunt plures poroſi in corpore meatus, ſunt ſenſualium inſtrumentorum canales, quibus adimitur etiã dormientibus aër circumfuſus, qui ſecum qualitate & impuritatem inuehit.Ideò immundus ſuffocãs eſt & putris, humores putrefacit corporis,cor inficit, morbos peſtilentes creat,iuncturas laxat, ſitim auget, ſpiritus deiicit, colorem alterat, deſipientiam facit, fruges corrumpit,ardorem in pectore efficit,linguæ ſiccitatem inducit,vomitum prouocat:& ſimilia: quæ corriguntur tantùm,ſi putredini occurratur, pręcautione adhibita in ſubmouendis his quæ aërem talem reddunt:veluti,ſi prohibeatur in vicinis aquis ciuitatum linum macerare, vel canabim, ne morticinia inſepulta iaceãt,ne quiſquilię olerum,leguminúmque putredo, vel fimus intra ædes in ciuitate habeantur:néue porci, anates, & cætera animalia ſordida, intra vrbis mœnia alantur, ſi cloacarum colluuies non ſubſideat. Atque hoc commune vel malum, vel bonum, omnibus erit:nam & aër communis omnibus eſt, vt dixit etiam Martia. Iuriſcon. [x] Quanquam interdum præoccupatione,libertas vicino adimi poſsit eius vnde conſtitutæ ſunt ſeruitutes quædam vel cõfeſſoriæ,vel negatoriæ luminum,vt officiatur luminibus vicini,vel vt libera ſint nobis [y], quod & in ſeruitute proſpectus obſeruari poteſt. quæ differt à ſeruitute luminum [z]. Accedit alia ſeruitus quæ ex aëre commoto conſtituitur,nempe à vento,qui ſi credamus Hippocrati [a], nihil aliud eſt quàm aëris fluens vnda : ſiquidem vicinus qui iuxta vicini ædes habet aream, prohibet ne is tollere altius ædes poſsit,ſi ob id area ſua expurgandorum granorum cauſa extructa,inutilis reddatur prohibito ventorum flatu [b]. Quod intelligendum eſt, ſi ſeruitus altius non tollendi,& flatibus non officiendi impoſita ſit [c] : alioquin autem cœlum,ſiue aër qui ſupra ſolum noſtrum eſt, liber erit [d].& ædificare quis in ſuo etiam cum vicini præiudicio,ſi ad æmulationem non faciat ſine legitima prohibitione poterit [e], ſicuti nec cum eo,qui obſcurat vicini ædes, ex tollendo, ſi non ſeruiat, actio non competit [f].Celſus communem vſum aëris eſſe omnibus hominibus & maris putat [g].

r Vlp.in l.1.de cloac.li.43. P. ti.22.& in l.de pupillo. l.5. §. ſi quis riuos, de ope.no.nũ. l.2.§.idem ait. ſi odore, ne quid in lo.pu. in P.li 43.ti.8.
s Gale.3 Therapeutic.c 5.& 3. li. de ſtu.dis ſanita c 8 Hip pocra de aere & aquis.
t conſiliator, 114. differẽtia.
v Arnaldus Villanouanus in primo tractatu medicinę diſtinctiõis tertiæ,partis primæ c 4. de ſignific. rerum non naturaliũ
x l 2 de rer.diuiſ lib.1.P.tit. 8.
y Vlpi. in l.2. & in l. qui luminib.l. 10. & Paul.in l. 3. de ſerui.vrb.præ. lib.8 P. titu 2.
z Vlpian. in l. inter ſeruitutes.l 14 Paul. l lumen.l. 19. de ſeruit Vrb.
a Hippoc. lib. περὶ φυσῶν, ſiue eſt ſpiritalibus flatib.
b Iuſtin. in §. fin de ſeruit. & aqua. lib.3. C.tit.35.
c ſecundũ Io. & Azonẽ, glo. in d.l fin. §.fi.
d Paul.in l.fi. de ſerui. lib.8. P,tit. 1. Venuleius in l. fi. §. penul.quod vi aut clam. lib. 14.P. tit. 23. & Põpo.in.l.pen §.pen eod.
e Vlp.in.l.proculus.l. 26. de dam.infec.lib. 39.P.tit.2.& in l.fluminum. l. 24.§.fi.eod.
f Vlpia.l.cum eo, l.8.de ſer. vrb.præd. lib. 8.P.tit.2,
g Celſus,l.3.ne quid in.loc.publio. lib. 43. P. tit.8.

## De Igne. Cap. 6.

1 *Ignis nocens, & innocens.*
2 *De incendio.*
3 *Ignis de cœlo.*
4 *Triumuiri incendiorum.*
5 *Ignis & aquæ interdictio.*
6 *Myſteria ignis & aquæ nuptiarum.*

1 ET de igne etiam agitur in iuris tractatione, illúmque vel innocentem vel nocentem eſſe dicunt: innocens, qui per ſe nocere non poteſt, niſi caſu fortuito noceat: nocens contrà, qui poteſt facilè nocere, vel ſui magnitudine, vel ratione loci vbi fit, vel ob ea quæ ante eum tractantur, & aguntur veluti ſi ſulfura ſint, vel facilè flammam concipiant. Et eo modo leges locationis ædium, ſi incendio tollantur, recipiunt interpretationem, ad damnum æſtimatione cenſendum. Siquidem ſi ea lege quis conducat, vt poſſit in ijs haberi ignis innocens, incendij periculum ad dominum pertinet, ſi culpa conductoris ignis non noceat: ſin autem dictum ſit non licere nec nocentē, nec innocentē ibi ignē habere, quomodocunque ex igne habito oriatur damnum, qui conduxit tenetur [a]. Sunt namque loca pleraque, in qua vel ignem vel lumen qualecunque inferre periculoſum eſt. Et ſunt aliqui, qui nunquam igne, vel rarò apud ſe vtuntur, vt dicunt Zenonem victu ſine igne vſum tenuíque pallio, vt notat Suidas [b]. Huc pertinet de incen-
2 dio quæſtio, de qua fusè permulta capita in titulo de incendio, ruina, & naufragio in pandectis [c], vbi inſpicimus, num fortuitum fuerit, an culpa adſit, an verò adhibito conſilio patratum. In primo quippè caſu, nulla reſtitutio [d]: in ſecundo, caſtigatio, & damni reſtitutio fit ab eo, qui in culpa vel negligentia eſt [e]: in tertio, capitale crimen animaduerſione capitali expiatur mortis, vel deportationis, vel concremationis [f]. Ita vt qui Eccleſiam incendit, grauiori pœna canonica & ſpirituali, nempè excommunicatione [g], percellitur
3 Nec mirum videatur, quod nos dixerimus, fortuito caſu ſolum fieri poſſe incendium, moti Vlpiani reſponſo [g], quo ait. *Sine culpa incendium fieri non poſſe:* nam & ſcimus extranea vi poſſe fieri incendium, hoc eſt, aliena negligentia quàm conductoris, veluti ſeruorū & aliorum domeſticorum & vicinorum. Verùm & nemo inficias ibit ſine opera hominum poſſe tangi de cœlo domum & aceruos frugum, ignis quippè cœlitus immitti poteſt, vt quando ignis egreſſus à domino exuſsit Nadab & Abiud [i]: quando conſumptæ ſunt ciuitates ſeptem ob ſcelus immane [k] quando exuſti iuſſu Heliæ quinquagenarij [l]: dum concuſſa fuerunt fundamenta ædium filiorum Iob, tactæ de cœlo oues, & pueri eius [m]. Proinde boni patresfamil. ſoliti erant incendij extinguendi cauſa, acetum paratum habere, vt notat Vlpia. [n] Et Romæ ob ſubitas incendiorum vaſtationes, trium-
4 uiri & excubiæ nocturnæ poſitæ, & familiæ publicæ circa portas & muros ciuitatis diſpoſitæ, & mercenarij conducti ad incendia ſupprimenda
5 pluribus vno die ſobortis incendijs [o]. Aliquando atque vltra ignis exuſtionem, conſiderant in pœnis ignis & aquæ, tanquam elementorum neceſſariorum ad vitam, interdictionem [p]: in cuius pœnæ locum, hodiè ſucceſſit deportatio [q]. Sicuti qui in illa cumulata ſocietate olim nuptijs con-

a Iulia. in l. ſi quis fundum. l. 10. §. 1. loca. lib. 10. P. tit. 2. iuncto. Vlp in l. videamus. in l. 12. §. ſi hoc, eod.
b Suidas in verbo ἄπυρα.
c lib. 47. P. ti. 9.
d Mart. in l. ſi fortuito. l. 11. de incen. rui. & nau. lib. 47. P. tit. 9. l. quæ fortuitis de pignor. actio. l. in rebus loca. in P.
e Caliſt. l. capitalium. l. 20. §. qui ob inimicitias, de pœn. lib. 43. P. tit. 19. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius, & §. ſi quis alteri. & §. ſi qs inſulam. & l. fin. ad l. aquil. l. qui occidit. §. in hac. eod. ti. Caius. l. qui ædes. l. 9. de incē. rui. Exo. c. 22. cap. ſi egreſſus. 50. de iniur li. 5. decret. ti. 36 Vlp. l. fi. de of. præfect. vigil. lib. 1. P. tit. 15.
f Cai⁹, d. l. qui ædes. & Vlp. in l. fin. de incen. ru. & nau. Caliſtr. l. capitalium. l. 23. §. incēdiarij. de pœn. lib. 48. P. tit. 19.
g c. in literis. c. 5. ſi de rapto. lib. 5. decr. tit. 17. ca. tua. de ſent. excom.
h Vlpia. in l. ſi vendita. l. 11. de peri. & cōmo. rei vend. lib. 18. P. tit. 7.
i Leuit. c. 10.
k Geneſ. c. 19.
l Regū 4. c. 1.
m Iob cap. 1.
n Vlp. l. quæſitum. l. 12. §. acetum quoque. de fund. inſtr. lib. 33. P. tit. 7.
o Paul. in l. 1. & Vlp. l. 2. de off. præf. vigil. lib. 1. P. tit. 15.
p Cicero pro domo ſua
q l. 3. cd l. Iul. pecul. l. 2 §. cōſtat. de pœnit. li. 48. P. tit. 19. l. 1. §. ij quibus. de lega. 3.

iungebantur, ignis & aquæ admotis myſterijs 6
vinciebantur, & meminit etiam Sceuola [r], in ſymbolum, quòd bona & mala communia forent illis: veluti horum appellatione, videtur Deus vniuerſa bona & mala concluſiſſe, dum ait, ad hominem, *ecce appoſui tibi ignem & aquam* [s], *vitam & mortem, porrige manum ad quod volueris.* Erat & inter ſummos imperatorios honores, ignis prælatus in ſartagine ferculo ſuprapoſita. Sic meminit Herodianus [t], Commodum Cæſarem, Lucillæ vxori Pompeiani permiſiſſe ſedere in theatro ſella imperatoria, & ignem de more ei præferri. Sícque ait [v], *Pertinacem non fuiſſe paſſum ignem ſibi deferri, vel vlla principatus inſignia attolli, donec ſententiam ſenatus ſciſcitaretur.* Inter leges incendij, Saliqua [x] illa eſt Francorum antiquiſſima, cuius verba, *Si quis ignem poſuerit in domum, ita vt flamma eructet & arſerit, & à familijs liberata fuerit, vnumquemque de liberis cum ſua Hereuaunti, eó quòd eos in vnuuam, quòd dicitur, hoc eſt, in deſperationem vitæ fecerit. Et non componat amplius, niſi quantum ignis conſumpſerit. Dacalis verò diſciplina integra permaneat, & ſi negare voluerit cum his cum captione ſe defendat, aut cum duodecim ſacramentalibus, id eſt, militibus, iuret.*

r Sceuo. l. pen. de dona. inter vir. & vxor. li. 24. P. ti. .. Ouidi. 4. faſto His noua fit coniunx, hæc duo magna putāt.
s Eccleſ. 15.
t Herodian. lib. 1.
v Idem lib. 2.
x In l. Saliqua. tit. de incend. Vuolfang. Lazius lib. 1. cōmentar. Reip. Rom. c. 7.

## De Elementis quatuor. Cap. 7.

1 *Elementa magicis non turbanda.*
2 *Elementis priuatus necatur homicida.*
3 *In elementis capta, capientibus cedunt.*

EXtenditur & cura Iuriſconſultorum 1
ad omnia vniuerſaliter & elementa, veluti quando Conſtant. & Iulianus Cæſares lege deteſtantur eos, qui ar- 2
tibus vetitis, & magicis ſuſurris, elementa turbare nituntur [y]. Adimúntque parricidio pollutis viuentibus, elementa quatuor leges, iubent culeo inſutos inter fera animantia ſine elementorum vſu interire [z]. Prouident & ne moueatur controuerſia de his quæ in cœlo, terra, maríque capiun- 3
tur, primò occupantibus, concedentes [a]. Extat in Francofordenſi Synodo, habita ſub Carolo magno & Zacharia, anno 742. conſtitutio, ne fierent ſacrilegi ignes, quos Nedfri vocant.

y l. multi magicis. l. 6. de malefi. & mathem. lib. 9. C. tit. 18.
z Conſtant. in l. vnic. de ijs qui paren. aut lib. occid. li. 9. C. tit. 17. Modeſt. l. pen. ad Pompe. de parrici. lib. 48. P. tit. 9.
a Florent. l. 2. de acquir. rer. dom lib. 41. P. tit. 1. Paul. l. 1. de acqui. poſ. lib. eod. P. ti. 2. §. ferè. de rer. diuiſ. ap. Iuſtinia. lib. 2. inſti. tit. 1.
b tom. 2. conciliorum impreſ. Coloniæ. 1551. pag. 456.

## De Compoſitione corporum. Cap. 8.

1 *Corporum compoſitio, triplex: Naturalis vel Phyſica. Et confuſio ex acceſſione vel adhæſione, ex congregatione corporali.*
2 *Collegia illicita improbata.*
3 *Philoſophorum collegia, vt ſeditioſa, ſublata.*

POſtquam hactenus ſimplicia elementa excuſſa à nobis ſunt, nunc memoriæ facilioris cauſa, de rebus quæ ex illis componuntur, inſtituitur Epitome, veluti paraſceue ad pleráſque enodationes inuolutarum quæſtionum. Refert itaq; Pomponius [a], compoſitionem corporum triplicem eſſe, prior eſt, naturalis & phyſica, per quam fit & ſequitur certa ſpecies, determinatio, & diſtinctio corporis phyſici: dum ea quæ miſcentur ſine rerum interitu, quæ ex ijs conflantur, non poſſunt diſſolui, cōtinentúrque vno ſpiritu, id eſt, vna propria compoſitione,

c Pompo. l. rerum miſtura, l. 30. de vſuc. lib. 41. P. tit. 1.



poſitione, vt lapis, homo, lignum, & id genus ſimilia: in quibus & φθορὰν & διαφθορὰν cōſiderare poſſumus cum Suida [a]: vt φθορὰ ſit corruptio & immutatio aliqua in parte, elementis illis in dyſcratiam & alterationem peruenientibus, extra temperamentum & compoſitionis propriæ proportionem conuenientem, vel alicuius eorum læſio aut ademptio, διαφθορὰ autem ſit, prorſus diſſolutio compoſiti & reſolutio. De hac compoſitione & Paulus iuriſconſul. [b] meminit alibi. Hanc tunc imitatur ars, cùm ex mixtione, ex qua confunduntur ſpecies, vt ſeparari nequeant, poſteà tertium quoddam corpus fit, vtriuſque particeps confusè, vt in confuſione liquidorum apparet [c]. Alia ſpecies compoſiti corporis fit coniunctione materiæ & corporum conglutinatione, applicatione, continuatione: vel à natura, vt ſi res ſibi diuerſæ tamen ſpeciei, adhæreant, vel continuatione conſequantur, vt dum fundus ex iugeribus componitur, vtque auis carnem & pennas habet, vel ab arte, veluti anulo gemma incluſa, pictura tabulæ: vtque domus tignis, lapidibus, aliiſque perficitur. Cuiuſmodi corpus vnum dicit Pomponius [d] τεχνικὸν, id eſt, artificiale, etſi artificium hoc, vt dixi, non tantùm à natura, ſed & ex hominum ingenio proficiſcatur. Tertia ſpecies compoſitionis corporum, ex pluribus longè latéque diſtinctis neque hærentibus vel continuis, congregatis, locóque tamen & mente diſcretis, perficitur: ſic vnum corpus grex erit apud Pomponium. [e] ad eum modum vniuerſitas, reſpublica, corpus facere dicuntur [f]. Et populum vnum qui ſub vexillo domini noſtri Ieſu-Chriſti militat, vnum corpus, vnámque eccleſiā facere, cōſtat [g]:
2 itidem & collegium omne [h]. Et ideo qui ex huiuſmodi ſodalitiis ſunt, corporati ritè nominantur [i]: ſiue coierint iuſtè, ſiue præter legem. Poſſunt enim hoc pacto eſſe licita, & illicita corpora: ſicut de collegiis recepta eſt vtraque appellatio. Quamquam illicita, qualia omnia ſunt quæ ſenatus, vel principis authoritate non coierint, non perſeuerent, ſed citius fumo diſſoluantur [k]: maximè, cum principibus ſuſpectæ ſunt huiuſmodi populi confœderationes, metu defectionum & proditionum. Vt Octauius Auguſtus collegia omnia, præter legitima & antiqua, diſſoluit, cùm plurimæ factiones titulo collegij noui, ad nullius non facinoris ſocietatem coirent, vt ſcribit Suetonius [l]. Et Martia. [m] mandatis principalibus præcipi ait præſidibus prouinciarum, ne paterentur eſſe collegia ſodalitia, potiſſimùm militum in caſtris: præbita tamen licentia coëundi tantùm religionis cauſa, ſicut & lege Solonis conceſſum [n] erat. Quemadmodum & negotiationis cauſa, dum tamen proſpiciatur, ne ibi monopolia artifices architectentur, iuxta legem Ze-
3 nonis Cæſaris. [o] Nam omne illorum ſodalitium tunc improbandum & puniendum eſſet, non ſecus quàm olim philoſophorum Pythagoreorum collegia, ſodalitates, & ſcholæ in Italiæ parte, quæ olim magna dicebatur Græcia, cum ipſis philoſophis concrematæ ſunt, propter illorum circa imperium inuocationes, & factiones, atque clandeſtinas conſpirationes, teſte Polybio [p]. Et Epicurei Roma fuerunt exacti ſenatuſconſulto: ſicuti in Arcadia, Meſſeni eos qui eodem quaſi præſepi Epicuri paſti eſſent, ante ſolis occaſum excedere agro Meſſenio iuſſerunt, vt peſtes adoleſcētum, iiſque expulſis, fana luſtrari à Sacerdotibus, & à Timuchis (ſic enim vocant à gerēdis honoribus ſuos magiſtratus) totam vrbem purgari, tanquam ſordibus & ſentina quadā liberam. Quódque & Lyctij in Creta ſanxerunt, authore Suida [q]. Sic ob nimiam diſcendi libertatem vſurpatam, ſoluit & expulit Roma collegia Cynicorum & Stoicorum, præter Demetrium Cynicum, & Muſonium, Veſpaſianus [r]. Et Antonius Caracallanus omnes ſodalitates Ariſtotelicas in Alexandria [s]. Generaliter etiam Arcādius & Honorius, omnem conuenticulam illicitam improbant, puniúntve [t].

a Suidas, in verb. διαφθορά.
b Paul. l in rē. l. 24. §. item quæcūque, de rei vendi. lib. 6. P. tit. 1.
c Iuſtin. in §. cùm ex aliena materia, de rerum diuiſ lib. 2. inſtit. titu 1. & §. quod ſi partim, eo. tit.
d d. l. rerum miſtura.
e d. l. rerum miſtura.
f Caius. l. 1. §. quibus permiſſum, quod cuiuſq; vniuerſi. nomi. lib. 3. P. tit. 4.
g 1. Corinth. c. 12. can. nihil 7. quæſt. 1.
h tit. de colle. illicit. & corporib li. 47. P. tit. 22. & Mart. in l. 3. eod.
i l. 1. de Alexādriæ primatib. lib. 11. C. tit. 28.
k Martian d. l. 2. de coll. illic. in P.
l Suet. Tranq. in Octauio, c. 32.
m Martia. l. 1. de colleg. illi. in P.
n Caius, l. fin. de colleg. illi.
o l. vni. de monopo. lib. 4 C. tit. 59.
p Polyb. lib. 2. hiſtor.
q Suidas in verbo αἱρέσις
r Xiphilinus ex Dione, in Veſpaſiano.
s Xiphilin. ex Dione Caracal.
t l. Conuenticulam, l. 15. de epiſc. & cle r. lib. 1. C. tit. 6.

## De compoſitorum corporum diſtinctione. Cap. 9.

1 *Diuiſio corporum phyſicorum.*
*Corpora ſilentia quæve animata eaque triplicia.*
2 *Silentium exempla.*
3 *Lapides quomodo dicantur renaſci.*
4 *Exempla animatorum.*
5 *Diuiſio alia corporum, in mobilia, & immobilia & mouentia, perpetuò mobilia, dubia.*
6 *Quæ immobilia, & pro immobilibus habita: vt ager, domus, coloni, vſusfructus, cēſus perpetuus annuus, annonæ ciuiles tadhærentia immobilibus.*
7 *Quæ mobilia, mouentia. & ſe mouentia.*
8 *Immobilia minorū non alienantur ſine ſolennitate*
9 *Vilis poſſeſſio, & ſine affectione, mobilium: contrà, immobilium. & de retractu gentilitio.*
Biens meubles n'ont point de ſuitte. *eod.*
10 *De his quæ natura dubia ſunt, num mobilia, vel immobilia.*
11 *Inter immobilia vectigalia: pedagia, guidagia, portoria, &c.*

RVrſum corpora phyſica diuiduntur: 1
vt alia dicantur, quæ ſolam habent compoſitionis appellationem & naturam, dicta exiſtentia tantùm, ab Hebræis autem דומְמִים [v] ſilentia, & ſimpliciter concreta: qualia ſunt lapis, metalla, & iis ſimilia. Alia dicantur animata, ídque tripliciter: primùm ea quibus ineſt vis vegetabilis, præter ſimplicem compoſitionem, quæ vis anima vegetans appellata eſt: ex qua tres oriuntur facultates alendi, coaleſcendi, & ſimile ſibi procreandi, quæ proculdubio in arboribus & plantis, ſunt. Secundò animata dicuntur, corpora viuentia, quæ habent compoſitionem elementarem, vt ſilentia, & vegetabilem vim, qualem plantæ, ſed vltrà habent vim ſenſitiuam & patibilem, vt bruta, piſces, aues, & reliqua animalia. Poſtremò & illa animata perfectiora ſunt, loquendi & intelligendi vi prædita, quæ omnes ſilentium vegetabilium & ſenſitiuorum habent facultates, eáſque præſtantiores, & vltrà animam rationalem, intellectualem, & immortalem: cuiuſmodi tantùm compos homo eſt. Atque horum omnium hypotheſes iura nobis diſcutiendas & diſtinguendas, ſubiiciunt oculis: Nam de ſilentibus corporibus 2
agunt, quando rerum agendarum inſtrumenta proponunt in titulo de fundo inſtructo inſtrumentóue legato [x]: cùm cotes ad hoſtes deferri vetant [y]: quando argenti libræ, quinos aureos ſolidos dant [z], vetant decoqui aurum [a]: cùm pondera pecuniis aſſignant [b]: cùm aurum argumentúmue factum, hoc eſt in formam aliquam conflatum, ab infecto & in rudi materia exiſtente ſeparant non ſine magno labore [c]: dum quærunt

v Ioannes Iſaac Leuita, ca. 1. libri, qui Ruachhaken. Spiritus gratiæ vel phyſica Hebræa.
x li. 33. P. tit. 7
y Paul. l. cotē. l. 11. de public & vectigal
z Auguſtus. l. vnic. de argē. pret. quod theſau. infer lib. 10. C. tit 76.
a Imp. Valēs. l. 1. de auri publi perſecuto lib. 10 C. ti. 72
b l. 1. & 2. de pōderato. lib. 1. C. tit. 71
c Pompon. in l. & ſi nō ſunt l. 21. §. argēto facto. & §. infecti, & Paul in l pediculis in prin. & §. 1. de aur. & arg. lega. lib. 3. ... tit. 2. cū ſimil.

num pura, an verò adulterata ſit materia, tum in nummorum excuſſione [a], tum in aliis pleriſque. Conſiderant & fructus demeſſos, aromata & alia in vectigalium æſtimatione, aliáſque res inanimatas, de quibus exempla paſſim occurrunt examinanda [b], & aliquando curioſius, quàm apud
3 Phyſicos. Veluti apud Marcellum [c], & Papinianum [d] agitata quæſtio de lapidibus, num renaſcantur exciſſi, quod negant Phyſici, qui tantùm additione & ablatione materiæ eos componi aiunt, nunquam autem creſcere: aliter illi tamen renaſci dixerint iuſtitiæ & phyſices peritiſſimi authores qui tamen intelligendi ſunt dixiſſe, & renaſci lapidês in Gallia & Aſia, quando ſublata dura ſuperficie, mollis terra quæ ſubſidebat, aëre admiſſo condenſatur, & in lapidem dureſcit.
4 Agunt & de vegetabilibus ſæpiſſimè, vt in titulis, De glande legenda, arborum furtim cæſarum [e], de arboribus cædendis [f], de luco Daphnes [g], & de cupreſsis [h], & de paſcuis publicis & priuatis [i], de paſcuis limitaneis, & caſtellorum: & in ſeruitutum capitulis [k], de iure paſcendi pecoris [l]. Atque & de animalibus frequens tractatio, in titulo, ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur [m], in lege Aquilia [n], in ædilitio edicto [o], & alibi. De hominibus autem, qui perfectum exhibent compoſitionem, non eſt quod doceam iura tractare, cùm finis iuris homo ſit, vt tradunt Hermogenianus [p] & Iuſtinianus [q], ſicut & cæterarũ rerum omnium [r]. Proſtant & integri tituli, De ſtatu perſonarum [s], de iis qui ſunt ſui vel alieni iur. [t] de ingen. [v] de libertinis [x], de iure perſonar. [y] de ſponſalibus [z], de nuptiis [a] & ſimiles, de quibus
5 ſuo loco Deo fauente dicemus. Ex quibus omnibus alia corporum rerúmque colligi poteſt diuiſio, vt quædam res ſint mobiles, quædam ſe mouentes, quædam immobiles [b], & quædam perpetuò mobiles, quas Græci ἀεικινήτους dicũt: quædam
6 dubiæ naturæ. Immobiles res ſunt, quæ moueri omnino non poſſunt, & tales propriè res ſoli ſunt, quæ tradi nequeunt, & non niſi adeptione poſſeſsionis transferuntur. Et Vlpia [c]. ita iudices interloqui ſolere ait, *ſi mouentia non ſint, vt ſoli quoque capiantur:* quibus verbis mouentibus opponit ſoli res. Latius autem & quæ ſolo adhærẽt, & quæ ſolo deſtinata ſunt, vt ei perpetuò inſeruiant, immobilium loco ſunt: & non ſolùm ager, ſed & ei addictus colonus, domus, mancipia ruſtica [d]: coloni enim huiuſmodi vel mancipia, à prædio cui addicuntur ſeparari non poſſunt, & dominum ementem prædium & retinentem ſequũtur perpetuò [e]: quia nec puncto temporis abeſſe debeant à gleba, vt ait Honorius [f], ſed ſtatim ad opus reuerti [g], ideo & partes fundi dicti à Modeſtino [h] eóque modo fructus pendentes, quandiu à ſolo ſeparati non ſunt, inter immobilia erunt, quia pars fundi ſunt [i]: contrà, ſeparati inter mobilia erunt, vt notat Modeſtinus ex Traiani ſententia [k]. Dicunt & vſumfructum ex immobilibus percipiendum, inter immobilia eſſe: quia dum conſtituitur, in reipſa eſt, iúſque in corpore [l], & idcirco ille pars dicitur dominij [m]. Hac ratione cenſus perpetuos annuatim debitos, annonáſue ciuiles, inter immobilia annumerauit Iuſtinianus [n]. Sic pẽſiones per lõgum tẽpus præſtari ſolitæ eccleſiæ, ad exemplum immobilium alienari prohibentur [o]: non ſecus tamen quàm ex mobilium numero habebũtur reditus, ſi annui ad modicum tẽpus duraturi ſint, ſi credamus Alciato [p]. cuius tamen ſententia apud me vera eſt, quando illa penſio duratura ad modicum, ſit & ex genere earum, quæ ſopiri & aboleri poſſunt redemptione ſortis mutuatæ, aut ſi ſit ex his, quas dicũt Galli, *Rentes volãtes conſtituees à prix d'argent:* non autem ſi de ſolari iuris cenſu agatur, quam vocant, *Rentes foncieres.* Nam in prioribus mobilia conſidero, nempe pecunias, quibus conſtituta eſt penſio: in aliis, quod ex pactione ſolum habet, veluti dicimus, tributorum præſtationem ſemper ſequi prædij detentorem, quamuis pacto aliter placuerit inter priuatos [q]. In ſumma & res illæ quæ adhærent immobiliter immobilibus, immobilia cenſentur: vt molendinum, quod aluei fluuiatilis ſolo inſidet, cum fiſtucis adactis trabibus & tignis fibulatis vel ſubliciis ædificatum [r]. Item domibus affixa, clauis vel impagibus pro immobilibus ſunto [s], ſi potiſsimùm affixa ſunt, vt ibi perpetuò eſſent, veluti fiſtulæ, caſtella plumbea, putealia, epiſtomia, fiſtulis applumbata, columnæ.
Mobiles res illæ ſunt propriæ, quæ facilè à loco 7
moueri & transferri tradíve poſſunt, ſeipſas autem non mouent: in quo à mouentibus ſe differunt, quæ propriè animalia ſunt [t]: etſi omnia perpetuò non mouentur, ſed aliquando, vt apta ad motionem, Sunt autem alia corpora & res perpetuo in motu exiſtentes, veluti cœli & ſydera, vt conſtat tum experientia, tum ex Oeceli libello de vniuerſo, cæteríſque phyſicis & aſtrologis, & ex Philone de mundo: ideo Iuſtinianus dixit [v]: noſtrum ſtatum ſub perpetuo motu conſiſtere.
Quæ quidem omnia apprimè notanda ſunt, quia 8
diſtinctionis huius vtilitas frequens in iure eſt, veluti in tractandis rebus minorum: alienatio quippè inhibetur rerum immobilium ſine ſolẽnitate, & iudicis decreto [x]: mobilium autem & ſe mouentium, quę ſeruando ſeruari non poſſunt, permittitur tutoribus [y]. Et rerum mobilium vi- 9
lis & abiecta æſtimatur poſſeſsio à Paulo [z], vt eam facilius amittamus ignorantes [a], & breuiori præſcribatur temporis curriculo [b]. Sed & axioma in iure & praxi indubitatum, Mobilia non teneri legibus hypothecæ, vt priores in debito vel priuilegiati aliis minimè priuilegiatis & poſterioribus præferantur, ſi minus diligentes in captione fuerint pignorum, quod nos in Gallia dicimus, *Que biens meubles n'ont point de ſuitte,* id eſt, quod quandiu mobilia ſunt penes debitorem, ea poſsint à quolibet creditore iure pignoris capi & diſtrahi, vt à priore creditore deinceps conquerente, diſtractio reuocari vel impediri non poſsit [c], niſi quæſtio eſſet de penſione locationis, quo caſu dominus inquilini inuecta in domum, iure prælationis, vt tacitè legis authoritate oppignerata, retineret [d], vel ſi pignora mobilia iudicialia, eius ſint valoris, vt poſſint vendita vtriſque ſatisfacere. Dehinc nec in mobilibus affectio [e] cõſideratur, quod fuerint maiorum, & ideo nec gẽtilitiæ redemptioni locus [f] in his, vt in immobilibus, quæ in locis eius conſuetudinis, propter hanc affectionem [g], quod res maiorum fuerint, ſi vendantur à proximioribus venditoris reuocantur, reſtituto emptori æquali pretio, quod venditori numeratum eſt. Vnde alia vtilior regula

a Paul. l. qui falſam, l. 18. ad l. Cornel. de falſ. li. 48. P. ti. 19. tot. ti. C. de fal. monet. b Marc. l. inter dum, l. 16. de publ. & vecti. li. 39. P. tit. 4. c Marc. in l. pro regione, l. 8. de acq. rerũ dom. li. 41. P. tit. 1. d Papini. in l. diuortio, l. 8. § ſi in fũdo, ſol. mat. lib. 24. P. tit. 3. e li. 47. P. ti. 27. f li. 47. P. ti. 7. g li. 11. C. tit. 77. h li. 11. C. ti. 77. i li. 11. C. ti. 60. k li. 11. C. ti. 59. l Vlp. in l. 1. de ſeru. ruſt. pręd. lib. 8. P. tit. 3. m li. 9. P. tit. 1. n Pompo. in l. Quintus Mutius, l. 39. & l. ſeq. ad l. Aqui. lib. 9. P. titu. 2. cum ſimilib. o Vlp. l. ædiles aiũt, l. 38. de ædilit. edic. lib. 21. P. tit. 1. cum ſimilib. p l. 2. de ſta. ho. lib. 1. P. tit. 5. q Iuſtin. §. fin. de iur. nat. r l. in pecudũ, de vſur. li. 22. P. tit. 1. §. in pecudũ, de rer. diuiſ. lib. 2. inſtit. l. 1. s lib. 1. P. tit. 5. t lib. 1. P. ti. 6. in inſtit. ciuil. lib. 1. tit. 8. v Apud Iuſtinian. lib. 1. x Apud Iuſti. lib. 1. y Eodẽ apud Iuſtinia. z in P. & C. a in P. C. & inſtit. & auth. b Iuſtin. §. 1. de litig. col. 8. tit. 8. in authẽ c Vlp. l. à diuo Pio. l. 15. §. in vẽditione, de re iudi. lib. 42. P. tit. 1. d §. vult enim de nõ aliena. reb. eccleſi. in aut. coll. 2. ti. 1. e l. 2. & l. quẽadmodũ, l. 7. de agri. & cẽſi. li. 12. C. tit. 47. Mart. l. ſi quis inquilino l. 115. de leg. 1. li. 30. P. tit. 1. f Honor. l. colonos, l. 15. de agric. & cenſi. g Modeſt. in l. 2 de nundi. li. 50. P. tit. 11. h Modeſt. l. 3. de diuerſis & tempo. pręſcr. lib. 44. P. tit. 3. i Caius, l. fructus pendẽtes, l. 44. de rei vẽdic. li. 6. P. ti. 1. l. ſi fur. l. 14. alias l. arbo. ib. §. Iulianus. de vſufr. lib. 7. P. tit. 1. k Modeſtin. l. fin. de requir. reis, lib. 48. P. tit. 17. l Celſus, l. 2 de vſufruct. lib. 7. P. tit. 1. cap. fin. de pig. apud Greg. m Paul. l. 4. eo. tit. de vſufr. n § vult igitur, de nõ alien. reb. eccleſ. in auth. coll. 2. tit. 1. l. fin. §. prætereà, de iur. dot. l. iubemus, de ſacroſ. eccleſ. clem. exiui. §. cumque, de verb. ſignif.

o c. quærela de electi. app. Greger. p Alciat. in l. mouentiũ, de verb. ſig. q Imp. Iuli. in l. fin. ſine cẽſu. & reliq. fund. cõp. nõ poſ. li. 4. C. tit. 47. Papiu. l. Imperatores, l. 7. de pub. & vect. li. 39. P. tit. 4. Papin. l. inter debitorem, l. 43. de pact. lib. 2. P. tit. 4. r *aux couſtumes du pays de Turene,* tit. *des choſes qui ſont reputees meubles,* artic. 2. s ead. cõſuet. art. fin. t Celſ. in l. mouentium, l. 93. de verb. ſig. li. 50. P. ti. 16. d. l. à diuo Pio, §. in vẽditione, de re iud. in P. v § autẽ lex, de non alien. reb. eccl. coll. 2. tit. 1. in auth. x Conſtanti. l. lex qui tutores, 21. de adm. tuto. li. 5. C. ti. 37. tot. titul. de præd. & aliis reb. mino. ſine decret. non alien. li. 5. C. tit. 71. l. etſi ſine, §. quæſitum, de min. P. ſolennitates huius vẽditionis, tradit Vlp. l. magis puto. l. 5. §. nõ paſſim, de reb. eorũ. qui ſub tute. li. 27. P. tit. 9. y Conſtant. in l. fin. quan. decret. opus non eſt, lib. 5. C. tit. 72. d. l. lex quę tutores. §. fi. de adm. tu. C. l. & ſi ſine. §. quæſitum, de minor. 25. an. z Paul. l. ſi rẽ mobilẽ, l. 47. de acq. poſſ. li. 41. P. ti. 2. & l. peregre, l. 44. eod. titu. a glo. in prædi. ll. proximè citatis, & in l. ſi poſt acceptũ iudicium, l. 18. in gl. r. de rei vendi. in P. b Iuſt. in l. 1. de vſucapio. trãsfor. li. 7. C. tit. 31. tit. de vſucap. li. 2. inſ. c in cõſuetudinibus Aluerniæ. item conſuetu. *du Maine,* tit. *des preſcriptions,* artic. 436. & cõſue. *d'Aniou* eo. ti. art. 421. Chaſſan. eod. conſ. Burg. titu. *des rentes vendues à rachapt* §. 3. verſi. videmus quotidie. d l. 4. D. de pact. l. 2. 3. 4. in quibus cau. pig. vel hypot. tac. contrah. l. ſi non inuecta, & l. fin. C. eod. tit. de quibus latius in pign. agemus. e Vlp. l. 3. de in litem iur. lib. 12. P. tit. 3. f Maſuer. in praxi iudicior. tit. de retract. §. 1. Ioan. Lucius in placitis ſummæ curiæ, lib. 9. tit. 3. Bart. Chaſſa. in comm. ad conſ. Burg. tit. de retract. art. 1. g l. ſi in emptione, l. 36. de minor. 25. ann. c. cõſtitutus. de in integ. reſtit. app. Greg. §. pen. quali. ol. m f alien. poſſ. in vſib. feu.

generalis



generalis, vt quæ pro mobilibus habentur, redhibitioni gentilitiæ non ſint obnoxia: quæ autem
10 pro immobilibus, quæue immobilia ſunt, redhiberi poſsint à proximis. Cæterum & alia eſt annotanda rerum dubia natura earum quæ poſſunt inter mobilia & immobilia eſſe, & tamen per ſe talia non ſunt. Huiuſmodi ſunt nomina debitorum [a], id eſt, debita, quæ ſi ſint rerum immobiliũ, immobilibus adſcribentur, ſi mobilium mouentiúmue, mobilibus [b]. Cum incorporalia nec mobilia vel immobilia ſint propriè per ſe [c], neque tradi neque poſſideri poſſint. [d] Quamobrem, & iuriſconſulti, qui omnia complectuntur, addunt, mobilibus, & immobilibus expreſsis, etiam nomina [e]. Sunt autem & inter immobilia, iura perpetua, vt reditus perpetui, nomina, vt dictum eſt, ſeruitia quoque [f] & vectigalia, quæ dicũtur guidagia, portoria, pedagia, & ſimilia iura, & vectigalia, vel tributa [g], vt & in iis retractus locum habeat: neque poſſint ſine ſolennitate ab eccleſiaſticis viris, ſi eccleſiæ ſint, alienari [h]. Quibus & alia propè innumerabilia, quáproximè vtilia adiungi facilè à quolibet poterunt.

## De incorporalibus. Cap. 10.

1 *Incorporalium finitio & diuiſio.*
2 *Spiritualia quæ, & ibi ſpiritus acceptiones.*
3 *Vbi tractent de ſpiritualibus iura.*
4 *Iura eſſe incorporalia.*
5 *Formæ incorporales, item & figuræ.*
6 *De indiuiduo vel diuiduo.*
7 *Diſcrimen corporalium & incorporalium in diuiſione & vſu contractuum.*
8 *Sacrorum ſpiritualium & aliorum ratione commercij differentia, & de ſymonia.*
9 *In ſpiritualibus minor 25. an. filiusfamilias, in iudicio eſſe poteſt.*
10 *Spiritualia faciliùs naſcuntur, quàm deſtruantur: contrà corporalia.*

1 INcorporalia iuriſconſulti etiam vt phyſici intelligunt, quæ tangi viderí ue non poſſunt [i], vt dictum à nobis eſt [k]. Cæterùm ea vberiori facilitate explicamus, vt ea huiuſmodi ſint ſpiritualia: vel iura, quæue iuris nomine inſigniuntur: vel formę, vel figuræ. Spiritualia dicuntur ea, quæ ex fide & animi ſola cogitatione & intellectu pendent, quæue ad Dei cultum pertinent, de quibus iuriſconſulti, Cæſares, & Pontifices agunt plerunque. Hæc autem ſpiritualia dicuntur non à vento, qui & ſpiritus dicitur [l], vel ab habitu, vbi etiam ſpiritus, hæc enim corpora ſunt elementaria, ſed ab anima quæ & ſpiritus [m] diuinus à Deo inſpiratus in faciem hominis, factus in animam viuentem [n]: ſicuti dum diuus Iacobus ait [o], *corpus tuũ ſine ſpiritu, mortuum eſt.* Et D. Stephanus [p], *ſuſcipe ſpiritum meum.* Et Hebræi pariter vocant רוח ruach, ſicut & Græci ψυχήν. Cùm tamen apud vtroſque & pro flatu, vento, refrigeratione, accipi vtrumque nomen poſſit, & pro anima, quæ ideo flatus & ſpiritus, quòd per ſpiritus vitales, per totum corpus exerat vitales facultates. Eſt etiam in anima alia vis, quæ ſpiritus etiam dici poteſt, vt dum dicitur, *quis ſcit hominum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in eo eſt* [q]? Vtque mens eſt ſuperior vis animæ, ita ſpiritus vis inferior [r], vbi rerũ corporalium imagines imprimuntur. Sícque in Geneſi [s] dicitur, *Spiritus Pharaonis informatus eſt, vt videret imagines: mens autem Ioſephi illuminata, vt intelligeret.* Hícque ſpiritus pars virilis animæ, qui antequam maritus, animalẽ affectionem, velut vxorem regit. Erítque anima, ſpiritus quo ſumus: & hic ſpiritus, velut animus, ſpiritus quo regimur, in his in quibus ineſt ὁρμὴ καὶ φαντασία, impulſúſque animæ D. Paulus quoque [t] hæc diſtinguit, *integer,* inquit, *ſpiritus veſter, & anima, & corpus.* Súntque etiam quæ corporalem materiam non habent ſpiritus, veluti Deus ſpiritus eſt, & pater ſpiritus, filiúſque Deus ſpiritus: & tertia diuinitatis deſignatio ſpiritus ſanctus propriè, vt docet Didymus [v]. Item ſpiritus ſunt, ſed non eius puritatis, qua Deus, Angeli [x]. In ſumma ſpiritus, carnem & oſſa non habent [y], nec tangi viderí ue per ſe queunt, niſi in aſſumpto externo corpore. Et hi comprehenſibiles tantùm animo ſunt, ſpiritualibus ſpiritualia comparãdo [z]. Hinc cultus diuinus maximè & quæ circa eũ ſunt ſpiritualia dicuntur, ſicuti illa fluxa & caduca, quæ corporali parti accommodantur, profana, temporalia, & ſecularia, ſi non ſint ſacris deſeruientia. Virtutes, & dona Dei inter ſpiritualia ſunt [a], & ratione connexionis, & quòd ſpiritualia dona cõferant, ſacramenta ſpiritualia [b]. ſicuti & quæ religioſis locis adhærent, religioſa cenſentur [c]: vt éius patronatus annexum ſpirituali ſpirituale [d]. Huius & iuris cenſebuntur ſacra vaſa, veſtes [i], & reliqua cultui diuino deſtinata [e], quæ quamuis corporalia ſint, tamẽ in illis, quod ſpirituale eſt incorporeum eſt, & animo ſolo intelligitur: etſi exteriora ſignum aliquod inuiſibilium exhibeant. Et de iis extant propriæ in iure vtroque tractationes.
Eóque referuntur tituli Codicis Iuſtinianei in 3
primo libro, De ſumma trinitate, & fide catholica tit. 4. de ſacroſanct. eccleſ. tit. 5. & qui ſequuntur tit. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. Tractant & de ſpiritualibus, diuinis, & religionis ſummi pontifices in decretalibus, ſexto, & clementinis, extrauagantibus, de ſumma trinitate, de electione, poſtulatione prælatorum, de tranſlatione epiſcopi, de ſupplenda negligentia prælator. de tempo. ordinat. de renunciatione, de ſacra vnctione, de ſacramentis non iterandis. & dum agunt de officiis eccleſiaſticis, de ſimonia, de iure decimatum, de vſuris, de ſepulturis, voto, euchariſtia, conſecratione, & huiuſmodi. Itẽ de aliis ſpiritualibus non ſacris, quoties agunt de conſenſu, de voluntate, de conſilio, pactis: & ſimilibus, de iuris & facti ignorantia, de iniuriis verbalibus, & de reliquis, quæ intellectu ſolo comprehenduntur. Nam quæ ex ſpiritu naſcuntur, ſpiritualia ſunt [f], & ſimile ſibi ſimile gignit propria generatione, vel productione. Eſtque induſtria perſonarum ideo ſpiritualis [g]. Siquidem omnes artes & ſciẽtiæ & intellectualia, corporalia dicũtur a Porphyrio [h]. Ex quibus ſequitur & iura eſſe inter incorporalia annumeranda, quia illa ſolo animo comprehẽduntur: quanquam ea, quibus iura adhærent, ſint corporalia [i]. Iuris autem appellatio ad multa pertinet [k]. Quamobrem ne nos pluribus exemplis oneremus, erit regula generalis: vt id omne, quod in finitione ſua habet voculam iuris, ſit incorporale. Igitur & hæreditas, quia per ius definitur [l], incorporalis erit [m]. Similiter & ſeruitutes, quæ iura prædiorum dicuntur [n]: & ſeruitutes perſonarum à iure gentium introductæ [o]: obligatio, vt iuris vinculum [p]: actio, vt ius perſequendi [q]: ius patronatus, eccleſiaſticum, & noneccleſiaſticum [r] ſiue profanum: iuriſdictio [s],

& ſic

a Bart. & glo. in l. mouentiũ de verb. ſign. b gl. in d. l. mouẽtium, & ibi Alcia. & Albe. in dictionario, in verbo mouentium. c Bald. in l. fin. de cogn. feud. Lapus in alle. ſua 91. latè Au fret. ad quæſt. Tholoſ. 315. d l. ſeruus. §. incorporales, de acquir. rer. dom. in P. e d. l. à diuo Pio §. 2. de re iud. l. quã Taberoni s. §. in peculio, de pecul. in P. late Alex. de iis cõ 2. vol. 1. verb. tertiò moueo. Panorm. in c. ſi nulli. de reb. eccleſ. nõ alien. f Specula. in tit. de reſtitu. ſpolia. ver. ſed adhuc g Chaſſ. ad cõſuetu. Burg. in ti. de retracts lignagiers, §. 1 verſi. itẽ quæro Bald. in c. 2. de feu. cogn. & in §. 1. quæ ſint regul. h l. Iubemus, & authen. hoc ius porrectũ, de ſacro. eccl. li. 1. C. tot. tit. de nõ aliena. reb. eccleſi. in authen.

i §. 1. de reb. corp. & incor. l. 1. de rer. diu. lib. 1. P. tit. 8. k ſup. c. 1. l Ezechiel 5. Pſal. 47. & ſæpe alibi. m ita apud Iuſtin. in §. 1. conſtit. 60. vt defunct vel funera eorum, &c. n Gene. c. 1. o Iacob. 2. p Actuum 7. q 1 Corin. c. 2. r gl. ordinaria in ca. 14. 1. ad Corint. in verba illa, Spiritus meus erat. s Gene. 41.

t 1. ad Theſſ. 5. v Libello, de Spiritu ſancto. x Pſal. 103. ad Hebr. 1. & alibi. y Lucæ, 24. z 1. Corin. 2. a Can. 1. & 2. 1. quæſt. 1. b hæc tractantur à magiſtro ſententia. lib. 4. d. 1. & 2. de iis non vẽdẽdis. inc. non ſatis. c. 7. c. cùm in eccleſia. c. 9. de ſimo. lib. 5. P. tit. 5. c Paul. l. quæ religioſis, l. 43. de rei vend. li. 6. P. tit. 1. d. c. de Iure patro. c. 16. de iu. patro. lib. 3. ap. Grego. ti. 38. c. quãto, de iudi. apud eũdem. e Panor. in c. cõſulere nu. 3. de ſimonia. f Dinus. Ioan. Euang. c. 3. g Vlp. in l. inter artifices. l. 31. de ſolu. lib. 46. Petit. 3. h Porphyr. li. de occaſion. i l. 1. §. quædã, de rer. diu. li. 1 P. tit. 8. §. 1. de reb. corpor. & incorpor. li. 2. inſtitut. k Paul. in l. penult. & Mart. l. fin. de iuſtit. & iur. li. 1. P. tit. 1. l Iulian. in l. hęreditas. l. 62. de reg. iur. lib. 50. P. ti. 17. Caius. in l. nihil aliud. l. 24. de verb. ſig. li. 50. P. tit. 16. m d. l. 1. de rer. diuiſ. in P. n Bart. in l. 1. de ſeruituti. l. ſi de pręſcrip. long. temp. C. o l. ex hoc iure. de inſt. & iu. lib. 1. P. p § 1. de oblig. lib. 3. inſtitut. tit. 14. q §. 1. de actio. l. fin. de præſ. lon. temp. r titu. de iur. patronat. ap. põtifices ſummos, & tit. de iure patro. in P. lib. 37. ti. 14. potiſſ. l. 4. & fi. s l. 1. de iuriſdi. om. iud. lib. 2. P. tit. 1

5 & ſic de ſimilibus. Quod ſi de formis agatur, formas & incorporales eſſe credi par eſt: ſiue illæ ſubſtantiales, ſiue accidentales ſint. Porrò forma ſubſtãtialis ea eſt, cuius ratione quid tale dicitur, vt hominis forma ſubſtantialis, illi propria ratio, corporis & animæ immortalis, compoſitio [a]. In arboribus, proprium genus propriáve ſpecies, qua differunt inter ſe, & ab aliis rebus. Accidentalis, qua ad tempus mutatur res, extrinſecus. Nam forma eſt tranſmutationis effectrix, diſtinguens rem ab aliis, & per mutationem eandem à ſeipſa [b]. Sic figura omnis quę videri putatur, cùm tamen non videatur, incorporalis eſt, & ſpiritualis. Quod enim hoc ſit quadratæ vel triquetræ figuræ vel alterius, ad animi determinationẽ pertinet: Quia mathematicæ omnes definitiones, contemplationésve ſunt conſiderandæ in abſtracto. Et oportet credere tales eſſe, prius quàm tales eſſe dignoſcamus, vt admonet Ariſtoteles [c], vt & Plato [d] tradit, mathematicas formas ab omni actione liberas. Dehinc & Ariſtoteles [e] ſcribit ea, ex quibus figura fit, vt puncta, lineam, rectitudinem ſine corpote eſſe poſſe, neque omnia exiſtentia eſſe corpora, neque inter corporea
6 poſſe adſcribi. Hinc pendet vtilitas non exigua, in perdifficili illo tractatu diuidui & indiuidui: Nam incorporalia, vt iura ſeruitutum promiſſa, quæúe formam habent ſubſtantialem vnam, vt homo, pro parte ſolui reipſa nequeunt, vt indiuidua: item plura obligatione ſimul promiſſa, cùm obligatio iuris ſit, pro parte, quod pertinet ad tollendam obligationem, vt ea pro parte cenſeatur ſublata, ſolui nequeunt, vt notat Paulus lib. 27. ad edictum [f], Vlpianus [g], & alij. Alioquin enim corrumpi oporteret ſtipulationem diuiſione, vel ex vna duas, vel plures naſci, vt ſint tot ſtipulationes, vel obligationes, quot ſint ſeparatæ
7 res, ſecundum eundem Vlpianum [h]. Nam pro ſubſtantia contractibus eſt forma præſcripta, qua mutata, degenerat negotium in aliam naturam [i], illa exiſtente ex placito indiuiſibili. Erúntque conſequenter res indiuiſibiles, vel diuiſibiles, vel ſua naturali forma & ſubſtantia, vel ſolutione, vel promiſſione, ſiue obligatione: in quibus optimè verſatum eſſe de iure reſpondentẽ oportet. Et cum Bartolo [k] obligationem perpendere debemus: vel in modo contrahendi, & tunc in cõtractu qui facti eſt [l], antequam adſit vinculum obligationis, addi vel minui poteſt: in modo autem obligandi, quia certius nihil [m], aut vt contractam conſideramus, & tunc nec addi nec diuidi quicquam ab ea etiam poteſt, non modus, non conditio [n], vel conſideramus res, quæ in obligationem venerunt: quæ, ſi ſua natura diuiduæ, & talis poterit eſſe particularis præſtatio, & rerum ratione diuidua ſecundum quid erit obligatio, & ſolutione partis pro parte interibit [o]. Verùm donec ex integro ſatisfactum ſit, ius obligationis integrum: vt pro parte reſidua, & tota poteſtas capiendi pignoris & venditionis eius ſalua ſit [p], perinde ac ſi nihil fuiſſet ſolutum: ſit tamen imputatio poſtmodũ ſoluti, in integra præſtatione. Et ſecundo loco memoria tenendum, inter corporalia & incorporalia intereſſe: quòd illa tangi viderive ſua natura, & diuidi ſiue in partes ſimilares, ſiue diſſimilares corporeas poſſint: iſta [q] nequaquam, quæ tãtùm animo & complectimur & diſtinguimus, intentione vel remiſſione animi formamus vel fingimus. Quamobrem & notabile eſt, illos qui animũ habent vel impeditum, vel deperditum, vel læſum, negotiorum eorum non eſſe capaces, quæ à mente ſana tractari debent, & quæ conſenſum & voluntatem deliberatam exigunt: veluti meritò furioſis, pupillis, inhibentur contractus, potiſsimùm qui conſenſu perficiuntur, vel quorum conſenſus verbis exprimitur [r]: inhibetur & amentibus coniunctionis per nuptias facultas [s]: & impuberibus in foro
dicendi [t], vel iudicandi libertas [v]. Dehinc & adii- 8
ciendum, diſcrimen maximum eſſe inter ſpiritualia & temporalia multis de cauſis, præter illam corpoream declaratam differentiam: ſacra namque, quæ conſecratione pontificum fiunt [x], non poſſunt præſcribi [y], neque in ſtipulationem deduci [z], cùm in dominio alicuius non ſint [a]: Minùs etiam ſpiritualia, ſacramenta, & ſimilia, nundinationes recipiunt: eò quòd, dona Dei æſtimari nequeant vili hac materia & pretio corporeo, alioquin imminente tentantibus imponere æſtimationem pœna maledictionis, qua ob eandem cauſam punitus fuit Simon Magus [b], à quo & reliqui qui comparare pretio diuina ſatagunt, ſimones vel ſimoniaci [c], & crimen ipſum ſimonia, vt vendentes Giezitæ, à Gieza ſeruo Heliſei, qui ob gratiam à Deo per Heliſeum prophetam Naamo conceſſam in lepræ cura, auſus eſt munera poſcere ſuo maximo malo & poſterorum ſuorum: lepra ideo alba in perpetuum in
vltionem ſceleris infectus [d]. Atque in cauſis ſpi- 9
ritualibus maior 14. annorum filiusfamilias, in iudicio ſuo nomine, ſine patris conſenſu & voluntate eſſe poteſt, in aliis non poteſt [e]. Súntque aliæ differentiæ quæ omittuntur. Sed & ſpiritualia difficiliùs deſtruuntur, quàm fiant: contrà, corporalia difficiliùs fiunt, quam deſtruantur [f].

## De forma, & eius regulis. Cap. II.

1 *Formarum diuiſio, &c.*
*Forma ſubſtantialis, quod ſit perfectio rei, & de animalium forma.*
2 *De forma vel figura extrinſeca, & de intrinſeca rerum additione vel detractione mutata.*
*Teſtamentorum forma immutabilis,*
*Item contractuum.*
*Actionis rei vxoriæ transfuſio in ex ſtipulatu actionem.*
3 *Forma accidentalis quid.*
4 *Formam exprimit, 1. expreſſio honeſtatis, 2. conditio. 3. ordo, 4. continuatio actus.*

SEd quia obiter de forma dixiſſe non 1
ſufficit, ſeorſum de illa paucis agamus adhuc, eò quòd eius cognitio valdè neceſſaria nobis ſit. Conſiderabimus itaque illam cùm in corporalibus, tum in incorporalibus, vel vt ſubſtantialem vel tanquam accidentalem. Subſtantialem dicemus, cõſummationem & perfectionẽ cuiuſque rei, prout quæque res habet definitam & determinatam rationem vel compoſitionem certis rebus vel partibus abſoluendã, vt me docuit Caius iuriſc. [g] Nec dicitur homo, qui in vtero adhuc embryo eſt, nec partes omnes homines cõpletas habet [h]. Nec inanimato corpore natus [i]. Sic in aliis animalibus, ea formam non habent ſubſtantialem, quæ carent vita ſenſitiua: ſed aliud nomen accipiunt, carnis [k] ſolùm vel corij, vel cadaueris, velut & in hominis corpore pari obſeruatur, eſflata

a Clemen. 1. de ſum. Trin.
b Vlp. l. Iulianus, l. 2. §. ſi quis rem, ad exhib. lib. 10. P. tit. 4 Caius, l adeò. l. 7. §. inſulam, de acq. rer. do. lib 41. P. tit 1.
c Ariſto. li 11. Metaph. c. 3.
d Plato in lib. ciuili.
e Ariſtot li. 3. Metaph c 5.
f l 2. de verb. obli. lib 45. P. tit 1.
g l. ſtipulationes non diuiduntur, l. 72. de ve: obl. Mod. l. pro parte, l. 11. de ſeruit lib 8 P. tit. 1. cũ ſimilibus ibi notatis.
h Vlp. l. ſcire debemus, l 29 eo. tit. de ver. obl. cum ſimilib. ibi nota.
i Martia. l vbi ita donatur, l. 27. de don. cau. mort lib. 39 P. tit. 6.
k tractatu de alueo.
l l. conſilio, de curator. furio. in P.
m l. obligatio nũ ferè, §. placet, de actio. in P.
n l. perfectã, de donat. quę ſub mo C.
o l. ſi ſtipulatus ſim, l. 9 §. qui decem, de ſoluti. lib. 46. P. tit. 3.
p Gordia. Cęſ. l. 2. debit pig. vẽd. impe. nõ po. li 8. C tit. 29. & l quandiu. de diſtraction. piguo. lib 8 C tit 18.
q d. l. 1. §. quędã, de rer. di. in P, Paul. l arbor l. 19 §. de veſtibulo, cũ ſeq. comm. diuid. li 10. P. ti. 3. Vlp. in l. 1. §. is qui totam, & § ſeq & Iulian. in l. non poſſumus. l 7. ſi pars hæred. pet. l. 5. P. tit. 5. l. per fundũ, de ſeruit. ruſt. præd in P. & l. vnus ex ſociis, eod tit l. fina. cõ. præd. lib. 8. P.

r §. furioſus, & § pupillus, de inutil. ſtip. Vlp. l vbi non voce. l. 167. de reg. iur. li. 50 P. tit. 17.
s Vlpi. l. patre furioſo. l 8. de his qui ſũt ſui vel alie iur. li. 1. P. tit. 6. c. dilectus, de ſpõſal. c. neq; furioſus, 32. q. 2. cũ ſimilibus.
t Vlp. in l. 1. §. initiũ, depoſt. lib. 3 P. tit. 1.
v Paul. l. cum pretor, l 12. de iudic. lib. 5 P. tit. 1.
x Martia. l in tantum, l 6. §. facta de rerũ diu. li 1. P. ti 8
y § ſed aliquã do, de vſucap. lib 2 inſtitut. tit. 6.
z l. inter ſtipulãtem. l. 83. §. ſacram. & l. multũ, l. 34. de verb. ob. li 45 P. tit 1.
a §. ſacra, & § nullius, de rer. diuiſio.
b Actuũ c. 8.
c glo in prin. 1. q. 1. & can. qui ſtudet. 1. q. 1.
d 4. Reg. 5. d. ſtudet, 1. q. 1. c. ſicut, pro certo, de ſimon.
e c ſi. de iud. lib. 2. ſexti decret. tit. l. cũ oportet, & l. cũ nõ ſolùm, de bõ. quæ li.
f c. inter corporalia, de maiori. & obedi. apud Gre.
g Caius, l. ſi is, qui quadringenta. l. 79. §. ſi ad leg. Falc. lib. 35. P. tit. 2.
h Paul. l. non ſunt liberi, l. 14. de ſta. ho. lib. 1. P. tit. 5. Vlp in l. Iulianus, l. 9. §. ſi quis ad exhiben. li. 10. P. tit. 4. Iuſtiniã. l. quod certatum, l. 3. de poſth. hære. inſtil. lib. 6 C. tit 29.
i Glemẽ. 1. de ſum. Trinit. in Clemẽ. can. ſi quis obiecerit. 1 q. 1. can. Moyſes 32. q 1
k Iulia. in l ſi ſeruus. l. 14. §. ſi. de cõndit. furt. lib. 13. P. titu. 1. Paul. l. mortuo boue, l. 50. de leg. 2. lib. 31. P. tit. 1.



2 eſflata anima [a]. Huius ſpeculationis eſt figura exterior in rebus corporalibus, cuius alternatio mutat rem à ſeipſa, vt alia à ſe videatur: ſiue illa ſit ſubſtantialis, ſiue accidentalis: Verum intrinſeca mutata, magiis res alteratur, vt ſi bonitas vini mutetur, & aceſcat, fit acetum, & deſinit eſſe vinum [b]. Niſi mens loquentis, vel vſus improprius loquendi, vtrumque deſignet eodem nomine: Alias enim vinum non cõtinet acetum, mulſum, hydromel, defrutum, nec ſimilia [c]. Item forma arte addita, quæ rei dat nomen ſi mutetur, remaneat quamuis eadem materiæ ſubſtantia, rem aliã conſtituit: vt poſtquam in ſcypho bibi non poteſt, non amplius ſcyphus erit [d]. Et facti argenti appellatio infectum non continebit [e]. Atque vniones interire dicuntur, cùm ex naturali forma decidunt ſolida, & diſſoluuntur [f]. Quod & in formis negotiorum ſine actionibus obtinere putandum eſt: vt ſi à definita qualitate deficiant, nec habeant ſolennitatem requiſitam, inutilia prorſus ſint, vel in aliquam aliam naturam tranſeant [g]. Exempli cauſa, vbi in vltima voluntate non inuenitur hæredis inſtitutio, quæ potiſſima cauſa ſubſtantialis teſtamenti [h] eſt, ibi nec mentem coniicimus, nec naturam teſtamenti: ſed codicillorum [i]: Si tamen reliqua, quę codicillorum ſunt, abſint. Eo modo in reliquis proprijs contractuum determinationibus, vel à lege, vel ab homine inductis, quæ violari non poſſunt, quin ipſe contractus vim patiatur, vel mutationem, neque additioni quidem vel detractioni locus eſt: hæc enim aliud faciunt [k], ſi in ipſo contextu non fiant, vt dicemus in contractibus Deo iuuante. Non ſecus ac cùm additur vel detrahitur iuri gentium, fit aliud ius, ciuile inquam [l]. Quamuis illud à iure gentium non omninò recedat, neque per omnia illi inſeruiat. Atque ita transfuſio vnius formæ in aliam, nouum quid facit, & figurã conſtituit nouam, quæ priorem expellit: vt actio ex ſtipulatu addita conſtitutioni dotium, perimit rei vxoriæ actionem [m]. Vt vſus ſeruitutis contrarius formæ impoſitæ in conſtitutione, tollit ſeruitutem: veluti vſus ſeruitutis nocturnæ, amittitur diurna conſtituta [n]. Et hæc, ad formam ſubſtantialem propriè pertinent: vel ad intrinſecam, ratione cuius res eſſe habent, vel ad extrinſecam, ratione cuius talia qualia ſunt eſſe propria
3 figura & charactere dicũtur. Paulò tamen diuerſa conſideratione in accidentali vtendum eſt: ea quippè eſt, quæ adeſſe abeſſéve poteſt, ſine corruptione ſubiecti, id eſt ſine corruptione formæ intrinſecæ, vel perfectionis extrinſecæ: vt doceri poteſt exemplo iudicij, quod idem eſt, etſi in locum demortui iudicis, alius ſubrogetur: quod philoſophicè perſequitur Alphenus Iuriſconſ. [o] Accidens quippé plus & minus continet tantùm, ratione quorum, rei non conſtituitur differentia à ſeipſa, nec actus diuerſitas [p], neque addititium formæ, rem mutat. Veruntamen prætereundum non eſt, accidentalem formam, quæ in propriam extrinſecam tranſit ex integro priorem mutando, aliam rem à ſe, ſed accidentaliter, non ſubſtantialiter, facere [q]: potiſſimùm in nomine, quod ſecundum plus & minus variè impoſitũ eſt, ſecũdùmque numerum, & ſecundum alia accidentia, veluti agris diuiſis, iugerum diuerſa appellatio [r].
4 Sed vt apertiùs doceamus, quid quãdoq; aliquid dicatur eſſe de forma negotij vel rei, ex Felino [s] colligimus breuiter axiomata aliqua, quorum qui voluerit latius inquirere probationes, poterit ipſum authorem conſulere.

1 Quando, quod negotio per ſe inerat de honeſtate ſine expreſsione, exprimitur vel à lege vel ab homine, id de forma negotij ſubſtantiali ſentiendum, vt cùm dictum eſt [t] ex honeſtate requiri in nuptiis conſenſum paternum, apud iuris canonici authores, & in Gallia in edicto Henrici j. de clandeſtinis matrimoniis.

2 Pro forma data eſt, conditio appoſita in conſtitutione legis, vel hominis: atq. tunc cõditiones implẽdæ ſunt vt formales, in forma illa præbita [v].

3 Quando ſtatuitur ordo in legis vel hominis diſpoſitione, is pro forma eſt ſequendus [x].

4 Quæ interuenire debent in ipſo actu, & quę vno contextu fieri iubentur, de ſolennitate ſubſtantiali ſunt, vt iis omiſsis tunc corruat negotium, nec poſteà poſsint ex interuallo adiici: veluti dum lex exigit ſolennitates teſtamentorum, continuò actui adiici [y]: dum iubent interrogationem & reſponſionẽ in ſtipulatione ſimul annecti [z]. Nam ſi quid aliud perfectis negotiis additur, & ſi illis adhæreat, non forma erit negotij, ſed forma alia iuuans vel corroborans actum, quæ non eadem tamen cum actu primo, vt exẽplo eſſe poteſt inſinuatio actuum poſt actus requiſita, quæ eſt ſolennitas effectum inducens, non ſubſtantialis cauſa actus [a]: qualis & cautio hæredis de reſtituendis vſuris à teſtatore exactis illegitimè, quæ ad teſtamenti effectum accedit [b].

5 Vbicunque adiicitur decretum annullans, vt ſi contra dicta vel conſtituta fiant nulla ſint, omnia diſpoſita, pro forma ſubſtantiali ſunt, ſicuti in reſcriptis vel ſanctionibus adiicitur clauſula irritans, ídque tripliciter: primò, hæc, Nulli ergo hominum liceat hanc paginam infringere [c]. 2. per clauſulam, Non obſtantibus [d] &c. 3. per clauſulam, ſi quis hæc attentare præſumpſerit, ferat ſibi indignationem Dei [e] &c.

6 Quando dictum eſt, vt ita demum fieri non poſsit: tunc quod antè dictum, pro forma eſt [f].

7 Quando tempus certum definitur, ibi forma ſubſtantialis, vt in præſcriptionibus.

8 Quando diſpoſitum, eſt vel præter, vel cõtra ius commune, ibi forma ſubſtantialis: vt paſsim in conſuetudinibus dantur exempla.

9 Formã facit quòd diſpoſitũ eſt, ſi epigraphe vel titulus diſpoſiti ita inſcribatur, De forma. Nã tituli debent cõuenire diſpoſito, & diſpoſitũ titulo [g]. Porrò vtilitas iſtiùs præcognitionis, nũ quid ſit de forma actus, in eo verſatur, vt quæ de forma ſint, debeant ad amuſſim obſeruari, fieri vel impleri. alioquin nihil actũ videatur, & corruat quod agitur, ſi præter vel contra formam factum ſit [h]. Quod perpetuò verum eſt, niſi in tribus caſibus. Prior, ſi actus fiat ex certa ſcientia contra formam, ab eo qui poteſt quando vult, ſolennitates vel ſupplere vel immutare: quemadmodum præſentia ipſius principis, qui publicam gerit authoritatem, [i] ſupplet ſolẽnitates teſtamentorum coram eo factorum omiſſas, quamuis illæ iuris publici ſint [k]. Atque in aliis idem ſtatuendum, ſi modo princeps, vel qui poteſt expreſsè, vel actu ipſo deroget ſcienter: alioquin enim niſi concurrãt, princeps iuri publico, aut eius ſolennitatibus non cenſetur ſuis reſcriptis derogare [l]. Alter caſus, ſi quod additur formæ, minimum ſit, & ad eundem finem conſpiret, illud non mutat formam, ſed iuuat, vt forma formæ addita [m].

a tit. de cadauer. punito. li. 48. P. tit. 24.
b Vlp. l. in vẽditionib. l. 9. de cõtrahen. emp. lib. 10. P. tit. 1.
c Vlp. l. ſi quis vinum. l. 9. de tritico. oleóq; lega. lib. 30. P. tit 6.
d Vlp l. Iulianus. l. 9. §. ſi quis ad exhibend. l. 10. P. tit. 4.
e Vlp. l. Quin. Mutius. l. 29. §. cùm aurum, de aur. & arg. le. li. 34. P. ti 2.
f Marc. in l. Scia. l. 6. de au. & arg. leg. lib. 34. P. tit 2.
g l. qui per ſalutẽ. de iureiurando in P. Martian. l vbi ita donatur l. 29. de mort. cau. dona. lib. 39. P. tit. 6. Cel. l. cũ precario. l 12 de preca. lib. 43. P. tit 26.
h l. 1. de hæredib. inſtit. P. §. ante hæredes inſtitutionẽ. de leg. ap. Inſt. l. 1. de vulga. in P.
i Diocletia. & Maxi. l. nõ codicillum. l. 14. C. de teſta. lib. 6. C. tit. 23.
k Papinian. in l. pacta cõuenta l. 72. de cõtrah. emp. lib. 18. P. tit. 1.
l Vlp. l. ius ciuile. l. 6. de iuſtit. & iur. li. 1. P. tit. 1.
m Iuſtin. in l. 5. cùm autem. & § & nemo putet. de rei vxo actio. lib. C tit. 13.
n Pau l. ſi priª. l. 17. de aq. pl. arc. libr. 39. P. tit 3.
o Alph. l. pro ponebatur. l. 76. de iudic. li. 5 P tit. 1.
p l. fin de fun. inſtr. P.
q l. ſi ſtatuam. de aur. & arg. lega. lib. 34 P. tit. 2.
r Caius. l. adeò. l. 1. §. inſulam. de acq. rer. domi lib. 41. P. tit. 1.
s Felin. in ca. cùm dilecta, de reſcript.

t Can. noſtrates, 30. q. 3.
v l. qui hæredi, & l. Mœuia: de cõd. & demonſtra. in P. cũ ſimili: l. 2. de inſtit. ſub cõd. fac. in P.
x & in tit. de ordin. cognit. lib. 7. C. tit. 19. & in c quoniã cõtra, de probatio. ap. Gregor. Caliſt. l. ſi de vi, l. 37. de iudic. lib. 5. P. titu. 1. l 1. & 2. quã ciuil. act. crimini præiudic. li. 9. C. tit. 31. l. 2. §. prius, de vulg. in P.
y l. Hæredes palàm. §. ſi. de teſtam. in P.
z l. cõtinuus, l. 137. de verb. obli. lib. 45. P. tit. 1.
a Iuſtin. l. ſancimus, leg. 34. Cõſtan. l. data, 27. Leo l. in hac ſacratiſſima, l. 30. de donation. lib 8. C. tit. 54.
b c. quamuis, de vſur. in 6.
c vt in extra. commu. c. 1. & fin. in fine de præben. c. 1 in fin. ne ſede vacant. & c. 1. & ſeq. de reb. eccleſ. nõ alien. & in extraua.
d c 1. in fine de ſchiſma. in extrauagãtib. communib.
e c 3. de priuilegi. in extra cõmun. & c ſeq. eod.
f vt ap. Marc. in l. non enim aliter, leg. 18. de adop. lib. 1. P. tit. 7.
g Hermog. l. 2. de trat. ho. li. 1 P tit. 5.
h c. cum dilecta, de reſc. li. 1. decret. c. Piſanis, de reſt. ſpoliat. in decret. c. venerabili, de offi. & pot. iud. ord. in decre. Vlp. l cum hi, l. 8. §. ſi prætor. de tranſ. lib. 1. P. ti. 15. l. qui per ſalutẽ, de iureiur. in P.
i Iuſtin. §. ſed quod principi de iur. natur. lib. 1. inſtit. tit. 2. Vlpia. l. 1. de cõſtitu. princ. lib. 1. P. titu. 4. Aurelius, leg. vni. de officio præf. pręto li. 5. P tit 11. cum ſimil.
k l 3. de teſta. li. 8. P. tit. 1.
l Anaſt. Imp. in l. ſi. iũct gl. ſi con. ius vel vtilit publ. li. 1. C tit. 25. Cõſtãti. Impe. in l. nec dãnoſa, l. 3. & Theodo. & Valent. in l. reſcripta, l. 7. de precib imper. offer. lib. 1. C tit. 22.
m probat. glo. in c. innocens, ad verb. clementior, 22 quæſt 4.

Tertius, vt ſi ſine periculo, forma non poſſit impleri expreſsè, ſufficiat eam impleri per æquipollens [a], veluti in forma quæ exigit, vt beneficiorum acceptatio publicetur in locis vel tēplis ſacerdotiorum: ſi tutò is locus adiri non poſſit, poteſt alibi publicari [b]. Sic in vocatione iuris experiundi cauſa facienda ex forma in loco domicilij, in periculo, vt alibi fieri poſſit diſpenſatur [c]: quod & in appellatione ſignificanda receptum eſt [d].

a c. ſtatutum, de officio de. leg in 6.
b Ludou Ro. ſing. 433.
c gloſ. clem. 1. de for. comp. in Clement.
d Clem. cauſam, de elect. apud Clem.

## De dominio, proprietate, & poſſeſſione. Cap. 12.

1 *Prænotio proprietatis, vel dominij, & poſſeſſionis neceſſaria acquiſitioni rerum.*
2 *Dominum à δωμάω, non à domo dictum.*
3 *Dominij finitio.*
4 *Proprietarius, & proprium quid, & quomodo.*
5 *Dominium in plenum & non plenum, partitum, & quid ſit vtrumque.*
6 *Plenam poteſtatem rei minuit vſus fructus.*
7 *Directum vtiléque dominium quid, & nuda proprietas.*
8 *Dominium fictum eſſe.*

1 AD illa rerum genera corporalium & incorporaliū, referri poteſt & ſubiici & alia rerum diſtinctio, quæ habet plura capita, ex earum dominio & poſſeſſione pendens, quæ intelligi vix poteſt à iuris tyronibus, niſi priùs de dominij, proprietatis, & poſſeſſionis appellatione quædam præcognouerint, cùm ex his ius tenendi res & varia noméclatura ſequatur. Quamobrem de iſtis pau-
2 ca notare anteà operæpretium duco. Igitur dominus mihi videtur is dici, cui aliquid ſubiicitur: non ſecus ac Græci dicunt verbum δωμάω, ſignificare ſubiicere: veluti & Latinis δωμάω illud contractione facta in δωμῶ. Mutuata ſignificatio verbi domo, idem oſtendit. Conſentit etiam Hebraica ſignificatio, affinis huic nomini דומם, domem, quod idem eſt, ac fecit ſilere, compeſcuit, & ita ſibi obedientem reddidit: vnde malo dominum potiùs dici, quàm à domo, id eſt, ab ædibus cum Ambroſio Calepino. Siquidem vt Mar. Varro notat [e], domus nomen Græcum eſt, ſicuti & apud Homerum [f] vſurpatur, δῶνε δὴ ἐρεχθμοῖς πυκινὸν δόμον. & apud Heſiodum [g], ἐν ἀρρήκτοισι δόμοισι. At domus δόμος vel δῶμα à δέμω ortum habet, quod eſt ædifico: quare non poteſt ædificij & dominij trahi inde vlla ſimilitudo, cùm nec qui ædificat, ideo dominus dicatur, imò potius ædi-
3 ficatum in alieno, cedit domino ſoli [h]. Itaque dominium dicetur facultas, qua poſſumus in aliqua re quippiam: vti poteſtas in ſeruorum perſona dicitur dominium, à Paulo [i] libro ſingularium ad legem Fuſiam. Et in perſona magiſtraturum, imperium, cuius poteſtas, quod pertinet ad eius retinendi facultatem, domino rei ſuæ ſimilis dicitur, ab Vlpiano [k]. Sic qui ſibi ſoli habere rem po-
4 teſt, ſine communione dominum habere dicitur: & ſignificantiùs proprietarius dicitur is, cuius poteſtati res magis accedit. Siquidem proprium dicitur, quod magis propè nobis eſt, peculiaréq; cuiuſque: &, vt in ſumma dicam, quod vni ſoli conuenit [l], Et ita proprium ſolum Iabolenus Iuriſc. dixit [m], quòd commune non eſt cum ſocio. Hinc & proprietas eius eſſe dicitur, cuius ſolùm eſt & res, quòd plus ſit rem habere, ex qua vſuſ-

e Varro, 5. de ling lat.
f Hom Illiad. 11
g Heſiodus, in ergis.
h Vlpian. l. redemptores, l. 40 de rei vēd. lib. 6 P. tit. 1.
i Paul. l. poteſtatis, l. 215 de verb ſign lib. 50. P. tit. 17.
k Vlpia l. qui furere, l. 20 de ſtat hom. li 1. P. tit. 5.
l §. 1. de patr. pot. li. 1. inſtit. l. oēs populi, de iuſti & iur.
m Iabo. l. proprium ſolum, l. 5 cōm. præd. lib. 8. P. tit. 4.

fructus, quàm ipſum vſumfructum: vnde & proprietas pro re ipſa, ſi in dominio alicuius non ſit, ponitur à Iuſtiniano [n], Et ideò Vlpianus [o], tradidit, duorum vnius rei in ſolidum dominium eſſe non poſſe, quòd Tryphonius [p] probat: niſi pro indiuiſo, iuris tantùm intellectu, non diuiſione corporum, quis plures eſſe dominos eiuſdem rei admittat cū Papiniano [q]. Quo tamen caſu adhuc & quiſque ſociorum retinebit integrum dominium, vt in iure ſeruitutis apparet ex reſponſis Iuriſconſ. [r] Cæterùm, hoc dominium interdum
5 plenum dicitur, interdum non plenum. Plenum dicitur, quando dominus & corpus rei, & vſumfructum eius habet ſibi liberum [s], & plenam in re poteſtatē, vt ait Iuſtin. [t] Quod & ex Iuſtiniani [v] conſtitutione facilè colligitur. Sicut plenum dicitur aliquid, ſi nihil quod eius naturæ ſit, deſit: veluti plenum compromiſſum Papinian. [x] dixit, quod de rebus omnibus controuerſiisve compoſitum eſt. Et eo pacto vſus fructus in multis caſibus pars dominij dicitur à Paulo Iuriſc. [y] id eſt, dominij & plenæ poteſtatis: non autem pars integralis iuris dominij, quod nihilominus propriè eſt penes eum: cuius corpus rei eſt, & ſi vſusfructus ad alium pertineat. Quia propriè vſusfructus ſeruitus eſt, vt idem Paulus explicauit [z]. Siquidem vſusfructus, eſt ius alienis rebus vtendi fruendi, ſalua rerum ſubſtantia, eidem Paulo [a], & Iuſtiniano [b]: vt apertè poſteà alibi [c] Paulus etiam notauit, eos qui in perpetuum, fundum vectigalem, quo fruantur, conduxerint, nō eſſe dominos.
6 Verùm quandiu fructus percipere alij poſſunt, poteſtatem plenam nō eſſe rerum dominis nemo ambigit: redeunte autem vſufructu redintegratur poteſtas, fitque, vt dicit Theophilus [d], conſolidatio proprietatis & vſusfructus. Sic tres illi Cęſares Gratianus, Valentinian. & Theodoſius [e], plenum ius proprietatis concedunt in bonis coniugi, qui non habuit ex priore matrimonio liberos, vel ſi nati natæue diſceſſerint: ita vt in his nanciſcendi dominij & teſtandi circa quem voluerit, liberam habeat facultatem. Et abſolutè proprietas poſita, quando de poſſeſſione, & dominio quæritur, pro dominio pleno ſumitur, vt obſeruare licet pleriſque iuris vtriúſque locis: vt dum dicunt, priùs de poſſeſſione, quàm de proprietate agendum [f], & nihil commune habere proprietatē cum poſſeſſione [g], & ſic de ſimilibus.
7 Non plenum igitur dominium erit, & dicetur directum dominium eſſe in nuda proprietate, & quod ab hoc dominio diſcedit, erit quaſi dominium, & quippiam nobis vtile ex rebus alienis. Et ita proprietatis, vſusfructus opponitur plerunque [h] in iure, nam proprietatis nudæ nomine, nullus fructus continetur, vt notat Caius [i], ſed tantùm ius rei ſolius, non conſiderata eius poſſeſſione vel vſu: ſicuti diſtinguit Paulus [k] in interdictorum tractatione, & imperator Alexander [l] vocat proprietatis dominium. Et certè proculdubiò dicendum eſt vnum genus veri dominij eſſe, proprietarij, quod directum dici poterit, eò quòd non aliunde pendeat, vel ex alterius re: Vſufructuarij autem ius, dicemus etiam fictione quadam & ſubtilitate iuris, eſſe dominium. Ita enim Tryphoninus [m] nominat maritum in dote vxoris, cuius tamen proprietas verè vxoris,

n §. litterum de rer. diu. lib. 2. inſtitu tit. 1.
o Vlpia. l. ſi vt certo, l. 5. §. ſi duobus commoda. libr. 13. P. tit. 6.
p Tryph. in l. hæreditate, l. 19. §. pater, de caſtr. pecul. li. 49 P. tit. 17.
q Pap. in l. Meuius, leg. 68. §. duobus teſtamētis, de leg. 2. lib 31. P ti. 1.
r ap. Vlq. in l. 2. de ſeruit. ti. generali in P. in l final. cō. prædi. eo. & l. vn. ex ſociis, & l. per fundū, de ſeruit. ruſt. prædi. l. Sabinus, cōm. diuid. in P. cum ſimilib.
s Trypho. in l. cùm in fundo, l. 81. de iu. dot. lib. 23. P. tit. 3.
t Iuſtin. in §. fin. de vſufr. li. 2. inſtit. tit. 4.
v Iuſtinian. l. raptores, l. 41. §. bona, & §. ſequēt. de epiſ. & cleri. li 2. C. tit. 6.
x Papin. in l. ſi cùm dies, l. 26. §. plenum, de recep. arb. lib. 4. P. tit. 8.
y Paul. in l. 4. de vſufr. lib. 7. P. tit. 1.
z Paul. l. rectè dicimus, l. 25. de verbo ſign. lib. 50. P. Mart. in l. 1. de ſerui. lib 8. P. tit. 1.
a Paul. l. 1. de vſufr. in P.
b Iuſtin. in §. 1. de vſufr lib. 2. Inſtit. tit. 4.
c Paul. l. 1. ſi ager vectigal. vel emphyte. peta. libr. 6. P. tit. 3.
d Theophi. §. fi. de vſuf. li. 2. inſtit. iur. ciui. tit. 4. & Iuſtin. §. fi. eod. tit. in inſtit.
e in l. fæminę, l 3 §. illud, de ſecund. nupt. lib. 5. C. tit. 9.
f vt in c. 1. de cau. poſſeſſ. & propriet. lib. 1. decret. titu. 12. Vlpia. in l. 1. §. huius autem, vti poſſid. lib. 43. P. titul. 16. Imper. in l. ſi quis cōductionis. l 25 de loca lib 4 C. tit. 65.
g l. naturaliter, §. nihil cōmune. de acq. poſſeſſ. in P
h vt in l. raptores, l. 41 de epiſco. & cler. C. in § bona, & ſeq. Caius, l. 3. de vſufru. lib. 7. P. tit. 1. cum ſimilib. Iuſtin. in §. 1 & fin. de vſufruct. lib. 2. inſtitu. tit. 4.
i Caius, l. videamus, l. 19. de vſufruct. lib. 22. P. titu. 1.
k Paul. l. ſecunda, §. quædam, de interdict. li 43. P. titu. 1.
l Alexan. Cæſ. in l. proprietatis dominium de probat. lib. 4. C. titu. 19.
m Tryphon. l. quamuis, l. 8. de iur. dot. li tit. 3.

fructus



fructus autem mariti: quod ad ſubtilitatem legū refert Iuſtinianus [a]. Propriè autem quaſi dominium dicetur, ſic enim & Tryphonius appellat [b] maritum, penes quem anteà dixerat eſſe rei dotalis dominium, quaſi dominum in vſufructu in dotem dato: ratione enim dictionis, quaſi, reiecta opinione Accurſiana [c], quæ vult ibi veritatem inde exprimi, exiſtimo ſimilitudinem dominij, propter commodum fructuum, non verum dominium exprimi. Indicat enim impropriam ſignificationem vocula, quaſi, & imperfectionem dicti [d]. Eo modo intelligenda lex Theodoſij imperatoris [e], dum ait eos, qui patrimoniales principis fundos, & emphytheoticarios poſſident, eſſe fundorum dominos: cùm tamen verè domini nō ſint emphyteotæ, ſed illi qui in emphyteuſim dant, rei vocentur domini [f]. Reddam autem rationem, quare vſufructuarij, vel alij emphyteutæ, qui in alienatione rerum emphyteoſeos liberi non ſunt, non mereantur domini nomen, quòd non poſſint de his liberè diſponere in vita, & ſub mortem: in quibus vera eſt nota veri domini, qui ita pro modulo voluntatis diſponit [g]. Vſusfructus autem cum vita finitur, & repetit proprietatem [h]. Non negarim tamen vſusfructus dominium dictum fuiſſe à Iuliano [i]. Intelligi autem debet, vt ſit dominium ſecundum vtilitatem. Nam quia vtilitas & commodum dominij proprietatis, ad alium, nempe ad fruentem pertinet, non eſt reiicienda vtilis dominij appellatio, vt plerique, & malè quidem mea ſententia, ſuadent. Nam ratione directi, & vtile dici poteſt: ſicuti in actionibus, vtilem eam dicimus competere ei, qui non habet ius dominij plenè ceſſum, ſed ad quem compendium rei pertinere debet: quemadmodum directa competit, ceſsis plenè iuribus, vt vtrumque probat Alexander Cæſar in hypotheſi [h] hæreditatis venditæ. Neque quicquā prohibet, quin tranſpoſitione ſimilitudinis, aliquid alterius nomen nō vſurpet ratione alicuius, veluti quamuis filium eum dicamus, quem nuptiæ demonſtrant [l] ex matrimonio conceptum: nihilominus tamen, & receptum eſt, & filium eum dici,
8 quem adoptamus [m]. Vt & in iure, non longius abeam, dominium quoddam fictum inueniatur, id eſt, ratione iuris ſiue vtilitatis adhuc competens, & non adeptare, vel poſſeſſione, quale in legatis tradunt eſſe, quando à die mortis teſtatoris in legatarium recta via tranſire dicuntur [n]. Non enim prodeſt legatario interim legatum, ad acquirendum quicquam [o] ex re legata. Dictúmque in mariti ſubſtantiam [p], dotem tranſire, fictione iuris.

a Iuſtin. l. in rebus l. 30. de iure dot. lib. 5. C. tit. 12.
b Tryph in l. cùm in fūdo. l 81. de iur. do. in P.
c Accur. in d. l. cum in fundo, adverbum quaſi.
d vt apud Paulum in l. in facto. l 59 de cōdit & demōſt. lib. 3 P. ti. 1.
e Theodo l. poſſeſſores. l. 12. de fund. patrimo. lib. 11. C. tit. 61.
f Zeno in l. 1. & Iuſtin. in l 3 in princ. de iur. emphy. li. 4. C ti. 66 d. l. 1. ſi ager vecti. gal. li. 6. P. ti 3.
g §. 1. de leg. 1 uſi Cani. tol. apud Iuſt. li. 1. C. de ſacr. Eccleſ. l. verbis legis de ver. ſig. l. 1 ad l. Falci. in P nemo exterus, de Iudæis lib 1. C. l. in re mādata. C. man. l. 2. de iis qui ſunt ſui vel alie. iur. li. 1. P.
h § finitur de vſufru. Paul. l. neceſſariò l. 8. §. ſi. de peric. & commo. rei ven. li. 18. P. ti. 6. l. 3. § ſi quib. mod. fin. vſuſfructus.
i in l. qui vſūfructum. l 3. ſi vſuſf. petatur. lib. 7. P. ti. 6.
k Alex. in l. emptor hæreditatis. l. 5. de hęreditate vel actio Vend. li. 4. C. ti. 19. Imperat. Diocle. & Maxi. in l. poſtquam. l. 7. & in l. ex nominis emptione. l. 8. eod. C.
l l. filium de ſta. homi. in P.
m toto tit. de adoptio.
n l. a T. tio. de tim. in P.
o gl. in l. vni §. in nouiſſimo. de ca. tol. li. 6. C. ti 50.
p l. in rebus. de iur. dot. C.

## De poſſeſſione. Cap. 13.

1 *Dominium cœpit à poſſeſſione.*
2 *Poſſeſſio dominium continet aliquando, & contrà.*
3 *Diſtinguuntur poſſeſſio, & proprietas.*
4 *Plena poſſeſſio cum vſufructu.*
5 *Finitio poſſeſsionis noua.*
6 *Iuris nomen in antiquis finitionibus poſſeſsionis exuperans, cùm ſit facti, vt probatur vſque ad 12. numerum.*
7 *9. Poſſeſsio à pedum poſitione.*
8 *10. 11. Poſſeſsio ab alijs, a ſedium poſitione.*
12 *Poſſeſsio propriè corporalium, non incorporalium.*
13 *Animus cum corpore in poſſeſsione concurrere debet.*
14 *Per nos ipſos & alios acquirere poſſumus poſſeſſionem, & poſſidemus.*
15 *De diuiſione poſſeſſionis: vel diuerſis modis poſſidendi, ex iure & facto exuberante.*
16 *De poſſeſſione, quæ plus iuris, quàm facti habet: plus iuris, id eſt, animi, vel incorporei, & 18.*
17 *Hec poſſeſſio ciuilis.*
19 *De poſſeſſione quæ habet plus facti, quàm iuris.*
20 *De colorata poſſeſſione.*
21 *De ea, quæ plurimū iuris, & plurimū facti habet*
22 *De ea, quæ nihil iuris habet, & 24.*
23 *Poſſe quem incumbere poſſeſſioni ciuiliter, naturaliter, vtroque modo: non autem dici ciuilem poſſeſſionem*
25 *Merè ciuilis poſſeſſio.*
26 *De poſſeſſione vacua.*
27 *Ratione cauſę poſſeſſio diſtincta in eam, quæ cum titulo, & ſine titulo eſt: & quid titulus.*

IN conſarcinatione Pandectarum, De acquir. rerum domi. titulus, præponitur titulo, De acquir. poſſeſ. ordo tamen mihi videtur inuerſus, de dominio prius, quàm de poſſeſſione agere. Quia dominium à poſſeſſione cœpiſſe tradidit Paulus, ex authoritate Neruæ filij [q]: ideò aliquando poſſeſſionis nomine, & proprietas & ius dominij venit, ſicuti videtur docere Calliſtratus [r], dum ait: *Si de vi & poſſeſſione quæratur, prius cognoſcendum de vi, quàm de proprietate rei*, explicans per nomen proprietatis, quod de poſſeſſione dixerat. Expreſſius Paulus [s], *interdum*, inquit, *proprietatem quoque poſſeſſionis verbum ſignificat: ſicut in eo, qui poſſeſſiones ſuas legaſſet, reſponſum eſt*. Et ita vſurpatur ab Antonino Cæſare [t]. Quanquam Accur [v]. aliter ſentiat. Et Cicero, ad Valerium, *is habet*, inquit, *in Volaterrano poſſeſſionem*. Sicuti & apud eundem, idem eſt ius dominij, & poſſeſſio corporalis. Quamobrem & plerunque dominij nomen poſſeſſionem etiam complectitur [x], ſi mens loquentis adſit. Verùm quia ſæpe accidit, vt proprietas ad aliquem, & vſusfructus ad alium, & poſſeſſio ad alium pertineat, permiſceri hæc non oportet in propria ſubſtantia, vt admonet Venuleius Iuriſcon. [y] Atque idcirco Iabolenus [z], poſſeſſionem diſtinguit à proprietate, vt quicquid apprehendamus, cuius proprietas ad nos non pertineat, aut non poſſit pertinere, hoc poſſeſſionem appellemus: vtque poſſeſſio vſus ſit, ager autem proprietas loci. Generaliùs Vlpianus [a], nihil commune habere proprietatē cum poſſeſſione dixit, quod intelligi debet, in cuiuſque ſubſtantia ſeorſum conſiderata, non quatenus in alio ſubiecto vel extrinſeca qualitate concurrere: & ita in alio commune quippiam habere poſſunt. Dixit & Iuſtinianus [b] plenam poſſeſſionem, dum & proprietatem & vſumfructum ſimul exprimere voluit. Et propriè exiſtimarim, poſſeſſionem eſſe actum corporalem in re factum per quem quis facit, vel re ipſa detinet, vel oſtendit ſe velle eandem rem, & quæ eius ſunt, detinere ſibi, vel alteri cuius nomine facit. Quæ finitio, vt noua, ita diuerſa ab illis, quas adferunt interpretes [c], à quibus lubens abeo, quòd bona pars illorum, ius, alij adminiculum iuris immiſceant: cùm tamen ius, non ſit ex ſubſtantia poſſeſsionis, ſed poſſeſſionem vel probam vel improbam reddat, poſſeſſione iam præcedente, & exiſtente. Et certè nemo eſt, qui ſi ſyncerè poſſeſſionis eſſentiam examinet, non videat eam ob actum, qui interuenit, facti eſſe, non iuris. Quod & Iuriſprudentia declarat frequentibus reſponſis [d]. Accedit notatio nominis

q In l. de acq. poſſeſ lib. 41. P. tit. 3.
r Calliſtra in l. ſi de vi, l. 37. de iudic. l. 5. P tit. 1.
s Paul. in l. interd. l. 83 de verb. ſign. lib. 50. P. titul. 16.
t l. 2. de probat li. 4. C. titulo 19.
v Accur. in d. l. 2.
x vt in l. quoties. l. 15. de re vēdic. lib. 3. C. tit. 32.
y In l. permiſceri, l. 52. de acquir. poſſeſ. in P.
z l. quæſtio eſt l. 115. de verbo. ſigni. in P. lib. 5.
a Vlp. in l naturaliter. l. 12. §. nihil cōmuna de acq poſſeſſ.
b l. Raptores, l. 41. §. bona autem, de epiſc. & cle. lib. 1. C. titulo 6.
c in l. de acq. poſſ. in P. Guilliel. de Cuneo, & Cyn. in l. licet, C. ead. tit. Alci. in l. qui in que pedum. C. comm. diuid. Frācis. Riparius. tota rub. de cauſ. poſſeſſ.
d l. 1. §. adipiſcimur & §. ſi vir, l. poſſeſſionem l. 15. de acquir. poſſeſſ. in P. Vlpia. l. 1. §. Scæuola, ſi q s teſt. lib. eſſe iuſſ. fuer lib. 47. P. titu. 4.

in argumentum : dicitur namque poſſeſſio, à pe-
dum poſitione,vt vulgò legitur apud Paulum in
l.j. de acq.poſſeſſ. Cuius lectio firmari poteſt ex
Cicerone [a],dum ait:*Sunt natura priuata nulla , ſed*
*aut veteri occupatione , vt qui quondam in vacua*
*venerunt :* venire autem eſt , pedes ponere. Rur-
ſum alibi [b] : *hodierno die primùm,patres conſcripti,*
*longo interuallo in poſseſsionem libertatis pedem po-*
*nimus.* Eſtque ſymbolum adeptionis poſſeſſionis,
pedis poſitio , eatenus detentionem extendens,
quatenus mens intelligit ſe velle tenere , vt notat
eleganter Paulus [c]. Eſtque poſſeſſionis nota ſub-
ſtantialis,factum illud poſitionis , vt rudis decla-
ratio mentis , quæ poſteà determinationem acci-
8 pit ab expreſſione voluntatis. Conuenit quod
ſcriptum eſt in Deuteronomio [d] Dei, & in lib.Io-
ſue [e] ; *Omnis* , inquit Deus , *locus quem calcauerit*
*pes veſter,veſter erit.* Et facti eſſe docet etiam alia
à quibuſdam emendata lectio [f], dicentibus à ſe-
dium poſitione dictam poſſeſſionem , quaſi poſi-
tionem.Sicut & legi in Piſanis Pandectis, ait Al-
ciatus [g], improbans priorem ſententiam, quam
irridet etiam Laurentius Valla [h]. *Quia* , inquit,
*neque à Græco nomine* πῦς ποδὸς *pes , apud Græcos*
*fiat vlla deriuatio vel compoſitio ſimilis , vt pedis,*
9 *id eſt ,* πῦς , *poſitio,vel poſitio à pede dicatur.* Qui-
bus tamen in hoc non ſubſcribo , quando negant
declinationem nominis , à πῦς , fieri non poſſe,
cùm ex datiuo πόσι Græco,id eſt,pedibus,& itio-
ne Latino exiſtimem componi poſſe , poſſeſſio-
nem,id eſt, πόσι itionem. Quando animaduerte-
rim & apud Græcos , per pedum poſitionem,
fuiſſe etiam ſymbolum dominij vſurpatum : di-
cunt enim ἐκτὸς ἔχειν πόδα habere pedem extra,
pro eo quod eſt,non habere vel deiici à poſſeſſio-
ne,exortem vel extorrem eſſe alicuius , vt apud
Pindarum in Pythijs [i]:

---φαντὶ δ' ἔμμεν
τοῦτ' ἀνιαρώτατον,
καλὰ γινώσκοντ' ἀνάγκα
ἐκτὸς ἔχειν πόδα. id eſt,
*aiunt autem hoc eſse*
*moleſtiſsimum,*
*præclara ſcientem ( cogi ) neceſsitate*
*extra habere pedem.*

Sic apud Sophoclem [k],
κἂν τὰ λοιφ' οὕτω φρονῇς,
ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα.

10 Non tamen reiicio , quin & poſſeſſio à ſedium
poſitione etiam ſymbolum acceperit : nam qui
regiones olim ſibi elegerunt, & ibi ſedes poſuiſſe
dicuntur, vt apud Virgilium [l]:

*Hic tamen ille vrbem Pataui ſedéſque locauit,*
*Teucrorum.*

Sicut & in Sacris litteris etiam , pro ea electione
ſedium,dicuntur eligentes,tabernacula fingere [m].
Erat enim illa fictio , factum corporale in re im-
mobili vſurpanda , ſimilis ratione finis , poſitioni
pedum. Conſequitur enim partem aliquam eius,
quod quis poſſidere vult : Sicuti pro poſitione
pedum habetur conſuetudinis formula,qua mo-
dicum terræ poſſidendæ rei in manu accipitur,
vel extremitate pallij, quod teneat aliquis, impo-
nitur,vt notat Innocentius tertius [n].Quod de re-
liquis , quæ traditionis inſtar ſunt , intelligi par
eſt,de quibus Deo fauente agemus in acquiſi-
tione,quæ per traditionem fit. Vnde liquet, ver-
ſari in poſſeſſione factum corporale , non iuris
11 adminiculum. Quod firmatur adhuc ex eo quòd
& poſſeſſio ſine iure inueniatur ; veluti quando

a Cice.2.offi.
b Cice. Philip.3.
c l.3.de acq. poſſeſſ.
d Deute.c.11.
e Ioſue c.1.
f l.1.de acq. poſſ.
g Alcia.lib.1. diſpun.c.1.
h Laur. Valla li.2. antid. ad-uer.Pogium.
i Pindar.ode. 4.Pythio. Antiſtrop.vlt.
k Sophoc. in Philect.
l Vergilius 1. Aeneid.
m Geneſ. 36. cum ſimilib.
n in c.2. de conſuet.lib.1. decret.ti.4.

iniuſtam dicimus poſſeſſionem [o],& improbam [p].
Erit & ſine iure,quando naturalis eſt ſola deten-
tio,vel cuſtodiâ,& ita apud Paulum [q],& ſummos
Pontifices [r],& alios [s]. Eóque pertinent verba fi-
nitionis,quæ de detentione agunt. Dico deinceps 12
in poſſeſſionis finitione, actum fieri corporalem
in ea,quo volo intelligi proportionem ad ſubie-
ctum , nempe ad corpus , vt propriè corporalia
poſſideri doceam [t],non vtique incorporalia [v]:in
quibus quando eis vtimur & diſponimus de eo-
rum negotijs , quandam impropriè & quaſi poſ-
ſeſſionem demonſtrationis gratia confingimus, 13
quemadmodũ apud Vlpianum [x] legimus.Verba
autem illa finitionis,Vel oſtendit ſe velle eandem
rem , & quæ eius ſunt detinere : admonent duo,
primùm,& animum cum corpore [y] in poſſeſſio-
ne aſſequẽda requiri:rurſum, neceſſariũ non eſſe,
omnem rem vel omnes rei partes , retinere : ſed
ſufficere , ſi aliqua pars eius totius [z] rei determi-
natæ [a] nomine , apprehendatur. At verba illa, 14
Vel ſibi,vel alteri, indicant poſſeſſionem non ſo-
lum per nos ipſos , ſed per alios noſtro nomine,
nobis acquiri poſſe , neque facto noſtro ſolùm,
ſed & alieno : vt in ijs apparet , qui per ſe acqui-
rere poſſeſſionem nequeunt , quia affectionem
non habent,veluti infans,furioſus. Interdum &
ex cauſis,ex quibus per alios quærimus ignoran-
tes , poſſumus acquirere poſſeſſionem : veluti ex
cauſa peculij [b]. Porrò quòd ad poſſeſſionis ſpe- 15
cies pertinet , cùm vnum certè genus ſit poſſi-
dendi,eas vt infinitas [c] perſequi,par non eſt : cùm
potiſſimùm differentiæ non ſint inter illas ſub-
ſtantiales , ſed ex modis poſſidendi ortæ , vt tot
ſint , quot ſunt genera acquirendi [d]. Et ita erunt
accidẽtales diſtinctiones.Quas ita breuiter com-
plectuntur [e]:vt alia ſit poſſeſſio, quæ habeat plu-
rimum iuris : alia, quæ plurimum facti : alia, quæ
& facti & iuris æquè habeat. Sic exaudiendus
Conſtantinus [f],dum ait: *Nemo ambigit poſſeſſionis*
*duplicem eſſe rationem, id eſt , cauſam duplicem eſſe,*
*vel modum & cauſam generaliter poſſidendi : aliam,*
*quæ iure conſiſtit , id eſt , quæ iure traditur : aliam*
*corpore , id eſt , in qua plus facti ſit.* Addo autem
ego membrum aliud , vt alia ſit poſſeſſio , in qua
nihil iuris ſit , & ita omnes ſpecies continebun-
tur,eritque perfecta & plena diſtinctio:dummo-
do & quinto loco poſſeſſionem fictam à iure in-
tellectam ſine actu corporali expreſſo, dicamus.
Et ſexto neutrius ſpeciei , ſcilicet vacuam. Plus 16
iuris poſſeſſio habet quàm facti , quando pluri-
mùm ex iure mutuatur , vt ait Iulius Paulus [g].
Et ita poſſeſſio non tam corporis, quàm iuris eſt.
Iuris autem plurimum , quando ius factum alio-
quin debile ad quærendum , roborat : vt quando
ſtatuit , facto alterius , nempè procuratoris , vel
adminiſtratoris , tutoris vel curatoris , alteri poſ-
ſeſſionem acquiri [h]. Accedit, vt ea plus iuris ha-
beat apprehenſio in rebus , quæ ob ſui naturam
vel magnitudinẽ corporali modo , vt alia immo-
bilia apprehendi non poſſunt , & lex & ius ex ti-
tulo poſſeſſionem dat,cum modico æquipollenti
actu corporali : veluti dum aceruus lignorum
venditur , vel vini amphoræ : ibi enim quæritur,
modico facto poſſeſſio,veluti data cuſtodia,viſu,
qui corporalis eſt, traductione , & ſimilibus : in
quibus quia magis animus agentium exuberat,&
animo apprehendi poſſeſſio dicitur à Iaboleno [i]:
& ab animo fit denominatio , non quòd ſolus ſit

o in l.3.§. ex cõtrario, & l. iuſte poſſidet. l.11.de acquir. Poſſeſ in P.
p l. improba. C.eod.
q Paul.l.3.§.fi. de acq.poſſeſ.
r c. 1. de dol. & contumac. ap.Greg.
s Vlp.l.ex cõducto.l.16.loca. lib. 19. P. titu.2. Iulia.l. cõmuni diuidundo. l. 7. §. neque. cõmu. diui.lib.10. P. tit.3.
t l.3.de acqu. poſſeſſ.l. cùm hæredes, l.23. eod.tit.
u Paul. l ſequitur.l 4.§ ſi via de vſuc.li. 41.P.tit.3. Caius.l.ſeruus.l. 43.§ incorporales ,de acq. rer. do. li. 41. P.tit.1.
x in l.3.§.fin. de vi, & vi arma. lib. 43. P. tit. 15. & in l. ſi quis diutur no.l.10. ſi ſer. vendi.lib.8.P. tit.5.
y Paul. in l. quẽadmodũ, l.5. & l.3. de acq.poſſ.in P. l.nemo.C.eo. ti.l.1. §.adipiſcimur. eod. in P.
z l.3.de acqu. poſſeſſ.
a d. l. 3. §.incertam partẽ, de acq.poſſ.in l. locus. l. 26. eo.ti. & in l.ſi fur.l.32. §. incertã,de vſuc. lib.41 P tit.3.
b l.1. de acq. poſſ.li.7. C.ti. 2.l.per procuratorem. l. 8. eod.ti Paul.in l.1.§. item acquirimus , de acq.poſſ. Vlp. in l.quicquid, l.4.l.quod ſer uus tuus l.24. eod.ti.Celſus. l.quod meo.l. 18.l. poſſeſſio. §.1 eo.tit.
c Paul.l.3.§ ſi. de acq.poſſ.
d d.l.3.§.ſi.de acq.poſſ.
e gl. in l.1. in verbo interuenerit.de ac. hæred.C.gl.in c.cum noſtris. c.8. in verba, plus habet facti. de conceſ. præbend. ap. Gregor. Iaſ.in l. ſi is qui pro emptore , de vſucap.in P.
f Conſtantin. in l.nemo ambigit l.10. de acq.poſſ. li.7. C tit.32.
g l. poſſeſſio. l. 49. de acq. poſſeſ.in P.
h d.l.poſſeſſio quoque. l..9. de acquirend.

poſſeſſ. Paul.l. 2. pro ſolut. lib.41. P. titul.4.
acquiren.poſſeſſ.in P.
in l.quarundam rerum. l. 51. de

ſine



ſine facto , ſed quia præualeat. Non ſecus ac in
contractuum formulis dicimus , alios re , verbis
alios, alios literis , alios conſenſu fieri [a] : eò quòd
in aliquibus magis res inſpicitur,in alijs quod di-
citur,in alijs ſcriptura,in alijs conſenſus,vt in con-
tractuum tractatione Deo fauente dicemus. Et
ita à prædominante fiet denominatio [b] : atque
poſſeſſio plus animi , quàm facti habens , animo
fieri dicetur , & facti tamen habet ſubſtantiam.
Nam ſi omnino à iure penderet ius illud,non poſ-
ſeſſio bonorum , ſed potius bonorum poſſeſſio
dicenda, quæ iuris magis , illa autem corporis, vt
17 ait Vlpianus [c]. Neque aberrabimus , ſi dicamus
hanc poſſeſſionem , quæ plus iuris habet , eſſe
ciuilem,cuius ſeruus capax non ſit [d] , etſi capax
naturalis:Eò quòd quantum pertinet ad ius ciui-
le , pro nullo habeatur [e]. Et ideò aliud tenere,
quod naturalem dicitur habere poſſeſſionem,
18 aliud poſſidere ſcilicet iure ciuili. Sed & notan-
dum eſt, aliquando plus iuris , id eſt, incorporeæ
ſubſtantiæ ineſſe poſſeſſioni [f], poſt adeptionem
eius,quàm fuerit in ipſa adeptione. Siquidem in
adeptione,vt dictum eſt, & corporale factum, &
animus exigitur , cùm tamen illa retineri animo
ſolo poſſit , vt reſcripſerunt Cæſares Dioclet.&
Maximia [g]. & Paulus [h].Quod certè, ſi rem ſeriò
perpendamus, eſt potius ius poſſeſſionis , quàm
poſſeſſio:hoc eſt,id potius erit,quod per poſſeſſio-
nis legitimam & iuſtam aſſecutionem quæſi-
tum eſt. Sic enim mea ſententia intelligenda ſunt
iura [i],quæ meminerunt de iure poſſeſſionis. Ius
quippè ex facto oritur , & in cauſa ius poſitum,
vt monuit Alphenus iuriſconſultus [k],& ex facto
pacti,ius etiam naſcitur, vt dixit Paulus [l]. Et ideò
quia hæc retentio ciuilis non indiget corporis
miniſterio , vel facto alio , accidit vt à diuerſis,
diuerſo tamen modo , res eadem poſſideri poſſit
in ſolidum [m], ſcilicet animo, corporali detentio-
ne apud alium exiſtente , veluti in depoſito [n] , &
commodato [o] : apparet melius , & expreſsè in
precario apud Pomponium [p],alio ita iuſtè animo,
alio iniuſtè corpore detinente. Siquidem nec na-
turalis poſſeſſio , apud diuerſos vel iuſtè vel in-
iuſtè eiuſdem rei eſſe poteſt ſimul & eodem
tempore , neque vna eadem ciuilis , vt ait Vlpia-
19 nus [q] , Paulus [r] , & Iulianus [s]. Porrò poſſeſſio,
quæ plus facti quàm iuris habet , ſua etiam habet
exempla : veluti quando nos ipſi corpore & ani-
mo noſtro eam nanſciſcimur, & ius quidem eam
probat,ſed nihil præter naturam poſſeſſionis, fin-
git [t]. Eſt & aliud exemplum , ſi cum titulo qui-
dem à iure probato , res poſſidetur , ſed aliundè
prohibeatur detentio,propter incapacitatem per-
ſonæ , vel aliud iuris impedimentum : Ea enim
tunc plus facti , quàm iuris habere dicitur [v]. Po-
20 teſt & dici huius generis poſſeſſio colorata. Nam
ſicut annotat communis interpres ad Pragma-
tica. Sanctio. [x] & Abbas Panormita. [y] poſt
Calderinum , Antoni. & Immol. quando defe-
ctus poteſtatis non eſt in conferente titulum be-
neficij,nec inducitur priuatio à iure vel ab homi-
ne , talis poſſeſſio dicetur colorata. Meminit &
inter Iuriſconſultos de colore & titulo poſſeſſio-
nis vel traditionis , Marcellus [z]. Sed & ea pluri-
mum facti habet , quæ continuationem vſus po-
ſtulat : quæ exigitur in præſcriptionibus , vt me
12 docuit Papinianus [a]. Plurimum iuris & pluri-
mum facti dicunt poſſeſſionem habere interpre-

a §.ſi.de obl. lib.3.inſtit.tit. 14.Pau.l.1.§.1. de actio.li.44. P.tit.7.
b l.quæritur. de ſtat. homi. lib.1.P.
c l.3.de bono poſt lib. 37.P. tit.1.
d Vlp.in l.ſtipulatio iſta.l. 38.§.hæc quoque. de verb. oblig.
e l.quod attinet. l. 33. de regul. iur. lib. 50.P.
f l. 1. de rer. diuiſ.in P.
g l. licet. l.4. de acquiren. poſſeſ.C.
h Paul. l. qui vniuerſas.l.30 §. quod per colonum , de acq.poſ in P.
i l.peregre.l. 44. de acqu. poſſeſſ.l. non ideo minus.l. 5.de libe.cau. lib.9.ti.16. l.ſi ea res.l.32.4.1. de actio.emp. l.ſi quis ad ſe fundum. C.de vi pub.cum ſimilib.
k l. ſi ex plagijs. l.53. §. in cliuo. ad leg. Aquil.lib.9.P. tit.3.
l in l.ſi vnus. l.28. §. pactus ne peteret. verſ.ſed ſi pactum. & verſi. quod & in ſpecie.de pact.li. 3.P.tit.14.
m Paul. l. ſi duo.l.3.vti poſſid.li.43.P. tit. 16.
n l.licet.l.17. depoſi.lib.16. P.tit.3.
o l rei commodatę l.8.cũ l.ſeq. cõmod. lib.13.P.tit.16.
p in l. & habet. l.15 §.cũ qui.de procu. lib 43 P.tit.25.
q l.ſi vt certo. l. 5. §. ſi duobus , cõmod. lib.13 P.
r l.3.§ ex cõtrario.de acq. poſſeſſ.in P.
s l. duo in ſolidum l.19. de procur.in P.
t vt in l.1.& 3. de acq.poſſeſ. in P.
v c. cum noſtris.c.6. §.auditor.de conceſſ.præb. lib. 3. decretal. titul.8.
x gl. in §.1.in verbo coloratum. de pacifi.poſ.in pragma.ſanctio.
y Panor. in l. cum noſtris. col.fi.de conceſ. præb. Ludoui. Gomes, ad reg.de triẽna.poſ.q.27.
z Marcel.in l. Sulpitius.l 50. de dona.inter vir.& vxor.li.44.P.tit.1.

a Papin.l.denique.l.19.ex quib·cau·maio.lib.4.P.tit.6
b l.1.C.de acq.hæred.l.2.pro ſolut.lib.41.P.

tes eam, quæ per procuratorem quæritur nobis
ignorantibus,& tamen non quæritur vſucapien-
di per eam acquiſitionem facultas,[b] differens ab
ea quæ plus iuris habet,quando in cauſa peculia-
ri tantùm datur etiam vſucapiendi occaſio.Nihil 22
iuris habet poſſeſſio ea,quando iure non proba-
tur detentio,vel quando ex detentione ius poſ-
ſeſſionis non naſcitur.Ita qui iniuſtè rem alterius
occupat,poſſidet quidem , naturali detentione:
ſed quod ad iuris vtilitatem , tenere potius ſo-
lum , quàm poſſidere dicitur ab Vlpia [c]. Eſtque
iſtius ordinis malæ fidei detentio , quæ tamem
poſſeſſio dicitur [d]. Similiter ea quæ improba
quæue iniuſta,quæ ſine præcedente titulo , quæ
ius non dat, vt aiunt CC. Diocle. & Maximi [e].
item ea quæ violenta,& clandeſtina eſt,apud Vl-
pianum [f].Exiſtimatur in iure vſusfructus habere
tantùm poſſeſſionem naturalem ab Vlpiano:
quia quòd pertinet ad ciuilem , non dicantur
poſſidere vſufructuarij [g]. Neque etiam is qui
rem accipit , ſi non habeat animum poſſidendi,
poſſeſſor dicetur [h].Et qui aliis poſſidẽt, & alio-
rum nomine,ratione quidem iuris poſſeſſores
non dicuntur [i], verum ratione facti, & naturalis
detentionis , tales dici poſſunt ſecundum Pom-
ponium [k],& Alexandrum Cæſarem [l].Quamob- 23
rem oportet inde annotare, poſſe aliquem &
ciuiliter aut naturaliter, vel vtroque modo , in-
cumbere poſſeſſioni,veluti monuit Vlpia [m]. non
tamen dico poſſeſſionem ciuilem , cùm facti &
corporis dixerimus,ſed poſſe ei incumbere ciui-
uiliter , & ciuiliter poſſeſſionis ius haberi. Ad 24
naturalem etiam pertinet poſſeſſionem , ea quæ
precaria dicitur, quam quis habeat quamdiu tra-
denti placuerit [n]. pertinet & ille ingreſſus , qui
iure familiaritatis in prædio amici conceditur,
qui ſine animo poſſidendi fit, vt ait Paulus [o]. At 25
poſſeſſio quæ ſolum ex iure pendet , merè ciui-
lis appellari poteſt , in qua ius ciuile rem tranſ-
fert ſine corporali facto , operatúrque retinendi
poteſtatem,licitam,legalem , vel legitimam di-
cere poſſumus : veluti conuentio legitima dici-
tur ea , quæ ex lege tantùm vim habet [p]. Huius
exemplum,in ſuis liberis , qui continuare vel aſ-
ſequi poſſeſſionem bonorum paternorum , ſta-
tim à morte patris ſine aditione dicuntur [q].
Quod ex conſuetudine generali Galliarum, tra-
ctum eſt ad omnes hæredes , qui non egeant
corporali aditione , ſed mortuus poſſeſſionem
cenſeatur dare hæredi , quod dicunt, *le mort ſaiſit*
*le vif.* Ad quam conſuetudinem edidit commen-
taria D.Andreas Tiraquellus.Et de illa ferè om-
nes conſuetudinarij tractarunt [r].Quæ certè poſ-
ſeſſio vere ciuilis, & potius quàm ea quæ à iure
ſuis defertur,quæ propriè continuatio poſſeſſio-
nis,quã habebant viuente patre, dici poteſt,vt ait
Paulus [s] .Poſtrema autẽ poſſeſſionis ſpecies, va- 26
cua dicitur,quã exiſtimo eſſe veluti ſubiectũ diſ-
poſitum ad recipiendum modum poſſidendi,vel
ciuilem,vel naturale, iuſtè vel iniuſtè, quãdo ſci-
licet res,nec animo,nec corpore alicuius tenetur,
vt notat & firmat exemplis. Accurſius [t]:alioquin
enim ſi quis alius poſſideat,vel animo vel deten-
tione corporali,vacua nõ eſt poſſeſſio,vt ait Paul.
Iuriſconſ.[v]. Huius generis erunt poſſeſſiones bo-
norum vacantium [x], & deſertorum. [y] Similiter

l in l. 1. §. quod a r ſtrer quor lega. li. 43.P.tit.3
d l.3 .§.fin.de acqui.poſſ.
e l. improba, l.7. de acqui. poſſ.li 7.C.tit. 32.
f l clam poſſidere, l.6 in princ.& §.fin, de acq.poſſ.in P.l.1.& tot. ti. de vi & vi arma.
g l. naturaliter, l.12.de ac. poſſ.in.P. Caius,in l.acquiritur , l.10. de acq.rer.dõ.l. 41.P.tit.1 Martia.l. ſciẽdum. l.1.qui ſatiſd. cogan. li. 2.P. tit.7.
h l.1.§.per procuratorem,de acquiren.poſſ.
i Valenti. & Valentin.in l. 2.C de præſc. 30.vel 40. anno.lib.7.tit.39
k in l.ſi colonus,l.31.de acqui poſſ. in P.
l l.1.commu. de vſucap. li. 7.C.tit.30.
m in l.3.§ fin. ad exhiben.li. 10 P.tit.4.& l. 1.§ deiicitur, de vi & vi arma li.43.P.tit. 15.
n l.& habet. §. cùm quis , de precar.in P.l. in rebus.§.meminiſſe, & l. certè,§. is qui rogauit , eod. titu l. ſi quis antè , de acq. poſ.
o l. qui iure familiaritatis, l. 41.de acquiren.poſſ.
q l. legitima conuentio,de pact. lib. 2.P. titu.14.
q Pa.l in ſuis l. 11. de lib.& poſth. li. 28.P. tit.2. Caius, l. in ſuis.l.14.de ſuis & legit. hæred.li.38.P, tit.17
r Boetius in conſuetud. Bituri.tit de teſtam.§ 6.Ioan Faber in §.ſui hæredes , de hære.quali.& differ. Guill. Bened. in repet. cap. Rainutius,in ver. mortuo.Bart. Chaſſ.titul.de de ſucceſſio.§, 1.in cõmenta. conſuet.Burg.
s Pau. in l. 2. §.ſi.pro hærede , lib. 41. P. titu.6.
t Accurſ.in l. fin. in verbo vacuam,vnde vi,lib.8.C.tit, 4 &.in l. non idcirco,in verbo in vacuam,de fid.inſtrum.4.C.lib.tit.31. & in l.improba poſſeſſio, in verbo in vacuam,de acquir.poſſ.lib.7.C.tit.32.
v l.2. §.1.iuncta.l.ſeq.de actio.emp.lib.19.P.tit.1.
x l.4.& toto tit.de bon.vacan.lib.10.C.tit.1.
y l.1.& toto tit.de omni agro deſer.lib.11.C.tit.58.

ea quæ nullius ſunt,quæ vt vacua primo occupā-
ti cedunt [a]. Sunt huiuſmodi res diuini iuris, &
ſacræ [b],& quæ publicæ ſunt [c],aliæque quæ extra
cōmercium ſunt hominum, quarum vacua poſ-
ſeſſio, quia nullus poſſideat propriè: ſicuti Vl-
pianus vacuas dicit tabulas, in quibus nihil ſcri-
ptum reperitur [d]. Et ex his abſoluta patet poſſeſ-
ſionis diſtinctio, ratione quorum quis poſſeſſor
dicitur, & poſſeſſorium competit remedium.
Cæterùm,ratione cauſæ, quæ ius poſſidendi tri-
27 buit, dupliciter quis poſſidere dici poteſt: vel
cum titulo, vel ſine titulo. Eſt autem titulus, in-
ſcriptio vel compēdiaria ſignificatio,& ſignum [e],
maius aliquid demōſtrans. Ad quam finitionem
omnes tituli variæ acceptiones referuntur, de
quibus interpretes tractant [f]: dicerent Græci
ἐπιγραφὴν.[g] Quamobrem cauſa ex qua ſuſtinetur,
vel conceditur, vel nominatur poſſeſſio, dare ti-
tulum dicitur poſſeſſioni: iſque iuſtus in omni
poſſeſſione ad præſcribendum requiſita deſide-
ratur [h],vt poſteà Deo fauente in vſucapione ex-
plicabitur. Eò referuntur rubricæ, & earum le-
ges: Pro ſoluto [i], quando rem in ſolutum da-
tam tenemus: Pro emptore, quando ex vera
emptione ſequitur traditio [k], vel ex negotio
emptioni proximo [l]: dummodo emptio iure
approbetur. Nam illicita, vel rei inalienabi-
lis emptio, non dat titulum [m]. Item pro tranſa-
ctione, quando ex cauſa tranſactionis poſside-
tur [n]: Pro hærede,quando extraneus, non ſuus [o]
verè inſtitutus poſt mortem, & non in vita [p] te-
ſtatoris, res hæreditarias vt hæres poſſidet. Cui
affinis poſſeſſio bonorum à prætore conceſſa [q],
dicitur. Quod ſi quis alioquin donationis capax,
ex ea cauſa poſſideat, pro donato poſſidere dici-
tur à Paulo [r]. Et ſi occupetur res ablegata om-
nino ab alio, ſequitur titulus, pro derelicto, & ſi-
milis nominis poſſeſsio [s]. Eadem dicenda de
alijs, vt pro dote [t], pro legato [v], pro ſuo [x]. His
accedit poſſeſsio prætoria, quando authore præ-
tore quis poſsidet: iuſtè enim poſsidere dicitur,
ſecundum Paulum [y], potiſsimum quando iudex
non quidem ex primo, ſed ex ſecundo decreto,
iubet rem non cauentis de damno infecto, poſsi-
deri [z], vel per adiudicationem [a], vel per aſsi-
gnationem [b], vel per adiectionem [c]: ſicuti &
titulus poſſeſsionis per ius accreſcendi [d], non
ſecus quàm ex inſtitutione poſſeſsioni accedere
poteſt [e]. Sine titulo poſsidens, dicitur ſimplici-
ter pro poſſeſſore poſsidere, quando cauſa no-
minata vel expreſſa probata in iure, non dat cau-
ſam poſsidendi: ſicuti in poſſeſsione rei donatæ
inter coniuges, quæ, quia nullo titulo donationis
iure probatur [f], facit poſſeſſorem detentorem
pro poſſeſsore [g]. Sic etiam & prædo, dicitur pro
poſſeſſore poſsidere [h].

a Caius in l.3. & §. de acq. rer.do. lib.41. P.tit.1. § feræ beſtiæ. de re. di.lib.2. inſtit. tit 1.
b l.7. de rerū diu.lib.1.P.tit. 8 §.nullius.§. Sanctæ,eod.ti. apud Iuſtin. fa cit tit ne quid in loco ſacro.
Paul l.qui vni uerſas l.30.de acqui. poſſeſſ. in P.
c l. 1. & l. in tantum.l.6.de rer.diu. li.1.P. ti.8 cum ſimi.
d Vlpia.in l ſi binæ. l. 11. de iniuſt.rup.lib. 28.P.tit.7.
e Cano.con-ſuetudo.16.q. 6.
f glo.in c.fin. de of. archie. in verbo.titu-lis.glo.in cap. dudum. in 4. de electi.in verbo intitu-latam. libr. 1. decretal.
g §.titulos.de manda. princ. in auth. col.3. titul. 3. l. 2.& tot.titul.vt ne mo priuat.tit. prædi.ſuis vel alien.&c.li.2. C tit.16.l.1.de ijs potentior. nomi.ti.præd. affig.&c. eod. lib.C.ti.15.
h c.ſi diligen-ti,de foro cō-pet.l.penu.de vſuca.pro hæ-red. lib. 7. C. tit.29. l.nulla. C. de rei vēd. l. diuturna.C. de præſcript. long. temp l. Celſus,de vſu cap.in P.
i l.1.pro ſolu. lib.41. P.tit.4.
k Paul.l 2.pro emp.lib.41.P. tit.5.
l Caius l.1.& Vlp.l.3.eod.
m l.1 2.& fin. de vſuca. pro empt.lib.7.C. tit.26.
n l.pen.eo.ti. C.de vſuc.pro empt.
o l.2.C.de v-ſuca. pro hær. lib.7. tit.29.l. 2 §.final. cod. gi .P.
p l.1.pro hæ-rede in P. l.3. eod.tit.

q Vlp.l.pro hærede. l.11.de peti.hære.lib.5.P.tit.3.§.ſequens, de interd li.4.inſti. iur.ciuil.tit.15. r l.1.pro donato.lib.41.P.tit.7.l.1.C.eod.lib.7.tit.27. s tot. tit.pro derelic.lib.41.P.tit.8. t tit.pro dot.lib.41.P.tit.10.& de vſuc.pro dote lib.7.C.tit.28. v tit.pro leg.lib.41.P.tit.9. x tit.pro ſuo.lib.41.P.tit.11. y l.Iuſtè.l.11.de acquiren.poſſeſſ.in P. z Paul.in l.4.§ final.& Iulia.in l. ſed ſi res.l.5.commu.diui.li.10.P.tit.3.l.2.ſi ex noxa.cau.aga.in P. a § fi.de pub.iud. lib.4.inſtit.l.2.§.fi.& l.3.& 4.fin.regun in P. b §.1.de aſſignat. libertor.l.1.eo. tit.P. c § 1 de eo cui liberta cau.bon.addicunt.l.2.de fideicomm.liberta.in P. d l.qui patri de acquiren.hære.in P. e § fi.de hæred.qualit.& differ. ap Iuſti. f in l.1.2.3.de don.inter vir.& vxo.in P.l.donationes quas parentes.C.eod.tit. g Vlp.in l.quod vxor viro.l.16 de acquir.poſſeſſ.in P.& in l.nec vllam.l.13. §.item in titulo pro donato. de pet.hæred.lib.5.P.ti.3. h Vlp.pro hærede.l.11.& in l. nec vllam.§.omnibus.de pet.hæred.in P.§.ſequens.de interd.li.4. Inſt.iur.ciu.ti.15.

## De rerum diuiſione, ratione dominij,& poſſeſſionis: & paraſceue ad ſequentem librum. Cap. 14.


1 *Rerum diuiſio. Diuini iuris res, ibid.*
*Humani iuris res, ibid.*
2 *Sacræ res quæ ſint.*
3 *Templum quare Græcis* ἱερὸν, *&* ναὸς.
*Templa quare olim dicta fana, ibid.*
4 *Templa quandoque deſinunt eſſe ſacra.*
*Sacrum per translationem, ſacrum dici patrimonium principis, ibid.*
5 *Religioſæ res quæ ſint.*
*Sacrū & religioſum quandoque con[funduntur]... ibid.*
*Religioſum quid ſit, ibid.*
6 *Sanctæ res quæ ſint.*
7 *Humani iuris res, quædam ſunt puræ, quædam profanæ. Prophanum quid ſit, ibid.*
8 *Publicæ res quæ dicantur.*
9 *Res quæ in nullius bonis.*
10 *Res quæ ſint natura communes.*
11 *Quibus ex cauſis diſceſſum fuit à communione.*


Explicata ratione proprietatis & domi- 1
minij,ſequitur vt diſtinctiones rerum
quæ in illis variæ ſunt, tradamus. Res
itaque [a] aut diuini aut humani iuris
ſunt, hoc eſt, vel ſunt in Dei, vel diuorum,vel
in hominum iure, dominio, aut poſſeſſione:cor-
porales aut incorporales. Diuini iuris, res ſacræ,
religioſæ,ſanctæ: quæ in nullius videlicet homi-
nis dominio ſunt [b]. Humani iuris,aut publicæ,aut
priuatæ, aut nullius [c]. Publicæ, aut communes
omnium,aut vniuerſitatis [d]:quæ vſu nō proprie-
tate cōmunes ſunt. Priuatæ,quæ ex his quæ nul-
lius ſunt,ſingulorū fiunt. Nullius,ſunt non occu-
pata, hæreditates non aditæ,& ſimilia. Sacræ res 2
ſunt, quæ publicè dedicatæ ſunt, vel in ciuitate,
olim principis aut populi,nunc pontificis autho-
ritate [e]. Et ſacra quædā publica & priuata,à Paulo
iuriſconſulto conſtituuntur [f]. Templa iuris diuini
& ſacra ſunt,quia inibi domus Dei [g]. Idque mo-
nent tituli, De ſacroſanct.Eccleſ. & de conſecrat
Eccleſiar. Erant & pro templis conſecrata olim
nemora, luci, potiſſimùm apud idololatras [h].
Nec alia templa fuiſſe Germanis antiquitus quàm
nemora ſcribit Corn. Tacitus [i]. Et Græcis ἱερὸν [k],
templum dicitur, quaſi ſacrum. Et ναὸς, διὰ τῦ ἐν-
ναίειν ἐν αὐτῷ τοὺς θεὺς,quod in ipſo Dei, vt ipſi plu
res falsò putabant, habitarent. Et Varro [l], fana 3
templa dicta notat,quòd conſecrando ipſa, pon-
tifices locuti ſeu fati finem feciſſent. Quare & 4
templa ſacræ res ſunt,& per pontifices Deo con-
ſecrata: quæ deſinunt eſſe aliquando ſacra [m], &
fiunt profana per euocationem ſacrorum [n], ſi li-
berentur à ſacris vel per coemptionem à ponti-
ficibus [o], vel ſi ab hoſtibus capiantur [p]. Transla-
tio porrò fit appellationis ſacri ad pleraque alia,
vt ad patrimonium principis [q], quia & conſecra-
tur princeps, & vngitur [r]. Religioſæ res erant,
quas quiſque priuatus pijs vſibus conſecrabat, vt
ſi ſepulchrum facerent [s]: hodie tamen non licet
priuatis ſine authoritate Epiſcopi facere locum
religioſum [t]. Sunt enim Chriſtianis publica cæ-
miteria conſecrata. Dicūtur & religioſæ domus,
quæ & ſacræ [v]. Atque iſtæ appellationes ſacri &
religioſi confunduntur aliquando, quia & [er]ga
Deum religio dicta eſt [x]. Et Maſſurius Sab[inus]

a Hæc diuiſio ponitur in l.1. 2.3.4. de re.di. li.1.P.tit.8.
b l 1 de re.di. in P.§.nullius. eod.titu.apud Iuſtin. §. ſanctæ.eod.
c l.2.de re.di.
d §. 1. 2.3.4. de rer.diu.ap. Iuſtinia.
e Marti. l. in tantum. l.6.§. ſacræ, & Vlp. l.ſacra loca. l. 9.de rer.diuiſ. Macrob. lib.3. in ſom. Scipi. c.3 &Gellius.
f l. ſacrilegij capite. l.9. ad l. Iul. de pec. lib.43.P.tit.13. Matt.19.3. Regum 7.
g Exodi. 34. Deut.7 12.16.
h Corn Taci. lib.de morib. Germanor.
k Iulius Pollux,lib.1.onomaſt.c 1.
l Varr.de lin. Lat.5.
m l. inter ſtipulantem. §. ſacram.de verbo.oblig.in P.
n l.ſacra.9.§. 1. de rer.di.in P.Macrob.lib. 3.c.8.
o Cicero, pro Murena.
p l.cum loca. l.36.de relig. & ſump.fune. lib.11. P. tit.7.
q text. & gl. in §.abripiat. vt oēs obe.iudic.prouin. in authen.li.1.de indictio. libr. 10.C.
r c.1. §.vnde. de ſacr. vncti.
s §. religioſū locum.de rer. di.l.2. de reli. & ſumpt.fun. in P.
t C.abolēdæ. de ſepult.
v tit.de reli. domib.
x l.vt vim.de iuſti.& iur.



religioſum eſſe dixit, quod propter ſanctitatem
remotum ac ſepoſitum à nobis eſt [a], Sanctæ res
ſunt, quæ ab iniurijs hominum defenſæ atque
6 munitæ ſunt [b]. Quales portæ,muri ciuitatis,quo-
rum violatoribus capitalis dicta eſt pœna [c]. Sic
& ſancti legati & ab omni iniuria tuti [d]. Et hæc
pauca nunc pro ſacrarum,religioſarum,& ſancta-
rum rerum explicatione ſufficiant. Plura enim
tradimus paulò pòſt, & in criminibus, titulo de
7 ſacrilegijs. De rebus humani iuris ideo agemus
ſtrictius;humani iuris ſunt, quæ in conſortio ho-
minum ſunt, diuini enim iuris nullius in bonis
ſunt [e]. Quæ humani iuris ſunt, & puræ res dici
poſſunt: ita locus purus, qui neque ſanctus, nec
ſacer,neque religioſus eſt [f]. Prophanum quoque
quaſi procul à fano,& à rebus tēplorum [g] dictū.
Et profanum id propriè Trebatius dici ait, quod
ex religioſo vel ſacro, in hominum vſum pro-
prietatémque conuerſum eſt [h]. Publicæ res quaſi
populicæ, & publicum, quaſi populicum, quòd
omnibus patet [i]. Vlpianus publica exiſtimat [k],
quæ publico vſui deſtinata ſunt, vt areas, inſulas,
8 agros,vias publicas, itinera publica. Sic ædes ſa-
cras vocat publicas Philippus imperator [l]. Item
nomine publicarum rerum, res vniuerſitatis di-
cuntur, ſiue municipij cuiuſque ab Vlpiano [m]:
Nam municipibus ad exemplum reipublicæ,per-
miſſum eſt habere arcam communem,réſq; alias
communes [n]. Propriè tamen publicum,ad ſtatum
rei Romanæ pertinere dicitur, & populi Roma-
ni [o]. Quare & fiſcus,qui pecunias vectigales po-
puli colligit, publicas pecunias dicitur habere [p]:
vt & res fiſci, res imperij dicuntur [q], & propriæ
principis, qui pro republ.inuigilat [r],& vt & quæ
militibus pro republ. vigilantibus aſſignantur,
communem cauſam & publicam habere viden-
tur [s]. Sic latius patet publicum, quàm vniuerſita-
tis. Et publica dices flumina, vias regias,& publi-
cas,portus,& ſimilia,quæ vndecunque venienti
populo vſum communicant [t];at vniuerſitatis di-
ces ea tantùm,quæ communia ſunt ſolùm muni-
cipibus eius loci vel ciuitatis, vt ſtadia, theatra,
paſcua,nemora,& id genus ſimilia [v]: quæ tamen
ſingulorum, vt ſingulorum non ſunt, ſed ſingu-
lorum municipij, vt vniuerſorum, id eſt, quibus

a Vide latè Gellium li. 4. noct. Atticar. c.9.
b l. Sanctum eſt. l.8. de rer. diui.§.Sanctæ, eod.apud Iuſt.
c l.fi.de re.di.
d l.ſi quis legatum.l.17.de legat. lib 5.P. tit.7.
e §.nullius,de rer.diui.Pau.l. 1.eod.tit.in P. c.ſemel. c.51. de re.iur.in 6. l.interſtipulātem. §. ſacrā, de ver. oblig. can. ligna. c. veſtimēta, de conſec.diſt.1.
f l.2.§.prioris, de reli.& ſumptib.fune. l.1. de mor.infer. in P.
g Varro,lib.5. de ling.Lat.
h Macrob.li. 3.ſaturnal.c.3.
i Iuſtin in §. cōſequens,de ſuſpec.tu. lib. 1.inſtit. tit.26. §.1.de pub.iudic. Vlp.l.1.§. cōſequens,de ſuſpec. tut li. 26.P.tit.10.
k Vlp. in l.2. §.publici loci. ne quid in loco publ.li.43. P.tit.8.
l l.acceptam. C.de vſur.lib. 4.tit.32.
m Vlpia. in l. 1. quod cuius vniuerſit. nomi. libr. 3. P. tit.4.
n d.l.1.§.quibus permiſſum. quod cuiuſq. vniuer.no.
o Vlp.in l.bona ciuitatis. l. 15. & l. eum qui vectigal. de ver.ſignifi. §.fi.de iuſti.& iur. l. 1. §.huius ſtudij.eod. in P.

p gloſ.in l.in prouincijs.in verb.fiſcalis.de numerat.& actuar.lib.12.C.tit.50.
q §.res fiſci,de vſucap.
r l.2.§.2.ne quid in loc.publ.in P.
s l.Lucius.de euict.in P.l.ita verberatus.§.fi.de rei vend.P.
t l.flumina,de rerum diuiſio.
v Mart.in l.in tantum.§.vniuerſitatis.de rer.diuiſio.

nullus ex municipio,vt bonis propriis poteſt vti,
vt alios prohibere poſſit, ſed quibus vtatur, vt
communibus [x]. Vniuerſitas ita rerum, & res &
iura continebit ex ſententia Vlpian. [y] Eritque
congregatio, videlicet rerum, vel perſonarum
vel iurium, quæ vnum quid faciat. Neque dice-
tur vniuerſum poſſidere, qui ſepararas rei partes
poſſidet [z]. Et vniuerſitatem tantùm poſſideri,
non ſingulas partes dixit Paulus [a]. Res quæ nul- 9
lius in bonis ſunt, diuini iuris ſunt,vt dixi,ab ho-
minum commercio exemptę [b]. Sunt & alia quæ
hominibus communia contingere ſingulis poſ-
ſunt,& tamen nullius ſunt:vt aër,aqua profluens,
mare,littora [c],hæreditas quæ nondum adita eſt [d].
Ferunt quoque,natura omnia fuiſſe & eſſe com- 10
munia,id eſt,omnibus vtenda communi vſu pro-
poſita, & iure naturæ & diuino. Cuius rei extant
veſtigia apud Iuri ſconſ. qui feras captas & eua-
dentes,priſtinam libertatem naturalem recipere
aiunt [e]. Et Cicero dicebat, *ſunt priuata natura
nulla* [f]. Sed nos de hic plura,& de neceſſaria diui-
ſione communitatis in 3. lib. præludior. optimi
Iuriſc.c.4.& ſequentibus. Quare hîc plura non
ſubiungam. Præterquam, quod paucis accipies, 11
ex illa communione neceſſariò peruentum fuiſſe
iuſtis de cauſis ad diuiſionem:primò, quia com-
munio rerum parere ſolet diſcordiam [g]: dehinc,
quòd communio habeat rerum gerēdarum dif-
ficultatem [h],& naturale vitium eſt,negligi quod
communiter poſſidetur [i], vtque ſe nihil habere,
qui totum non habet,arbitretur: denique, ſuam
quoque partem quis corrumpi patitur,dum inui-
det alienæ [k]. Exemplo ſint illi quantumuis probi
viri Abrabam, & Loth, qui diu in communione
viuere nequierunt ſine iurgiis [l],neque Iacob cum
ſocero Labano [m]. Tertiò,& habemus authorem
ſapientiſſimum diuiſionis, Deum, qui piſcibus,
aquam:auibus, aërem: aliis terram, pro diuerſa
diuiſit natura: diuiſit & gentes [n],& ſeparauit fi-
lios hominum [o],diſtribuíque voluit terram ſub-
actam à filiis Iſraël [p]. Atque 4.loco, & ius gen-
tium docuit diuidere [q]. Proinde ſingulorum res
fieri oportuit, hoc eſt,ex illa rerum communione
in mancipium & ius venire proprium cuiuſque:
iſtæque res ſunt priuatæ, quæ in alicuius iure &
bonis ſunt [r], vel liberæ,vel ſeruientes, vel com-
munes inter priuatos,vel confuſæ.

x l. ſunt. §.1. quod cuiuſq. vniuerſit.
y Vlpian.in l. item veniunt l.20,§. fin. de petit.hær. lib. 5.P.tit.3.
z Iabol.in l. eum qui ædes l.23.de vſuca. lib.41.P. tit.3.
a Paul. in l. 2 §. cùm ſicut, verſicu. 1. pro emptor. in P. lib.41.tit.1.
b l.1.de rer. diuiſ. in P. §. nullius,eo.ap. Iuſtin.
c Martia.in l. 2.& 4.& Flor. in l.5. de rer. diuiſ. §.1.2.3. 4. eod. titu. ap.Iuſtin.
d l. . de rer. diuiſ l.eius q. de reb.credit. in P.
e ca.1.& can. ius naturale, 1.diſt.can.quo iure, 8. diſtin. Anacarſ.epiſt. vlt.ad Cræſū.
f Cice.1.offi.
g Caius,l. naturalem autē. l.5.de acq.rer. dom,lib.4. P. tit.1.§.feræ,& §. naturalem, de rer. diuiſ. ap.Iuſtin.
h Papin. in l. cùm pater, l. 78. §. dulciſſimis. de leg.2.
i Vlpian. in l. qui neque,l.1. de reb.eor. q ſub tut.lib.17. P.tit.9.
k l 2.quan.& quibus quar. pars debea.li. 10. C. tit. 34.
l Gene.c. 13.
m Gene. 30.
n Gene.10
o Deute.32.
p Ioſue,ca.9. 18.&21.
q l.hoc iure. de iuſt.& iur. ca.ius gentiū, 1. diſt.§.ius autem gentium,

de iur.natur.ap.Iuſtin. § ſingulorum,de rerum diuiſi.
r §.1.de rer.diuiſi.l.1.eod.tit.in P.l.1. §.huius ſtudij,de iuſt.& iur.

# DE REBVS DIVINI IVRIS, LIBER II.

## De ſacroſanctis Eccleſijs. Cap. I

**Extant tituli, de Eccl. ædific. vel reparand. lib. 3. Decretal. tit. 40. Lib. 3 Sexti, tit. 21. De conſecrat. diſtinct. j. in Decreto. De ſacroſanct. Eccl. lib. j. C. tit. 5**

1 *Eccleſia generaliter quid ſit. Eccleſia apud Chriſtianos quæ & quid ſit, ibid.*
*Catholica cur dicta, ibid.*
2 *Eccleſia pro particulari quadam congregatione.*
*Item & pro perſonis coordinatis ad miniſteria Eccleſiaſtica, ibid.*
3 *Eccleſia continens pro contẽto. Templũ à tuendo, ibi.*
4 *Templa Græcis κυριακὰ. Item ἔνναιον ἱερὸν : & σηκὸν τέμενον, ibid.*
*Item & Baſilicæ, & quare delubra, ſacella, &c. ibi.*
5 *Sacra olim in lucis culta.*
6 *Ara quare ſic dicta. Altare quare ſic dictum. Sacrificijs tria loca Ethnicis olim familiaria.*
7 *Adorabant in montibus antiqui, & orabant.*
8 *Tabernaculum primus Moſes Deo conſtruxit, deinde Salomon.*
9 *Sanctuarij Dei olim decem miracula facta. Prodigia quæ olim Iudæis, & templo eorum contigerunt, tempore Iuliani Apoſtatæ. ibid. Mulieres quare hodie à partu non arcentur ab Eccleſia, vt olim certis diebus à templo illo Iudaico, ibid.*
10 *Pontificum, ſeu Epiſcoporum cura & authoritas requiritur in Eccleſiarum conſtructione.*
*Eccleſiis conſtruendis obſeruanda.*
11 *Sacra loca antiquis vbi erant ſita.*
12 *Eccleſiis reparandis, vel reſarciendis obſeruandæ diſtinctiones.*
13 *Templorum antiquæ immunitates.*
14 *Miſſas nullibi celebrandas, quàm in altari ſeu loco conſecrato.*
15 *Altare duplicis ſpeciei.*
16 *Eccleſiæ dedicatio per Epiſcopum.*
17 *Dedicatio quid ſit, Hebr. חנכה: Græcis ἐγκαίνια.*
18 *Conſtantinus Magnus Eccleſiam portatilem, vbicunque locorum eſſe circumferebat.*
*Eccleſia portatilis quid.*

1 ECcleſia nomen generale eſt pertinens ad omnem cõgregationem & cœtum, Græcis ἐκκλησία, cœtus conuocatus: interdum pro loco, vbi cõcio & vocatio cœtus fit. Proinde monemus hîc agendum, non de omni Eccleſia, ſed tantũ de ſacroſancta. Accipitur autem apud Chriſtianos Eccleſia, primùm generaliter pro fidelium ſeu credentiũ omnium cœtu vbiq; exiſtentiũ [a]. Et tũc dicitur ἐκκλησία καθολική, Eccleſia vniuerſalis, quæ vna eſt, & Apoſtolica, vt habetur in ſymbolo fidei Nicenæ Synodi, & in Symbolo Apoſtolorum, πιςεύω εἰς πνεῦμα ἅγιον, ἁγίαν ἐκκλησίαν καθολικήν. Credo in Spiritum Sanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam. Dominus noſter Ieſus Chriſtus caput huius Eccleſiæ [b]. Vicarius eius in terris, vnus ſummus Pontifex, qui Romæ ſedet, vbi D. Petrus ſedem elegit [c], & pro fide Chriſti occiſus eſt [d]: ad quem Dominus dixerat, *Tu es Petrus ſeu Cœphas, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam* [e]. Illa vna & omnium populorum, ſecundum quod prædictũ erat, *dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ* [f]. Et rurſum de regno filij Dei, *& dominabitur de mari vſque ad mare, & à fiumine vſque ad extremos terræ* [g]. *Eccleſia*, inquit Athanaſius [h], *quidem dicitur, quòd in ea vocantur omnes: Catholica verò propterea, quòd per totum mundum diffuſa ſit.* Eccleſia Romana caput aliarum Eccleſiarum [i], quæ in partẽ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis vocatæ ſunt [k]: vnius enim Eccleſiæ, vnus debet eſſe tantùm Epiſcopus [l]. Et ideò qui ab ipſius vnitate decidunt, amplius in fide non viuunt, & ſicuti exciſi à radice, ſine vita ſunt [m].
2 Sumitur & Eccleſia pro particulari quadã congregatione, vt, *Eccleſia quæ eſt Corinthi* [n]: &, *in Eccleſiis benedicite Deo Domino* [o]. Et rurſum Eccleſia pro perſonis coordinatis ad miniſteria Eccleſiaſtica, vt dicitur, *non ingredietur manzer*, hoc eſt, de ſcorto natus, *in Eccleſiam Domini vſque ad decimam generationem* [p], id eſt, non promouebitur ad miniſterij ordinem [q]. Et rurſum, *non ingredietur Amonites & Moabites in Eccleſiam Dei, vſque in æternum*. Et apud D. Matthæum, *ſi non audierit, dic Eccleſiæ* [s]. Ita Eccleſia, & pro prelato Eccleſię [t], & pro maiori parte capituli [v].
3 Secundo accipitur Eccleſia, pro loco vbi congregatio fit: continens pro contento, & apud D. Paulum [x]. *Nunquid non domos habetis ad manducandum & bibendum, aut Eccleſiam Dei contemnitis? & confunditis eos qui non habent?* nempè pro ædificio ſeu templo [y]: item & pro reditibus ipſius loci [z]. Templum dicunt Eccleſiam quoque & à tuẽdo primum templum dictum, quocirca cœlum quâ tuimur dictũ templum natura, ab auſpicijs in terra à ſimilitudine, ſub terra authore Varrone [a].
4 Vocabantur & Græcis templa κυριακὰ, vt conſtat ex edicto Maximiani, quo iubebatur, vt prædia & res Chriſtianorum Eccleſijs reſtituerentur [b]: quaſi dicas domos Domini, id eſt, Dei. Sic enim & alicubi ſcriptum legimus [c] dicentem Deum, *Domus mea, domus orationis vocabitur*. Et quia ea diuerſoria etiam deorum putabant antiqui: templa dixerunt ἔνναιον, ἱερὸν, & pluribus alijs nominibus, σηκὸν, τέμενον. Hinc & nos templum Dei [d]. Vnde & baſilicæ quoque, id eſt principis domus [e], regiæ domus vocabantur, & magnifica ædificia. Iuſſit & Plato templa domibus regalibus coniungi [f]. Sicut & Octauianus Cæſar anno ab vrbe condi[ta] 726. in palatio templum Apollinis dedicauit [...] bi-

the

a Can. Eccleſia. de conſec. diſt. 1. can. legimus. 93. diſtin. can. circa me. can. multæ. 1. q. 3 can. loquitur. 24. q. 1. Cyrillus Hieroſolym. Epiſc catech. 18. illuminatorum.

b ad Eheſ. c. 5. ca. vn. de ſac. vnct. c. Engeltrudam. 3. q. 4.
c Opta. Mileuita in 2. Igna. epiſt. ad Rom. Irenæus. lib. 3. aduerſ. hæreſ. Tertul. de præſcr. hęre. Oroſius li. 12. c. 4.
d Egeſippus, lib. 3. c. 2. Euſe. lib. 3. hiſt. Eccleſ. c. 1.
e Matth. 16. can. in nouo, & can. quãuis, 21. diſt. can. 1. & can. ſacroſancta. 22. diſt. cano. fidelior. 50. diſt. can. loquitur. 24. q. 1. l. nos reddentes. de ſum. Trin. C. §. 1. de Eccl ti. de colat. 9. De primatu Eccl. Roma fusè Ioan. Coclæus. li. 2. de Petro & Roma.
f Pſal. 2.
g Pſal. 49.
h Athana. de diuerſ. quæſti. quæſt. 71.
i c. 1. 12. diſt. can. dudum. 3. q. 6.
k c. multum. 3. q. 6. can qui ſe. 2. q. 6 ca. ad honorem, de author. & vſu pallij.
l c. in apibus. 7. q. 1. D. Hier. ad Ruſt. Cypr. epiſto. 2. lib 3. D. Augu. epiſt. 162. & 171. con. Donatiſt.
m c. alienus. can. quicunq;. & can. quia ex ſule. 14. q. 1. c. ipſa pietas. 23. c. 4.
n 1. ad Cor. cap. 1.
o Pſal. 67. & Eccl. c. 24.
p Deut 23.
q c. 1. & ibi gl. de fil. presby.
r Nehem. 13.
s D. Mat. c. 18.
t can. ſcire debes. 7. q. 1.
v can. Apoſtolica. 63. diſt.
x D. Paul. 1. ad Corinth. 11.
y can. de Fabrica Eccleſiæ. can. in Eccleſijs. de cõſecr. diſt. 1.
z cap. querelam, vbi gl. ne præl. vic. ſuas.
a Varro lib. 6. de ling. Lat.
b Niceph. Cali. lib. 7. hiſtor. c. 37.
c D. Mat. c. 21. D. Ioan. c. 2.
d 1. ad Cor. 3.
e can. omnes baſilicæ. 16. q. 7. can. omnes baſilicæ. de cõſecr. diſt. 1.
f Plato lib. 6. de legib.



bliothecas perfecit [a]. Dicta & templa delubra, ſacella, bidentalia [b], item & tabernacula [c]. Quando autem cultus diuinus fuit publicus, fuerunt & vnâ loca quædam deſtinata cultui, & ſacrificia &
5 miniſtri horum. Aliquando & in lucis ſacra exculta: ſicut & meminit Vlrgilius [d].

*Templum auguſtum ingens, centum ſublime columnis.*
*Horrendum ſyluis ac religione parentum.*
*Hinc ſceptra accipere, & primos attollere faſces*
*Regibus omen erat: hoc illis curia templum.*

Et iterum lares aiunt apud eundem [e].

*Nulli certa domus, lucis habitamus opacis.*

Nec alibi quàm in nemoribus colebant numen antiqui Germani [f]. Et ferè eius moris erant omnes idololatræ, vt propè infinita loca ſint Sacræ ſcripturæ, in quibus Deus populo ſuo lucos plantare prohibet, & plantatos demoliri iubet [g]. Fuerunt ſola altaria ante templa, quia & antè, & ex omni tempore ab initio ſeculi fuerunt ſacrificia Deo oblata, vt conſtat ex ſacrificiis Abelis & Caini [h], & Noachi, qui & altare Domino fecit, li-
6 beratus à diluuio. Erant inibi aræ, & altaria, loca quædam elatiora, vbi ſacrificabatur, vnde ara quod area pura ſit [i], vel vbi victima ardebat, vel ab imprecationibus, quas Græci ἀρὰς dicunt [k], vt altare quod altior locus ſit. Tria loca enim erant in ſacrificando Ethnicis familiaria, per quæ expiationem facerent: ſcrobiculo facto, inferis: aris, terreſtribus: cœleſtibus, extructis focis [l]. Idem Porphyrius tradit philoſophus, & aras cœleſtibus, & terreſtribus & heroibus focos antiquos ſtatuiſſe: & ſubterraneis foſſas, ſcrobéſve, & quæ à Græcis dicuntur μέγαρα: mũdo & nym-
7 phis, cæteríſque huiuſmodi antra dicaſſe. Adorabant & in montibus [m] & agris antiqui ſub dio, antequam templa eſſent & loca eam ob cauſam certa. Orabat & ſæpè in monte oliuarum Dominus noſter Ieſus Chriſtus, vt turbam hominum vitaret [n]. Et exibat Iſaac in agrum, vt meditaretur, id eſt, vt oraret [o]. Apud Perſas neque templa, neque ſtatuas, neque aras extruere conſuetudo erat: quinimo hoc facientibus infamiæ tribuere. Quòd non, quemadmodũ Græci, ſentirent Deos ex hominibus eſſe ortos; in morémque habebant, editiſſimis quibuſque conſcenſis montibus, ſuis Deis immolare, vt author Herodotus [p]. Quis primum ædificauerit templum apud Ethnicos idololatras, non ſatis conſtat, nec etiam de eo anxij eſſe debemus: imò potius eſt eius rei memoria & authorum, & templorum, & ſimulacrorum, obliuione ſuffocanda. Verùm puto prius Deo templum dicatum, & ædes eius ſacrificiis deſtinatas, quia rex Salem & panes offerebat domino [q], & ante eum inuocauit publicè Enos nomen domini [r]. At in populo Dei poſteà tabernaculum à Moſe Deo conſtructum, quod etiam templum & domus Dei dictum eſt [s], vt in libris Samuëlis
8 ſcriptum, *ingreſſus eſt Elcana & Anna in domum Dei in Silo, & puer Samuel erat cum ipſis.* Tunc tamen templum & domus Dei non erant: nam Salomon ædificauit poſteà [t]. Tabernaculum autem quod fixit Moſes, erat in Silo [v]. Rurſum autem & ſcriptum, *quod Samuel dormiebat in templo Dei* [x]. De diſpoſitione & triplici ſectione tabernaculi pulchrè videbis apud D. Paulum [y], & in Exodo [z]. Hoc Moſes conſecrauit adhibitis ceremoniis a. Conſecratum eſt templum Salomonis ritibus pluribus adhibitis & orationibus, vt dignus fieret locus ille, in quo orantes à Deo exaudirentur [b], dignaretúrque ibi Deus inhabitare vtpotè in loco, in quo eius memoria, cultusve eius eſſet: ideò & conſacrabatur, vt propria Dei domus ab ipſo ſanctificanda, & ad ſanctificationem aliorum. Et ideo Rabini in ſanctuario 9
Dei olim decem miracula facta fuiſſe annotant [c] 1. *Quod nunquam abortiuit mulier ab odore carnis, quæ in ſanctuario immolabatur.* 2. *Quod non conſpecta ſit muſca in domo mactationis.* 3. *Quod non accidit caſus nocturnus, ſiue pollutio ſacerdoti magno, in die expiationis.* 4. *Non extinxerunt pluuiæ ignem, qui erat in ſtrue lignorũ.* 5. *Non vicit ventus columnam fumi* 6. *Non repertũ eſt vllum vitiũ in Gomer.* 7. *Nec in duobus panibus, & in panibus facierum.* 8. *In eo ſtabant coartati, & adorabant dilatati.* 9. *Non læſit vnquam aliquem ſerpens & ſcorpio in Hieruſalem.* 10. *Nec dixit vnquam ſocio ſuo homo, anguſtior eſt mihi locus, quàm vt poſſim pernoctare Hieroſolymis.* Sunt & qui proferunt ex libris Cabaliſticis, leonis imaginem in flamma ignis ſacrificia abſumentis, conſpectam fuiſſe. Sublato tamen ſacerdotio antiquo, omnino templi Iudaici memoria extincta eſt: & cùm fuerit ante aduentum Domini dirutum & reędificatum, tamẽ lege adueniente euangelij reſtitui non potuit, vaſtatũ funditus à Tito & Veſpaſiano. Imò cùm Iulianus à fide alienus Cæſar in contumeliam Chriſtianorum iuſsiſſet, & permiſiſſet Iudæis templũ Moſis conſtruere, idque illi diligenter exequerentur terræmotu facto, iam iacta fundamenta omnino deiecta & euulſa ſunt pluribus oppreſſis. Rurſúmque pertinaciter opus aliis perſequentibus, ignis è cælo, & ex fundamentis ſimul emiſſus inſtrumenta & ædificata exuſſit, atque inuenta ſunt omnium Iudæorum veſtimẽta cruce ſignata, quæ nullo modo elui potuerũt, aliáque prodigia contigerũt, quæ narrat Nicephorus, & D. Chryſoſtomus, & alij [d]. Poſt aduentum domini noſtri Ieſu-Chriſti, inter Chriſtianos fide propagata, cœperunt quoque Deo domino vero Ieſu-Chriſto exædificari ſacella, atque ſplendida ædificia, ſimúlque templa, quæ antè idolorum, erant, Deo fuere conſecrata, adhibitis ritibus ſacris in ſanctificationem, de qua pauca alibi diximus in beneficiis & de beneficiorum erectione. Maioris autem dignitatis eccleſiæ noſtræ ſunt templo Iudæorum, non ſecus ac vmbræ præſtat veritas: Nam & nos verum inibi Domini noſtri Ieſu-Chriſti corpus, in altaris myſterio habemus, cuius aduẽtum figuræ Moſaicæ tantum pręnunciabant. Et apud nos ob ipſam veritatem, eccleſiæ ſunt à legalibus illis liberæ, adueniente propitiatione vera & efficaci: ideò & mulieres hodiè poſt partum non arcentur ab eccleſia, vt olim certis diebus ab ingreſſu templi [e]: quamquam ſi venerationis cauſa, certis diebus ab illo ſe abſtineant non improbetur [f]. Diximus & in titulo de ſacrilegiis, ſacra olim per iuſſum plebis lege Papyria [g], de ſacrandis agris & per imperatores & conſules & pontifices dedicari [h]: nunc autem ſolum per 10
pontifices proprios Chriſtianos [i]: ſine quorum conſenſu nec licet ſacras ædes conſtruere [k], nec niſi eorum permiſſione à presbytero ad id munus delegato [l]: putarémque & hunc epiſcopum eſſe debere [m]. Siquidem epiſcopus ciuitatis ſeu loci, antè debet ad locum accedere, in loco crucem figere, publicè atrium deſignare. Prius autem qui ædificare deſiderat, ſtatuere & definire prouẽtus, quæ ad luminaria, & ad cuſtodiam, cuſtodúmque ſtipendia ſufficiant. Subinde & poſt ædificationem, epiſcopum oportet locum ipſum cõſecrare,



a Dion Caſſ. lib. 53.
b De quibus Lilius Grego. Gyraldus, de Idolis gentiũ, ſyntag. 17.
c can. in veteri. 77. diſt.
d Virg. 7. Aen.
e Virg. 6. Aen.
f Corne. Tac. lib. de morib. Germano.
g Exodi, 34. Deut. 7. 12. 6. & 4. Reg. 14. 15. 18. 2. Paral. 14. & 17. Iudith. 3. Eſaiæ, 17 Micheæ 5.
h Geneſ. 4.
i Gene. 8. Beroſ. in 3.
k Varro, de ling. Lat.
l Luct. Grammat. lib. 7. Thebaida.
m vt Geneſ. cap. 21.
n DD. Matth. cap. 34. Mar. 6. Lucæ 22. Ioan. Euang. 6.
o Gene. c. 24.
p Herod. in 1.
q Gene. c. 14.
r Geneſ. 4. in fine.
s vt 1. Reg. c. 1.
t 3. Reg. 8.
v Exodi 26.
x 1. Reg. 3.
y ad Hebr. c. 9
z Exod. c. 26. & 40.
a ca. de conſecrat. diſt. 1.
b 3. Reg. c. 8.

c l. qui pirkabor. capitulis patrum cap. & ibi. Pau. Fagius.
d Niceph. Caliſ. lib. hiſt. eccleſi. c. & D. Chriſoſt. homi. 4. in c. Matth. tom. Theodo. lib. 6 Hiſt. c. 42. qui ait, id contigiſſe anno domini 363.
e can. de purific poſt part lib. Decreta tit. 27. Leuiti. 12. can. mulier ca. ad eius de conſecr. diſt. 5
f ca. quotidie de conſecrat. diſt. 1.
h Cicero pro domo ſua ad pontifices.
h l. 2. ne quid in loc. ſacr. in P. l. in tantum l. 6. §. ſacræ, de rer. diuiſ.
i §. ſacræ, de rer. diuiſ. can. placuit. q. 2.
k can. quicunque, 6. q. ca. lator. quæſ. 5 can. quidam, 18 q. ca. nemo, de cõſecr diſt. c. aqua. de conſec. eccleſ. vel alta.
l gl. in d. can. nemo. ca. preſbyteri, & can. fin. 6. q 6. cap miniſteriũ, de offic. archiep. ca. nullus preſbytero. de cõſecr. diſt 1.
m iuxta cap. aquam, de cõſecrat. eccleſ. iuncta g. 1.

aqua luſtrali ſeu benedicta aſpergere [a], ora tiones dicere [b]. Proſpicit hæc epiſcopi cura & authoritas in eccleſiarum conſtructione: inſuper, vt qui ædificare ſeu fundare decreuit, pietatis intuitu ædificet, non quæſtus cupiditate, putà ne paciſcatur, vt ex eo quod ædificauit de ſuo vel in ſuo, quæſtum cum clericis diuidat [c]: neque vbique, vel ſine diſcretione, aut per ſomnia cuiuſque ædificare permittat, aut ſine reliquiis alicuius martyris [d]. Nec omnibus paſſim temeréve templum ædificare de nouo, licet prætextu religionis: ſed tantùm, ſi fructus ſufficientes ſint vnius eccleſiæ ad duas eccleſias, & parrochia latiores habeat fines, quàm hyberno tempore poſſint accolæ in vnam conuenire [e]. Si temporis qualitas exigat [f], vel incrementũ ſit notabile populi [g], ſi in præiudicium alterius non fiat [h], & loco fiat congruo [i].

11 Locum congruum explicat Agennus [k] Vrbicus, *loca*, inquit, *ſacra quæ ædificabantur apud antiquos, quàm maximè in confinio conſtituebantur, vbi trium vel quatuor poſſeſſionum terminatio conueniret. Et vnuſquiſque poſſeſſor donabat certum modum illi ſacro ex agro ſuo: & quantum donaſſet ſcripto faciebat, vt per diem ſolemnitatis, priuatorum eorum agri nullam moleſtiam inculcantes populi ſuſtinerent*. Adde & exigi vt loco ſacro populus indigeat [l]. Sic nec Iudæis Synagogas ædificare vel templa permiſſum, etſi vbi recepti, antiquas fulcire liceret [m]. Placuit nihilominus rectè templa & ſacrificia paganorum, omnino interdici pœna capitali [n], & hæreticis omnia etiam loca conueniendi cauſa [o]. Dehinc epiſcopus proſpicit, vt dotatio ſufficiat pro cultu diuino in ea eccleſia fouendo, & pro miniſterio & miniſtrantibus, & pro oneribus ſoluendis epiſcopalibus [p]: Ad hoc enim tenentur fundatores [q], Alioquin hæres fundatoris tenetur congruè dotare [r], vel epiſcopus ipſe, ſi ſine dotatione permiſit ædificari, exemplo ordinatorum ſine titulo, quos tenetur vel alere, vel eis de beneficio prouidere [s]. Pertinet & ad curã epiſcopalem perſpicere, vt iã rectè ædificata templa in ſuo ſplendore conſeruentur, néve collabantur, & videre ſi qua reparatione indigeant.

12 Quòd & rectorum prouinciarum munus erat [t]. Porrò in eccleſia reparanda vel reſarciẽda diſtinguendum eſt, interdum enim eccleſiæ habent quandam portionem ædificationis cauſa deſtinatam, & tũc illa pars proculdubiò huic oneri ſeruire debet. Olim epiſcopus tertiam partem ſingulorum beneficiorum accipiebat, vt ſarta tecta conſeruaret ædificia: quod ſi ei parti ceſſiſſet is qui eam accipiebat, onus ſubibat [v]. Erat autem pars illa tertia præter aliam, quæ epiſcopo debebatur iure epiſcopi [x]: Quatuor quippe partes iure antiquo fiebant de reditibus, & oblationibus eccleſiarum: vna clericis dabatur miniſteria obeuntibus ſacra: alia pauperibus: tertia, fabricæ: quarta, epiſcopali iuri [y]. Quod ſi hæc tertia pars fabricæ deſtinata non ſufficiat reparationi, æquum eſt qui fructus percipiunt contribuere pro rata & parte, quam percipiunt [z]: videlicet ex ſententia prælati ſeu epiſcopi proprij, cui ſtandum eſt [a]. Quemadmodũ & vſusfructuarius ad ſarta tecta tenetur rerum quibus fruitur [b]. Si tamen aliqua ſit alia conſuetudo parœchorum, qua de ſuo id faciant, erit obſeruanda [c]. Quod & tradit Hoſti. [d] Intereſt enim illorum, ædes reſtitui vbi conuenire poſsint, & ſacroſancta myſteria Dei accipere, & audire: imò maximè ad id tunc cogendi ſunt, cùm decimæ exiguæ ſunt, vel malè ſolutæ. Satíſque impendit de ſuo, cùm laborem ſuum contribuit eccleſiaſtica præpoſita perſona: quia ſuis ſtipendiis nemo teneatur militare. Et dignus ſaltem alimentis ſit [e], qui ſpiritualia & diuina cum periculo ſuæ ſalutis, ſi malè ſe gerat, diſpenſat.

Templorum immunitates plures fuerunt, partim 13
communes cum rebus aliis eccleſiaſticis, de quibus infra, partim propriæ, veluti ne in eccleſiis fiant tumultus, conuẽticula, & quæ turbare poſſunt diuinum officium [f], iudicia ne exerceantur [g]: quamuis antiquis religionis eſſet, non auſpicari conſilia, nec haberi ſenatum, niſi in inaugurato loco, in fano ſeu luco [h]. Vnde ne id in templo Veſtæ fieret, illud non erat conſecratum. Nemo olim quoque ſepeliebatur in eccleſia martyrũ [i], exceptis in ca. nullus [k]. Erátque ius aſyli [i] in eccleſia, vt alibi etiã latius docui [m]. Singulare illud autem, eccleſiam non conſecratam, in qua tamen diuina peragũtur officia, iiſdem immunitatibus potiri [n]: habetur quippe ratio cultus diuini, qui ibi Deo exhibetur, non murorum aut parietum. Quamobrẽ & quia in eccleſiis ſacrificia, & dona offerũtur Deo, & preces: ibi altaria etiam ſunt, in quibus & oblatio facta eſt ab antiquis par-
tribus [o]. Et proinde ſãctificabatur altare & cõſe- 14
crabatur [p], vt nunc quoque in eccleſiis cõſecratur [q]. Nec licet miſſas celebrare, præterquam in altari ſeu loco conſecrato, niſi maxima cogat neceſſitas [r]: & nunc nobis & ſacrificium & altare,
vt ait D. Paulus [s]. At duplicis generis altare eſt, 15
mobile, & fixum [t]: mobile dicitur portatile, quod transferri poteſt à loco in locum, lapis, inquam, quidam, continens in ſe foramen cum cõſecratione, & ſigno ſuperpoſito: fixum autem & ſtabile eſt, quod non mouetur loco. Illud profanum fit amoto ſigillo conſecrationis [v]: hoc autẽ, cadentibus lapidibus, vel horũ aliquo, contiguo conſecrationis loco: vel ſi motum eſt ſigillũ, vel ſi tota menſa amoueatur, licet ibi foramen conſecrationis non ſit: quia dum altare eſt firmum, totum, non ſola tabula, vel alia pars, conſecratur, vt notat Panormitan. [x] Ideò ſi tabula, cui pontificalis benedictio adhibetur, enormiter fracta vel amota ſit, debet iterum conſecrari, vt poſſit ibi offerri [y]. Et ſacri Chriſmatis vnctio & benedictio adhiberi [z], martyrũque ſacra lypſana [a].
Aedificatis & dotatis eccleſiis, earum fit dedica- 16
tio Deo ſimul per proprios loci epiſcopos [b]. Neque intereſt quo die, dominico aut alio fiat [c]. At facta dedicatione eximitur in perpetuum ab omni vſu humanorum & profanorum negotiorum
locus, & ædificio cohærentia [d]. Erat propriè de- 17
dicatio, initiatio eccleſiæ, id eſt, eccleſiæ opere conſummato, primùm ei vſui cui deſtinata erat, accõmodatio: vocãt Hebræi חנכה chonucha [e], quæ Græcis ἐγκαίνια, encænia, ſicut & feſtũ dedicationis templi vel altaris [f], quod fit ſingulis annis, anniuerſaria memoria [g]. Mos enim antiquorum patrum fuit in his dedicationibus, tempore dedicationis feſtum agere aliquot diebus [h], & deinceps ſingulis annis ſemel, in gratiarum actionem [i]. In altari portatili, non eſt dedicatio feſtiua, quia vbique deferri poteſt, & vbicunque

a hæc omnia, in d. ca. nemo, de cõſec. diſt. 1. §. illud, de monac. in aut. b. §. ſi quis autem voluerit, de eccleſi. tit. collat. 9.
c ca. ſi quis baſilicã, de cõſe. diſt. 1. ca. eleutherius. 18. qu. 2. can. hãc cõſuetudinẽ, & ca. quia ſacerdotis, 10. q. 1. can. eccleſiæ, quæ pactione, 1. q. 4.
d can. placuit, & ca. de fabrica. de conſecr. diſt. 1.
e c. ad audientiam, de eccl. ædific.
f can. & temporis qualitas. 16. quæſt. 1.
g can. felix, & ca. multis, ca. præcipimus, 16. q. 1.
h ca. eccleſiæ, §. quacunque, 16. q. 1. c. 1. de oper. nou. nũc. c. 2. de eccleſi. ædific.
i ca. eccleſias, de cõſe. diſt. 1.
k Agẽnus Vrbicus, in cõm. ad Iul. Frontinum, de controu. agro.
l ca. ſi. de eccleſ. ædific. ca. præcipimus, 26. q. 1. can. eccleſias. 16. q. 7.
m l. ſi. C. de Iudæis, lib. 1. C. tit. 12. c. 3. eod. tit. lib. 5. decr. tit. 6. l. quę nuper, de Iudeis, lib. 16. C. The. tit. 6.
n l. 1. 2. 7. de paga. lib. 1. C. tit. 14. l. 4. eod. tit. 16. C. The. tit. 8.
o l. pen. C. de hæreti. l. . de ſum. trinit. & fid. catho. C. l. conuenticula, de epiſ. & cler. C. l. 4. de his, qui ad eccleſ. cõfuge. §. 1. de interd. colleg. hæret. in auth. colla. 9.
p c. piæ mẽtis, 16. q. 7. in auth. vt determi. ſit nume. cler. §. 1 vt nullus fabr. orato. dom.
q ca. ſi plures, & ca. piæ mẽtis, 16. q. 7. arg. l. qui liberos, de rit. nup. in P. tex. in ca. cũ ſunt, de cõſe. eccleſ.
r §. ſi quis ædificationem, §. ſi autẽ, de eccleſi. tit.
s c. epiſcopus, de præbend.
t l. ſi in aliquã l. 7. de off. pro conſ. lib. . P. tit. 16.
v can. priſcis, & can. vnio, 10. q. 3. can. decernimus, 10. quæſt. 1.
x gl. in d. ca. priſcis, & vnio.
y ca. quatuor, & can. de reditibus, 12. quæſt. 2. cũ ſimilibus, ibi nota.
z c. 1. & c. de his, de eccleſi. ædific. can. ſi monachus, 16. q. 1.
a can. fin. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſecr. capi.
b l. vſufructu legato, & l. hactenus, de vſufructu. in P. & l. eum ad quem. C. de vſufructu.

c c. quicunque, & ca. hoc dicimus, 16. q. 7. arg. cap. ad apoſtolica, de ſymon. §. pro conſuetudinibus, de ſãctiſ. epiſc. & §. ad hoc ſcimus, de eccle. titu. coll. 9. l. priuilegia, & l. ad inſtructiones, C. de ſac oſ. eccleſ.
d Hoſtienſ. in ſumma, tit. de eccl. ædific. in princ.
e c. cùm ſecũdũ apoſtolũ. de præb.
f c. 2. & §. 1. de imm. eccleſ. in 6. l. conuenticulam. de epiſcop. & cler.
g d. c. 2. §. 1. de immun. eccle. in 6. ca. . eod. ap. Greg. c. de cauſis ſanguinis, eod.
h Seruius ſæpe, in 8. Aenei. Virgil.
i l. 2. C. de ſacroſ. eccleſ.
k 13. q. 2.
l c. 6. & 10. de immun. eccle. titu. de iis qui ad eccleſ. confug. C. eſt titu. de ſacrileg.
m In crimini. ſacrileg. & de aſylo 5.
n c. eccleſiæ, c. 8. de immun. eccleſ.
o Geneſ. 8. 12. Exo. 7. & melius, & ratio, in c. 20. & 29. & Leuit. 6. Ioſue 8. 3. Reg. 7. & 1. Mach. 4.
p dd. cap.
q tit. de cõſec. eccl. vel alta.
r ca. ſicut non alij, & ca. miſſarum, de cõſec. diſt. 1.
s D. Paul. ad Hebræ. 3.
t glo. in c. . de cõſecr. eccle.
v d. c. . de cõſecr. eccle.
x Pano. in c. . de conſe. eccl. vel alta. glo. in can. ſi motum. in verbo altare, de conſecr. diſt. 1.
y ca. quod in dubiis, & c. ligneis, de cõſ. ecc. 1. Mach. 4.
z c. altario, 2. de conſ. diſt.
a ca. placuit, eod.
b c. . de relig. domibus.
c c. 2. de conſ. eccleſ.
d ca. ſemel, de regu. iur. in 6. can. quiſemel. 19. q. 5.
e Numer. 7. & Nehem. c. 12.
f vt D. Ioan. cap. 0.
g ca. ſolemnitates, in 1. & 2. de conſecrat. diſtinct.
h 1. Reg. 8. . Eſdræ, 6. 3. Eſdræ, 12. 1. Machab. 4. ca. . de conſecr. diſt. 1.
i D. Ioan. Euang. ca. 4. 10.

onitur



ponitur, poteſt ibi conſtituere eccleſiam porta-
18 tilem. Quemadmodum legimus [a], Conſtantinum Magnum curaſſe ſibi fieri eccleſiam portatilem, quæ vbicunque locorum eſſet, & maxime in bello circumferri poſſet: ne in ſolitudine quidem agens, vbi opus eſſet, Deum colere, & diuina myſteria participare deberet, æde ſacra careret: ad quam, velut ad tabernaculum, ſemper præſtò fuere ſacerdotes & diaconi, ſine intermiſſione miniſteria diuina iuxta ſtatas eccleſiæ ceremonias obeuntes.

a Niceph. Cal. li. 7. Hiſtor. eccleſ. c. 46. Sozomenus, li. 1. hiſtor. tripart. c. 9.

## De rebus Eccleſiaſticis, & primùm de fide catholica. Cap. 2.

Lib. 1. Decreta. tit. 1. Lib. 1. Sex. tit. 1.
Lib. 1. Clement. tit. 1. Lib. 1. C. tit. 1.

1 *Religionis cauſa præcipua apud omnes gentes.*
2 *Fides catholica, præcipua res Eccleſiæ. Eccleſia columna & firmamentum veritatis.*
3 *Fides quid ſit.*
4 *Fides duplex, vna quæ eſt ex ſcientia: altera verò, quæ ex opinione.*
5 *Apoſtata quis dicitur.*
6 *De fide catholica publicè diſputari prohibitum. Fidei Chriſti teſtimonium Galeni ibid.*
7 *In religione pertractanda, duæ ſunt ſpecies perſonarum. Cathecumeni ſacroſanctis Euchariſtiæ myſteriis non intererant.*
8 *Diacones, quales eſſe oportet ex D. Paulo.*
9 *Templi tres partes apud Iudæos.*
10 *Templum Cereris non ingrediebantur non initiati.*
11 *Religionis cauſas noluit aperto foro cognoſcere Auguſtus.*

1 APud Ethnicos, omnéſque pariter gẽtes religionis cauſa præcipua viſa eſt: veluti vita noſtra ea conſtante, vt ait Plinius [b], cùm ea ſit fundamentum humanæ ſocietatis [c]. Tantáque cura eius Romanis, vt nullus actus abſque augurio vel pontificum, vel ſine vatum ſententia fieret, decémque iuuenes filij principum Ethruriæ ſingulis annis mitterentur ad diſcendam rerum ſacrarum peritiam [d]. Fuit & aliorum populorum ſolicitudo circa ſuas ſuperſtitiones diligentiſſima. Verùm de his non referam plura, quia falſarum religionum etiam nomenclatura indigna eſt, quæ ore Chriſtiano proferatur. Sed de vera agã religione.
2 Eſt itáque præcipua res in eccleſia, fides catholica, vnitas ſcilicet fidei, cum eccleſia quippè ſentiendum eſt catholica, nec ab ea diſcedendum, ne fiant ſciſmata [e]. Cuius cauſa & epiſcopi maioribus ſe ſubmittere debent [f]. Per hanc Baſilius Magnus [g] impugnat Eunomianos. Ad huius interpretationẽ ſe refert D. Chryſoſto. [k] Hæc columna & firmamentum veritatis, eccleſia [i]: *Nec crederem*, inquit D. Auguſtinus, *euangelio, niſi ad hoc eccleſiæ authoritas me compelleret* [k]. Fidei acceptiones alibi pertractauimus, 12. vt opus non ſit repetere [l]. Hîc autẽ fides accipitur, pro iis quæ oportet Chriſtianum credere ad conſequendam æternam ſalutẽ & vitã, prout continetur in ſymbolo apoſtolico & Niceno, quod habetur in c. canones
3 15. diſt. & lib. 1. Hiſto. tripart. cap. 8. Fides itaque eſt, credere quæ ſentit eccleſia apoſtolica & catholica, vt vnũ Deum in trinitate perſonarum [m], & reliqua quæ in articulis fidei continentur [n], & quatuor concilijs generalibus, Niceno, Conſtantinopolitano, Epheſino, Chalcedonenſi [o], *Ea*, inquiunt, Honor. & Theodo [p]. *quę circa catholicam fidem, vel ordinauit antiquitas, vel parentum noſtrorum authoritas religioſa conſtituit, vel ſerenitas noſtra roborauit, nouella ſuperſtitione remota, integra & inuiolata cuſtodiri præcipimus. Fides*, inquit Clemens Alexandrinus [q], *eſt duplex: vna quidem, quæ eſt ex ſcientia: altera verò, quæ ex opinione*. Prima ſuppeditatur ex diuinis ſcripturis, quæ ſunt ſacræ literæ, & ex ea quæ à Deo docetur ſapientia. Diſciplina ergò parere præceptis, quod eſt Deo credere: & fides Dei potentia, quæ eſt vis veritatis: vt illud, *ſi habueritis fidem, tanquam granum ſinapis, montem transferetis* [r]. Et rurſum, *ſecundum fidem fiat tibi* [s]. Et mortuus reſurgit per fidem eius, qui credit: quòd à morte eſſet reſurrecturus [t]. Quæ autem ex opinione fit, demonſtratio eſt & humana, quę fit ex argumẽtis rhetoricis vel etiam dialecticis ſyllogiſmis. Qui ab hac Catholica fide in parte recedit, dicitur hæreticus: qui in totum, apoſtata. Sicut qui non recedit à fide, ſed ab vnitate & concordia prelatorum, & eccleſiæ vnius, ſciſmaticus: & qui nũquam recepit, eſt vel paganus, vel Iudæus. De hæreticis & ſciſmaticis, paganis, & Iudæis, iam conſtituto loco criminum læſæ diuinæ maieſtatis, loquuti ſumus,
nec repeto. Apoſtata porrò dicitur, deſertor & 5
proditor fidei, qui omnino à fide catholica, & à Dei veri religione receſſit [v]. In qua initiatus anteà per ſacramentum baptiſmi fuit: quamuis & hæretici apoſtatare à fide, cum ab aliquo articulo abeãt, dicantur, & ita apoſtatæ nominãtur [x]: quia hæretici extorres ab eccleſia ſunt, *ex nobis enim*, inquit D. Ioannes *prodierũt, ſed non erãt ex nobis* [y]. *Et in vno peccãs articulo, factus eſt omnium reus* [z]. Omnis quippe virtus, ab vno vitio patitur detrimentum [a]. Ita tanquam hæretici, etiam apoſtatæ & deſertores fidei puniuntur, & ſeuerius [b], exuti omnibus Chriſtianorum priuilegiis [c]: vt etiam duret huius criminis delatio, & accuſatio poſt mortem rei, in quinquennium, & teſtamentum eius qui huiuſmodi eſt, probato crimine irritum ſit [d]. Publicum hoc crimen, & pœna capitalis in eum, qui aliquem ingenum aut ſeruum, apoſtatare à fide coëgerit [e]. Itaque debet hæc fides catholica firma eſſe, & indubitata: alioquin dubitãs, hæreticus cenſetur [f]. Et proinde de ea diſputare,
publicè potiſſimùm, prohibitum eſt [g]. Et quam- 6
uis diſcendi cauſa, inter pios interpretationis eruendæ cauſa, & ad conuincendos errores dubia mouere, haud omnino ſit improbatum: attamen reuocare in dubium quæ authoritate principali maiorum decreta ſunt, ſacrilegium [h], & temeritatis plenum. Non enim tranſgredi oportet terminos antiquos, quos poſuerũt patres noſtri [i]. Quod intelligitur etiam de fide [k]. Meminit iſtius legis Galenus [l], teſtis ab omni ſuſcipione alienus, dum ait, *lex Chriſtianorum & Moſaicorum non liceat de ea diſputare: eam enim ſine rationibus & demonſtrationibus adipiſcebantur*. Et alibi [m]: *multò*, inquit, *præſtaret aliquam opponere, ſi non formam, demonſtrationem ad rationem ſufficientem ſermoni de octo qualitatibus, vt ne quis initio ſtatim, quaſi in Moſi & Chriſti ſcholam impingat, leges audiat nulla conſtitutas demonſtratione, idque vbi minimè deceat*. Sicuti nec diſputabant etiam Pythagoræi, de his quæ à Pythagora dicta erant, ſed ſufficiebat illis, αὐτὸς ἔφα, ipſe dixit. *Abſurdum autem fuerit*,

b Plinius lib. 14. c. 19.
c Cicero, 1. de nat. Deor. vide quæ diximus lib. 39. Syntax. art. mira. c. 30. & Lactant. de ira Dei c. 12.
d Valeri. Max. lib. 1. c. 1.
e c. quis neſciat, 13. diſt. Cypria. li. 4. epi. 8. epi. ante eum Caliſtus, 12. di. can. nõ decet, & Iulius qui Athanaſiũ reſtituit c. nolite errare, 11. diſtinct.
f D. Ambr. in c. 4. ad Epheſi. D. Auguſtinus cõt. Donatiſt. li. 2. c. 3. & Leo Magnus ad Athanaſ. epiſco. Theſſal. l. epiſt. 82. c. ſi.
g Baſil. Magn. libr. de Spirit. Sancto.
h D. Chryſo. 1. ad Corinth. 15.
i 2. ad Timot. c. 3.
k Auguſti. ad Paulum.
l diximus lib. 39. Syntax. c. 13 vide. & Hoſti. in Summa, de ſumma trinit. & fide Cath.
m l. 1. 2. & leg. nos reddẽtes de ſumm. trin. c. 1. eod. tit. ap. Grego.

n vt in l. nos reddentes, de ſumma trin.
o l. 3. & l. nos reddentes, l. 4. §. ſuſcipimus, de ſum. tri. C. l. quicũque, l. 8. de hæret. C. nouella. 1. 3.
p Honor. & Theodoſ. in l. fin. de religio. li. 16. C. Theodoſ. tit. 8.
q Clemen Alexand. lib. 2. ſtromat.
r D. Marc. c. 4
s D. Lucas, c. 17.
t D. Matthæ. c 17.
v l. 1. & 2. de apoſta. li. 1. C. tit. 1.
x l. hi qui ſanctam, C. de apoſtat
y D. Ioannes, 1. epiſt c. 2.
z D. Iacob. c. 2. c. defleat de regu. iur. apud Grego.
a c dolendũ, de pœnitenti. diſtinct. 5.
b l. ſi. C. de apoſtat.
c l. 3. C. eod.
d l. 2. C. eod.
e l. 4 & 5. C. eo
f c. 1. de hæret.
g l. nemo. le. 5 de ſum. trin. c. maiores, 24. q. 1. Tertull de præſcri. hæreticor.
h l. 2. de crim. ſacrileg.
i Prouerbior. c. 22.
k ca. transferunt. 24. q. 3.
l Gale. li. 2 de differ. pulſuũ.
m Galen. ad uerſus Archigenem.

rit,

*rit*,vt ait Clemens Alexandrinus [a], *Pythagoræ quidem ſectatores, recuſatis eorum quæ quærebantur demonſtrationibus,illud,ipſe dixit,fidem facere arbitrari,& ad ea quæ audierant confirmanda, hanc vocem ſatis eſſe ducere:eos autem,qui contemplandi tenentur deſiderio, fide digno magiſtro, ſoli ſeruatori Deo fidem non habere: aggredientes eorum quæ dicuntur probationes ab eo exigere.* Et apud Ciceronem ſic dicit Cotta Lucillo, *habes Balbe, quid Cotta, quid pontifex ſentiat, fac nunc ego intelligam quid tu ſentias: à te enim philoſopho rationem religionis accipere debeo.* Maioribus autem noſtris, etiam nulla ratione reddita, rationis eſt credere [b].D.Paulus, *noli verbis contendere: ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium* [c]. Sicut enim Moyſi reſtiterunt Iannes & Mambres: ita hæretici reſiſtunt veritati: homines corrupti mente, reprobi circa fidem: ſed vltrà non proficient [d]. Res fidei ſunt,quæ ingenij & rationis noſtræ vires ſuperant, vt humana ratione non poſsint omnino doceri, vt alibi docuimus,ſobriè & cum diuino
7 lumine de illis agendum eſt. Vt non immeritò in religione pertractanda,ſint duæ ſpecies perſonarum conſiderandæ, vna, eorum qui credere debent: alia, eorum quos intelligere excellentius, vt docere poſsint, oportet. Non enim omnibus res ſacræ profanandæ, nec omnibus omnia vulganda myſteria, cùm propter dignitatem eorum, tum etiam propter altiſſima quædam & adyta, quæ vulgus capere non poteſt. Sicque Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad diſcipulos, *vobis datum eſt noſſe myſteria Dei: cæteris autem in parabolis* [e]. Et alibi, *non omnes capiunt verbum iſtud.* Quædam ſunt,quæ alienis à religione tacentur: quædam quæ inter populares etiam Chriſtianos ſileri debent, ne dum non intelligunt, erroris ſementem accipiant [f], quæ tantùm initiatis, ſacríſque adſcriptis ordinibus committuntur, vtpote in exercitio myſteriorum eruditis.Neque Catechumeni in primo naſcentis eccleſiæ ſtatu,dum gentiles ad eam concurrebant, ſtatim templa ingrediebantur quandiu diſcebant, nec intererant ſacroſanctis Euchariſtiæ myſteriis. *Loquimur*, inquit D. Paulus [g], *Dei ſapientiam in myſterio quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſecula,quia ſpiritus ſanctus loquitur myſteria* [h]. Quare eum qui myſteria hæc noſſe deſiderat ſanctiſſimi præceptoris, mundum,& à profano vulgo ſecre-
8 tum, & ſanctificatum eſſe oportet. *Diacones*, inquit D.Paulus [i], *oportet eſſe pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes, habentes myſterium fidei in conſcientia pura.* Neque danda ſunt ſancta canibus,neque obiiciendæ margaritæ porcis, ne fortè conculcent eas pedi-
9 bus ſuis [k], & canes conuerſi dirumpant nos. In templo Dei apud Iudæos erant tres templi partes:in extrema, populus:in ſecunda,ſacerdotes:in tertia, ſancta ſanctorum, vbi ſemel in anno tantùm ingrediebatur ſummus ſacerdos [l], quò loci cæteris aliis abſconditæ erant res, & diuina. Nec eſſe reuelanda myſteria in prouerbiis Salomon monet, *Et qui reuelat*,inquit,*myſteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia ſua,ne commiſcearis* [m]. Orpheus ab iis quos initiabat, in primo veſtibulo cum terribili authoritate religionis exegit, ne profanis auribus inuenta ac compoſita religionis
10 proderentur [n]. Atque olim iis qui initiati non erant:templum Cereris ingredi nefas erat diebus initiorum,vt docet Liuius [o], dum ait, duos iuuenes Acarnanes, tanquam ob infandum ſcelus interfectos fuiſſe,quòd per dies initiorum,cùm initiati non eſſent,imprudentes religionis, cùm cætera turba ingreſſi fuerant templum Cereris:quæ fuit cauſa belli inter Philippum Macedonum regem,& Athenienſes. Euripides quoque [p], de orgiis ſic ſcribit,

*Pentheus*, Τὰ δ' ὄργι' ἐστὶ τίν' ἰδέαν ἔχοντά σοι;
*Dionyſius*, ἄῤῥητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν.
*Pentheus*, ἔχει δ' ὄνησιν τοῖσι θύουσιν τινά;
οὐ θέμις ἀκοῦσαί σ' ἐστὶ δ' ἄξι' εὖ εἰδέναι.

Et poſteà idem Dionyſius, λέξει τις ἀμαθεῖ σοφὰ λέγων, οὐκ εὖ φρονεῖν. id eſt,

*Pen.* *Hæc verò Orgia,quam ſpeciem habent tibi,*
*Dio.* *Non ducenda ſunt,non initiatis Bacchicis.*
*Pen.* *Quã autem vtilitatem ſacrificantibus ferũt?*
*Dio.* *Non fas eſt te id audire, quanquam ſit dignum ſcitu.*
*Dio.* *Apud ignarum & rudem de myſteriis loquens,parum videtur ſapere.*

Sic à ſacrificiis arcebant profanos antiqui Ethnici,id eſt nondum ſacris initiatos, ita [q] Ouidius,

*Hinc procul Aeſonidẽ, procul hinc iubet ire miniſtros*
*Et monet arcanis oculos remouere profanos.*

Et vt abirent profani, & templo exirent prius inclamabãt Sacerdotes:eſt & apud Silium Italicũ [r],

*Tum puppe è media magno clamore ſacerdos*
*Parcite pollutis contingere vincula palmis,*
*Et procul hinc moneo, procul hinc quæcũque profanæ.*

Meminit & Tertullianus in apologetico, at verò & formulam refert Virgilius [s],

*--Procul ô procul eſte profani,*
*Conclamat vates,totóque abſiſtite luco.*

Auguſtus Cæſar, noluit religionis cauſas aperto 11
foro cognoſcere [t]. Et Athenis ſacris initiatus, cùm poſteà Romæ pro tribunali de priuilegio ſacerdotum Cereris cognoſceret, & quædam ſecretiora proponerentur, dimiſſo cõſilio & corona circunſtantium,ſolus audiuit diſceptãtes.Noa, qui ſacros ritus & ceremonias, & Theologiam docuit homines, multa etiam naturalium rerum ſecreta mandauit literis, quæ ſolis ſacerdotibus Scythæ, Armeni commendarũt.Neque enim fas eſt vlli illa inſpicere,aut legere,aut docere,quàm ſolis ſacerdotibus, & inter ſacerdotes dumtaxat, ſicut & quod rituales libros reliquit, ex quibus illis primùm Saga nomen fuit inditum, quod eſt ſacerdos,ſacrificulus,pontifex [v].Sed de myſteriis celandis in religione hactenus dictum ſit,cùm in crimine hæreſeos plura pertractauerimus, dum agimus de cautionibus contra hęreticos.Et quomodo etiam cultus diuinus exercendus ſit, & de munere ſacerdotum & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum, déque ordinibus ſacris, ſuo loco tractatur, dum de perſonis agimus eccleſiaſticis, & de ordinibus & beneficiis,potiſſimùm in finitione beneficij,& alibi.

a Clemens Alexãdri. li.2. ſtromat.
b refert Lact. lib.2.de origi. erro.c.7.
c 2.ad Tim.2.
d Exod.7.& 2. ad Timot.3.
e Matthæi,13. Lucæ,8.
f d.l.nemo,de ſum.trin.C.
g 1.ad Cor.2.
h 1.ad Corint. 14.can.nulli,1. q.1.
i 1.Timot.3.
k Matthæi, c. 7.c. in mandatis.43.diſtin.c. nolite recedere,11.q.3.
l ad Heb.c.9.
m Prou.c.20.
n Firmic? Maternus lib. 7. Matheſeos. Sabellicus,in vita Auguſti, ca. 93.
o Liuius li.31.
p Euripid.8.in Bacchicis, act. 2.
q Ouidius,17. Metamorph.
r Silius Italicus,lib.7.
s Virg.6.Aen.
t Suet.in Aug. c.95.
v Beroſ. in 3

## De ſacramentis in genere. Cap. 3.

1 *Cauſa ſacramentorum,& quid,& quot.*
2 *Diuiſio & finis ſingulorum.*
3 *Quæ iterantur,& quæ non.*
4 *De quo,& à quo conſirmentur.*
5 *Quibus rebus formam & perfectionem accipiant ſacramenta,*
*Et quæ imprimant Characterem.*

DEus optimus maximúſq;, cùm hoc mi- 1
ſerum humanũ genus in ſuã t[u]telã ſingulari redemptionis benefic[io] [ſu]ſcepit, rude & corporale, voluit electa certa materia illi ſuam inuiſibilem gratiã cõferre,eã rebus certis & ſtatis benedictionibus imprimens pro ineffabili ſua omnipotentia. Ita ſacramentum inuiſibilis gratiæ viſibile ſignum,ſed vltra ſignum,quod videtur,habens gratiam ſimul inhærentem, cuius, viſibile teſtatur vt ſignum, exiſtentiam [a]. Sacramenta, in eccleſia Dei ſunt à fide & religione Chriſtiana recepta,à Deo inſtituta, vt in lege noua euangelica, eáque ſeptem, prout probauimus in ſexto lib. Artis mirabilis c.8. quæ ſunt, baptiſmus,confirmatio, euchariſtia, extrema vnctio,
2 pœnitentia, matrimoniũ, ſacer ordo. Sacramentorum alia dicũtur neceſsitatis, alia voluntatis [b]. Neceſſitatis ſunt, quæ Chriſtianus ſuſcipere tenetur:voluntatis, quæ Chriſtianus,etſi poſsit, tamen ſuſcipere non cogitur.Neceſsitatis dicuntur 5.Baptiſmus [c],confirmatio [d],euchariſtia [e], extrema vnctio [f],pœnitentia [g]. Voluntatis duo, ordo [h],& matrimonium [i].Omnia tamen ſacramẽta, quod ad ſtatum vniuerſum eccleſiæ pertinet, neceſſaria ſunt.baptiſmus, ſacramentum intrantium [k]:confirmatio, ad robur pugnantium [l]: euchariſtia,ad viaticum ſaluberrimum progredientium [m]:pœnitentia, redeuntium [n], & reſipiſcentium: extrema vnctio, exeuntiũ ab hoc ſeculo [o]: ordo, diuinis deſeruientium: matrimoniũ,gene-
3 rantium.Horum omnium quædam ſemel tantùm conferuntur,alia iterabilia ſunt.Quæ non iterantur, & non niſi ſemel conferuntur, ſunt Baptiſmus [p],confirmatio [q], ordo [r]: reliqua repeti poſ-
4 ſunt [s],Porrò ſpiritus ſanctus ipſe eſt, qui efficacia omnia facit ſacramenta: non autem is qui ea præbet miniſter [t],à cuius malitia coinquinari nequeunt [v]. Et ideo quandiu miniſter malus ab eccleſia ſuffertur,ab eo ſacramenta accipi poſſunt [x], excepto eo quem noſti hęreticum,à quo nec à ſymoniaco,ſi indubiè noris, non debes accipere [y]. Si tamẽ ipſi in forma eccleſiæ, hoc eſt,obſeruata forma eccleſiaſtica,præbuerint, virtute ſua ſacramenta non priuantur [z]:potiſſimùm quòd ad characterem pertinet, non autem quòd pertinet ad executionem [a]. Quamobrem & ordinatio facta per hæreticos,iteranda non eſt, ſed virtus ſacramenti dabitur per manus impoſitionem, & ſuppletur [b]:ſi autem non ſeruata forma eccleſiaſtica concedantur ab iis ſacramẽta,virtute carent omnino [c]. Legitimi ſacramentorum miniſtri illi, qui parochiis præfecti ſunt, vbi degunt quibus danda:alij minimè generali iure [d]. Et ij ſaltem preſbyteri eſſe debent [e], qui baptiſmum,euchariſtiã conficiunt,& extremam adhibent vnctionem,& pœnitentiam,& qui matrimonium benedicunt [f]:
5 at qui confirmat & ordinat, Epiſcopus [g]. Sacramenta omnia tribus,perficiũtur, videlicet rebus, tanquam materia:verbis, tanquam forma:& perſona miniſtri conferentis ſacramentum, cum intentione faciendi,quod facit eccleſia. Tria ſacramenta,baptiſmus,confirmatio,& ordo,characterem,id eſt, ſpirituale quoddam ſignum à cæteris diſtinctum,imprimunt in anima indelebile,vnde in eadem perſona non iterantur:reliqua quatuor characterẽ nõ imprimũt,& iterationẽ admittũt [h].

a vide cano. ſacrificium.de cõſecrat. diſt. 2.c.nulli, 1.q. 1.Tractatur de hac ſacramentorum materia,in 4.Magiſtri ſententiarum ſacrorum patrum ,diſt.1. & ſeq.
b can remiſſionem,§. ſed notãdũ, 1.q.1. c.veniens,c.8. de trãſact. ap. Greg.Tractat. de neceſſitate ſacramentorũ Vigerius,c.16. de ſacramẽt. verſ 9. in inſtitutioni.Theologicis.
c c.nulla præter,de conſec. diſt.4.
d c.nullus miniſtrorum, de conſecrat. diſtinct.4.
e capit.omnis Chriſtian?. de conſecr.diſt.1.
f c.1.26. q.7.
g ca.non poteſt, de pœnitent.diſt.1.
h ca. vbi iſta, 74.diſt. can. ſi. §.ſi.22.quæſt.4
i c.vbi nõ eſt, 30. q.2.c. cùm locũ, de ſpõſ.
k c.nulla pręter, §. porrò, de conſecrati.diſt.4.
l c.vni. §.per famulos,de ſacra vncti.& c. ſpirit. ſanctus. de conſecrat. diſt.5.
m c. qui recedunt, & ca.de his,26.q.6.
n c.his qui,26. q.7.c.2.§ 2. de pœnit.diſt.3.
o c. ab infernis,26.q.7.
p can. ſacramẽta,& c.maius.1.q.1.ti.ne ſanct.baptiſm. reiter. lib.1.C. tit. de ſacram. non iteran.ap. Gregor.
q eod.
r c.de homine c.de his, can. dictum eſt nobis,de conſec. diſtin.5.& Cypria. ſermone de ablutio.pedum.
s Hoſtienſ.in Summ. titu.de ſacramen.non iteran.
t can. multæ, can.ita fiat, cũ 4.ſeque. 1.4.1.
v c. remiſſionem, 1. q. 1. c. nonne. eodẽ, vide conciliũ Tridentin. ſeſſio.5.de ſacrament.c.1. c.veſtra,de cohabita.cleri.& mulier. x can.multi, can. neque, c. omnia c. per Eſaiam,1.q.1.c.ſi.25.q.ſin. y can.vltim.24.q.1. z can.ſecundum, 19. diſt.c.quod autem,cùm trib.ſequent.& c.ſicut,1.q.1. a can.præter hoc,§.porrò,22. diſt.c.ſi qui à ſimoniacis,1.q.1. b can. præter hoc,§.de malis, 32.diſtin. c c.hi qui,§.ſed notandum,1.q.1. d c.interdicimus, 16.q.1.c.2.& 3.de paroch.c.1.de ſepultur.c.omnis vtriuſque,de pœniten.in 6. e c.preſbyteri qui,de conſecr.diſt.1. f Hoſtien.in Sum.de ſacramen.non iteran.§.quis poſſit conferre. g c.vni.§.4.c. ſ[p]ecialis,de ſac.vnct. h vide de his concil.Florentin.ſub Eugenio,4.pontif. Max.



## De Baptiſmo, Cap. 4.

Lib.3. Decreta.titu.42.

1 *Baptiſmus ianua ſacramentorum aliorum, & quid, & efficacia eius.*
2 *Differentia huius ſacramenti ab aliis baptiſmis Diui Ioannis, & aliorum: & de ſpeciebus baptiſmi.*
3 *Quæ concurrunt in forma baptiſmi aquæ.*
4 *Quæ aqua interuenire debeat.*
5 *Vis aquæ per formam verborũ ex Spiritu Sancto. Item nume.8.9.*
6 *Quare potius hoc ſacramentum regenerationis, aquam,quàm aliam materiam habet: & de figuris legis præcedentibus baptiſmum hunc.*
7 *Creditum Ethnicis expiari aqua crimina poſſe*
10 *De cæremoniis adhibitis baptiſmo, & de earum antiquitate: & de Anadocho, ſiue patre luſtrali*
11 *Quomodo,& quæ perſonæ conſiderandæ ſunt in baptiſmo.Et num hæreticus baptiſare poſſit.*
12 *Baptiſatus quis arena.*
13 *De baptiſato puero à pueris.*
14 *Baptiſari deſiderant Turcæ à ſacerdotibus Chriſtianis ob corporis ſalutem.*
15 *Non eſſe rebaptiſandum,& pœna rebaptiſantiũ*
16 *Baptiſandi pueri.*
17 *Tempora babtiſmi:Adultorum ſolemnia.*
18 *Qui poſſint eſſe patres luſtrici,& quibus prohibetur,& quot poſſint eſſe.*
19 *Finis,& efficacia baptiſmi.*
20 *Hæreſes vitandæ in baptiſmi materia.*

PRimum omnium ſacramẽtorum, eſt Baptiſmus:veluti ianua & fundamen- 1
tum aliorum, & Chriſtianiſmi [i], quo renaſcimur Deo, & vitam nouã ſubimus [k],ſine quo vitam adipiſci æternam non poſſumus [l],nec alia ſacramenta ſuſcipere [m]:in ſacramento quippe baptiſmatis baptizatus membrum Chriſti fit [n]. Et ideo tunc originale, venialéque peccatum,per baptiſmum adimitur [o]. Baptiſmus autem hic, alius baptiſmo D.Ioannis, qui erat pœnitentiæ tantùm [p].Baptiſmus nomen genera- 2
le eſt,ad omnem lotionem ſeu ablutionem pertinens, ex vi nominis à Græco βαπτίζω, abluo, immergo.Et D.Athanaſius [q] octo ſpecies baptiſmi deſcribit,nempe primum diluuij,quo peccata exciſſa ſunt [r].2.in maris rubri trãſitu [s], in quo,aqua nubes,& ignis,vt in noſtro aqua & Spiritus Sanctus.3.legalem, quo immundi lauabantur: & ita purificati redibant in caſtra [t].4.D.Ioannis baptiſma,introductorium nondum tamen omnino ſpirituale, ſed ad pœnitentiam ſolummodo [v].5. Domini noſtri Ieſu Chriſti,totũ ſpirituale.6.lachrymis conſtans,verè laborioſum [x], vt, *laboraui in gemitu meo,lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.* 7 .per martyrium & ſanguinem,quo Dominus noſter Ieſus Chiſtus baptizatus eſt [y].8.non ſalutare,quod ſine fine punit peccatores. Breuius noſtri omnes diſtingũt baptiſmũ tripliciter,ſanguinis,flaminis,& fluminis [z].Sanguinis,cùm quis martyriũ fert ob Dei nomen,antequam baptizetur aqua:qualis latronis in cruce, & Sanctorum Innocentium [a]. Ciryllus Hieroſolymit [b].*redimens*, inquit,*terram ſaluator per crucem & in latere vulneratus, ſanguinem & aquam emiſit:vt alij quidem pacis tempore in aqua baptizarentur, alij autem tempore perſecutionis in propriis ſangninibus.* Flaminis baptiſmus eſt, quando quis per Sanctum Spiritum mundatur

i veniens, de pesbyte. non baptiſ. miniſt. c.cum itaque, de conſecrat. d ſt.4.
k D.Ioann.euange.c.3.
l c.firmiſſimè & c.fili?.decõ ſec.diſti. 4.D. Motthę c.fin. ca.firmiſſimè, 15.q.1.c. maiores de baptiſ.
m c.ſi quis per ignorantiã, 1. q.1.
n c.quia paſſ. eſt,de conſec, diſti 2.& c ad hoc,de cõſecr diſt.4.
o can. regenerãte, & c.ſine pœnitẽtia, de conſecrat. di. 4.
p Matth.c.3.
q D.Athanaſ. libr.de diuerſ. quæſt. q. 133.
r Geneſ.ca.6. & 8.
s 1.ad Corint. c.11.
t eccleſia. 34. Marci, 7. Iudith.12.
v Actuum, 1. & 19.& Diuus Ioan.euang.c. 1.Marc. 9.
x Pſalmo. 6
y Marci.10. Lucæ,11.
z c.baptiſmi, de conſecrat. diſti.4.c.catechumenũ.eod a d. can. baptiſmi,& c. cathecumenum ca.firmiſſimè, 35.q.1.
b Cyrill.Hieroſoly.cathe. 3. illuminato. Idipſum.& Baſilius Magnus, de Spirit.Sancto.c.15.

tur, dum fidem ſuam coram perſecutore confitetur, & dum iuſto errore ductus, credit ſe fuiſſe baptizatum hoc baptiſmo, & baptizatos fuiſſe apoſtolos & diſcipulos tradit Ciryllus Hieroſolymita.[a] Quamuis Tertullian. probet[b], & apoſtolos fuiſſe baptizatos baptiſmo aquæ. Atque Nicephorus Caliſti[c] citat Euodium apoſtolorum ſucceſſorem dicentem in epiſtola, quā vocat φῶς ſeu lumē, Chriſtum Dominum ſuis manibus baptizaſſe tantūmodo Petrum. Petrum autem Andræam, & filios Zebedei: hos autem alios apoſtolos. At diſcipulos 70. baptizaſſe Petrū & D. Ioannem dictum Theologum. Quanquam apud D. Ioannem dictum ſit[d], quod Ieſus non baptizabat, ſcilicet per ſe, ſed diſcipuli eius in nomine eius, Baſilius Magnus, baptiſmum ignis etiam dicit probationem, quæ fiet in iudicio[e], ex c.3. D. Matthæi, *ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne*: & 1. ad Corin. c.3. *vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit*. Dicimus autem baptiſmum flaminis, & fluminis liberare à peccatis originali & actualibus[f], atque tantumdem operari flaminis: ac baptiſmum fluminis: quando non per contemptum omittitur baptiſmus aquæ, ſed in articulo quis neceſſitatis incidit, qua non poteſt aſſequi baptiſmū aquæ[g]. Baptiſmus fluminis ſacramen-
3 tum eſt in ablutione corporis adhibita præſcripta forma verborum. Et ibi duo obſeruanda, aqua pro materia, & verba pro forma, ex quibus animę mundatio indicatur, & regeneratio. De materia dictum, *niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu*
4 *Sancto, non poteſt intrare in regnum Dei*[h]. Et aquā naturalem non neceſſariam eſſe dicentem decreuit concilium Tridētinum eſſe anathema[i]. Et in concilio Florentino idipſum ſtatutum, háncque aquam veram eſſe, & naturalē debere: nec intereſſe, ſitne frigida, vel calida, prohibitis aquis factitiis, qualis roſacea, muſcata, aliíſve ſimilibus, & aliis liquoribus. Nec tamen omnis aqua naturalis, per ſe ad remiſſionem peccatorum efficax niſi Spiritus Sanctus in eam deſcendat, eámque con-
5 ſecret[k]. Quod fit accedente verbo ad elementū, & forma adhibita: virtus enim Domini noſtri Ieſu Chriſti operatur in hoc ſacramento[m]. Atque ita verus baptiſmus delet ita peccatum originale, & actuale[n]. Cùm enim duplex ſit homo, ex anima & corpore cōpoſitus: duplex quoque purificatio, corporea quidē, & incorporea, corporea verò fit corpori, & aqua ſanè mundat corpus, ſpiritus autem ſignat animā, vt abluti in corpore aqua munda, & repurgati in corde, accedamus ad Deum, vt
6 ſcribit Ciryllus Hieroſolymita[o]. Qui & poſteà tradit[p] cauſas, cur potius materia eius ſacramēti aqua, quàm aliud: *primū*, inquit, *quia vnū ex quatuor elementis. 2. quia cœlum, angelorum habitaculum at ex aquis ſunt cœli. 3. terra hominū locus: at ex aquis etiam terra. 4. ante rerum omnium creatarum diſtinctionem ſex dierum, ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. 5. principium mundi aqua. 6. principium euāgelij Iordanis. 7. liberatio Iſraelis à Pharaone per mare facta & liberatio à peccatis mundi per lauacrum eſt aquæ, in verbo Dei. 8. vbicunque fœdus inter Deum, & homines: ibi & aqua. Poſt diluuium fœdus percuſſum eſt cum Noe, fœdus cum Iſraele in monte Sina: verùm hæc non ſine aqua, & lana rubea. Prius Helias enim tranſiuit Iordanem, deinceps in cœlum raptus eſt: prius abluitur ſummus ſacerdos factus. Symbolum Baptiſmi, erat labrum poſitū in tabernaculo veteris teſtamenti. Finis & initium noui eſt Baptiſmus*. Referam & quædam, quæ non erunt indigna lectu, conſpirantia ad huius aquæ materiam ex prædictionibus ſacris antiquorum prophetarum, vel ex typo ſeu figura legis antiquæ. Et primum annoto, iſtius baptiſmi aquæ præfigurationem, in baptiſmo Aaronis & filiorū eius, in Exodo[q]. Secūdò audi Rabinum Barrachiam, dum explicat illud: *Quid eſt quod futurum eſt*[r]. *Sicut fuit redemptor*, inquit, *primus, ſic erit & vltimus: redemptor primus, ſcilicet Moſes, fecit aſcendere puteum, ſicut habetur Numero. c.21. Sic redemptor vltimus, qui eſt rex Meſsias, faciet aſcendere aquas: ſicuti habetur in Iohele c. fin. Et fons de domo Dei egredietur, & irrigauit torrentem ſpinarum. Per torrentem autem ſpinarum, intelligitur multitudo peccantium*. Prædictum & illud per Eſaiam[s], *noli timere ſerue meus Iacob, & rectiſsime quem elegi, effundam enim aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam, effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum, & c.4*. Et per Ezechielem[t]. *effundam ſuper vos aquam mundam, & emundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*. Explicant & 5. Rabini in libro *Ionia Hieroſolymit.* illud Geneſeos[v], *Lauabit in vino veſtimenta ſua, &c.* De baptiſmo, à ſancto Meſſia poſtmodum ordinando, Adde 6. Zachariam[x]. dum ait, *in illa die erit fons patens domui Dauid, & omnibus habitantibus Hieruſalem, in ablutione peccatorum, & menſtruatæ*. Poſtquam & 7. Eſaias[y] dixit de ſaluatore, *ecce Deus meus, fiducialiter agam*, ſubdit, *haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris*, de fontibus, id eſt, de latere, ex quo exiuit ſanguis, & aqua[z]. Vide & ad id facientem textum in c. fin. Eſaiæ, ibi, *ecce intelliget ſeruus meus, &c.* quem de Meſſiah intellige ſe- 7
cundum paraphraſem Chaldaicam. Sed & apud Ethnicos expiationes, & veluti purgationes per aquam fiebant, & qui ſuperis ſacrificabat, ſe aqua immergebat, vt innuit Virgilius[a], ibi,

*Tu genitor cape ſacra manu, patrióſque penates,*
*Me bello ex tanto digreſſum, & cæde recenti*
*Attrectare nefas, donec me flumine viuo*
*Abluero.*

Et expiari aqua crimina poſſe antiqui putarunt teſtimonio Ouidij[b],

*Omne nefas, omnémque mali purgamine cauſam*
*Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.*
*Græcia principium mores fuit: illa nocentes*
*Impia luſtratos, ponere facta putat*
*Actoridem Peleus, ipſum quoque pelea Phoci*
*Cæde per Hemonias ſoluit Acaſtus aquas.*

Et poſteà:

*Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis,*
*Fluminea tolli poſſe putatis aqua.*

Narrat Athenæus[c], quod χέρνιψ erat antiquis aqua, in qua torrē ex ara capientes tingebāt, ſuper quā ſacrificia peragebāt, eáque aqua circunſtantes aſperſiſſe, ac purgaſſe. Meminit & de lotione Athenienſiū, qua purgabāt execrādos. Cæterùm Ethnicis quidem vſurpata eſt ad expiationē aqua, quæ tamē nō ſufficit: ideo nec baptiſmus illorum ſanctificabat. Sic D. Ambroſius[d], *cognoſce quia aqua non mundat ſine ſpiritu*. Ideóque legiſti, quod 8
tres teſtes in baptiſmate vnum ſunt, aqua, ſanguis, & ſpiritus[e]. Quia ſi vnum horum detrahas, non ſtat baptiſmatis ſacramentū. Quid enim eſt aqua ſine cruce Chriſti? elemētum commune ſine vllo ſacramenti effectu. Nec iterum ſine aqua, regenerationis myſterium eſt: niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt ingredi in regnum Dei[f]. Et poſteà idem Ambroſius, *vide igitur, quod non ſunt vacuæ aquæ: ideò in natatoria piſcinæ dictum eſt, deſcendere angelum*

moue

a Cyrillus. ca thec. 12.17. & Actuum 2.
b Tertull. lib. de baptiſmo, c.11. ca. quādo, & can. ſeq. de cōſecr. diſt. 4.
c Niceph. Caliſti lib. 2. hiſt. eccleſ. c.3.
d D. Ioan. c.4. & can. quādo, de conſ. diſt. 4.
e D. Baſi. Magn. lib. de Spiritu Sācto c.25.
f can. regenerante. & can. paruuli, de cōſecrat. diſt. 4.
g d. ca. baptiſmus vicem, in 2. de conſecra. diſt. 4.
h D. Ioan. euang. c.3. in canon te, de baptiſ. ca. regenerante, de conſecr. diſt. 4.
i Conci. Trid. ſeſtio. 5. tit. de ſacra. bapti.
k ca. per aquā, de conſecrat. diſt. can. paruuli, eod.
l ca. detrahe, 2. q.1. ca. per:u, de baptiſ.
m can. baptiſmus, in 1. de conſecr. diſ. 4.
n ca. regenerante, & can. paruuli, de cōſecr. diſt. 4.
o Cyrill. Hieroſolymit. cathec. 3. illuminator.
p Cyrillus, cathec. ead. 3.
q Exod. ca. 23.
r In c.1. eccle.
s Eſaiæ, c.44.
t Ezech. c.36.
v Gene. 49. c.
x Zacha. c.13.
y Eſaiæ, c.14.
z D. Ioan. euang. c.19.
a Virg. 4. Aen.
b Ouid. 2. Faſtor.
c Athenæus. lib. 9. Dipnoſophi. cap. 27.
d D. Ambr. tomo 4. lib. de his qui initiāt. myſteriis, c.5. & 6.
e 2. D. Ioā. c.1.
f D. Ioan. euāgel. ca.3.



*& mouere aquam, ſed nemo ſanabatur, quin deſcendiſſet angelus. Mouebatur aqua propter incredulos, ibi creatura operabatur, angelus ſcilicet: hîc autem Chriſtus author creaturæ: illis ſignum, tibi fides: illic angelus deſcendebat, hîc Spiritus Sanctus, & deſcendit columbæ ſpecie Spiritus Sanctus ſuper Chriſtum*[a] *cùm baptizaretur*. Et D. Chryſoſtomus de aqua baptiſmi loquens[b], *hæc aqua*, inquit, *primatum tenet in elementis, ſed cùm iſtud elementum acceperit Spiritum Sanctum, fit ſacramentum: & iam non erit aqua potationis, ſed ſanctificationis: non erit aqua communis, ſed refectionis. Per iſtam aquam educit purgatos, facit perfectos, ratione claritatis & gratiæ illuminans, & replens eos, vt vbi abundaue-*
9 *rit peccatum, faceret diuites in gratiam*. Forma ſubſtantialis ideo cum immerſione baptiſmi eſt, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti[c]. Nec alio modo verba illa proferri debent. Qua de re exemplum ſingulare extat apud Nicephorum Calixt[d]. *Cùm enim*, inquit, *quidam Epiſcopus Arianus, cui nomen Deuterius, baptizaret Conſtantinopoli quendam dictum Barbam extra formulam eccleſiæ, veluti traditionem abolens, dicens: Baptizatur Barbas, in nomine Patris per Filium, in Spiritu ſancto: ecce vnda, quæ in ſacro lauacro erat, repentè euanuit. Et Barbas inde profugiens, hoc miraculum omnibus promulgauit*. Eunomij Euthicani hæretici baptiſmum corruperant: non enim in trinitate, ſed in Chriſti morte baptizabant, vt ait Socrates[e]. Fuit tamen in eccleſia primitiua aliquandiu formula baptizandi, in nomine Ieſu, vt nomen eius propagaretur inter Iudæos[f]. Adhibentur autem huic ſacramento ab eccleſia aliæ ceremoniæ, quæ vim ſacramenti exhibent, & ve-
10 luti ante oculos proponunt. Quare ita apud Clementem[g] de baptiſmo ſic Apoſtoli ſtatuunt: *baptizandum in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Sed prius baptizandum vngendum oleo, dehinc baptizandum aqua, poſtremò conſignandum vnguento: vt vnctio, ſit paticipatio Spiritus ſancti: aqua, ſit ſymbolum mortis: vnguentum, ſigillum pactionum. Et ſi deſit oleum vel vnguentum, ſufficit aqua & ad vnctionem, & ad ſigillum. Et ad vnctionem morientis vel potius commorientis*. Addunt[h] ante baptiſmum Cathecumenos in fide renunciare oportere operibus diaboli, & mundi, & cultui principis eius, angelis & machinationibus eius: poſteà confiteri debere fidem. *Credo &c.* priúſque oleum benedictum eſſe debere, in remiſſionem peccatorum. Et Dionyſius Areopagita tradit[i], in primis interrogandum eſſe baptizandum, antequam eccleſiam ingrediatur, num velit eſſe eius profeſſionis? id eſt, num velit eſſe fidelis? & poſt confeſſionem, ſacerdotem ei imponere manū, eúmq; ſignando iubere ſacerdotibus eius deſcribi virum, & anadochum, i. eum qui eum duxit ſeu fideiuſſorem, ſeu patrem luſtricum, quem vulgus vocat patrinum. Dehinc eum iubere, introductum exui, per miniſtros in occiduis intentum, ad quam partem manus leuantem iubet ter exſufflare diabolo, & ita mori priori vitæ. Iubendum ei ter renuntiare Sathanæ, & ea quæ ſunt abrenuntiationis, confiteri: ter poſteà confiteri, & eloquia Dei promittere ſeruaturum, hinc fieri orationem ſuper eum, exui omnino, vngendo oleo vnctionis ter, tribus crucibus poſteà ſanctificandam aquam, nominari eius nomen à ſacerdote, præſente atteſtante anadocho: ternis immerſionibus & emerſionibus baptizandum, in teſtimonium, quod tribus diebus Chriſtus in ſepulchro fuit, cuius munere ſanctificatur: vnguento poſteà ſignandum, in teſtimonium, quod particeps poteſt poſthac fieri Euchariſtiæ: veſte noua induendum, tanquam nouam vitam innocentem adeptum. Et rurſum idem Dionyſius Areopagita ſcribit[k], iiſdem abrenuntiationibus & ſolemnibus obſeruatis, pueros baptizandos. Nam ibi & puer, non anadochus verè eadem facit, neque enim hoc, inquit, ait puer, ſic ego pro puero abrenuntiationes aut ſacras confeſſiones facio: ſed quia puer abrenuntiat, hoc eſt, confiteor puerum credere in ſenſum ſacrum. Nihil ergo vt exiſtimo inconſequens, ſi ſecundum diuinam anagogen puer educatur, ducem & anadochum (id eſt patrem luſtricum) ſacrum habens habitum ſibi diuinorum inſinuantem, & cuſtodem peritum à contrariis. Refert & Tertullianus[l], has ſolemnitates baptiſmi ab Apoſtolis originem ducere. Renuntiationem fieri diabolo, pompæ, & angelis eius, adhiberi manuum impoſitionem, inunctionem, & alia. Ex eorum inſtitutis, priuſquam ad baptiſmum ducantur baptizandi, exorciſmis & exſufflationibus clericorū prius Sathanam ab eo abigi debere & docet D. Chryſoſtomus[m], & D. Auguſtinus[n]. Siſtendum primum puerum ante fores templi baptizandum, & nomen petendum illius, diximus ex D. Dionyſio Areopagita probari, & ex concilio quoque Carthaginenſi[o], cui interfuit D. Auguſtinus. Exufflationes diaboli fuiſſe factas in baptiſmo probant DD. Chryſoſtomus[p], Auguſtinus[q]. Quid autem iſta ſignificent, vide in can. poſteà, vſq; ad ca. venit ſacerdos, de conſec. diſt. 4. De ſale quod baptizandis imponitur, Origenes meminit Cathecumenos alloquens[r]. Quod poſteà exorcizādus diabolus docet D. Auguſtinus[s]. Fiebant autem exorciſmi, teſte Dionyſio Areopagita, adhibitis ſuper baptizandum grauibus verbis, impoſitione manuum ſuper caput, & ſigno crucis. Cathechiſmum olim exorciſmus in adultis baptizandis ſequebatur[t], & adultos baptizandos oportebat prius ſymbolum fidei diſcere ex concilio Laodiceno[v]. Inſtruebantur quippe ante baptiſmum Cathecumeni, vt plerunque per octo menſes, vel tēpore alio arbitrario[x]. Indicebatur & adultis baptizandis pœnitentia interior, non exterior[y]. Adhibitum inter baptizandū & olim verbum, Epheta, quod eſt aperire[z], tangēdo aures[a]. Meminit & de luto, quod oculis imponitur cum ſputo D. Ambroſius, dicens adiici, vt cogitemus humanæ naturæ infirmitatē, & agamus pœnitentiam[b]. Renuntiationem quoque iteratam, quæ fit rurſum in baptiſmo, eſſe ex inſtitutione Apoſtolica, conſtat ex Dionyſ. Areop. Hieronymo[c], Ambroſio[d], Auguſtino[e]. Quod baptizatus poſt renuntiationē vngatur ter, ex traditione eſſe quoque Apoſtolica docuimus ex Dion. Areop. & Clemente[f], Origene[g], Ambroſio[h], Auguſtino[i]. Cur autem vngatur baptizandus oleo Cathecumenorū in pectore, inter ſcapulas: & chriſmate in vertice, docet etiam Innocentius 3 k. Datum quoq; antiquitus baptizato cereum accenſum, nos docet Prudentius[l]. At aquam baptiſmi ante neceſſitatem, debere conſecrari docet Dionyſius Areopag.[m] trina crucis impreſſione, cum oratione & inuocatione, & hoc de congruo, non de neceſſitate, vt ait Bonauentura[n], extra ſacerdotem in eccleſia baptizantem: nam ſacerdotes in eccleſia ſemper debent benedicere. Ita baptiſmatis aquam debere benedici, dixit Baſilius[o],



a D. Ioann. euang. c.1.
b D. Chryſ. tomo, 1. hom. ſuper pſalmū 22.
c c.1. de baptiſmo, c. quodam c. multi, diſt. 4. Baſil. Magn. li. de Spirit. Sancto c.12.
d Niceph. Calixt. li. 16. hiſt. c.15.
e li. 9. Hiſtoriæ tripart. c.40. Actuum 2.
f gloſ. in can. à quodā, de cōſecr. diſt. 4. Interpr. in c.1. de baptiſmo.
g D. Clemens, li. 7. conſtit. Apoſtoli. c.23.
h Clemens, d. lib. 7. c.39.40.41.42.
i D. Dion. Areop. li. de eccle. Theol. c.2.
k Dion. Areopag. eccl. Hierar. c.7.
l Tertull. li. de corona milit. & de baptiſmo.
m D. Chryſo. tomo 1. homi. de Adamo & Eua, & in c.15. ad Cor.
n Aug. ad Sixtū Romanum presbyterum.
o Concilium Cartha. 3.
p D Chryſoſt. homil. de Adamo.
q D. Augu. de eccl. dogmati. c.31. & epiſtol. 10. & lib. 4. de ſymbolo ad Cathecumenos, & li 2. de gratia Chriſti & peccato. Orig. c.40.
r Orig. hom. 6. in Ezech.
s Aug. li. de fide, & operib.
t c. ſiue paruuli, vſq; ad c. venit, de conſec. diſt. 4. Aug. li. de ſymbolo ad Cathecumenos
v In concilio Laodicenſi, c. 46. c. baptizādos, de conſec. diſt. 4.
x c. Iudæi, cū ſequentib. de conſec. diſt. 4.
y c. omnis, & ſeq. c. ſine pœnitētia de conſecr. diſt. 4.
z ex cap. 7. D. Matthæi.
a Ambroſ. li. 1. de iis qui initian. myſteriis & li. 1. de conſecr. c.1. Rabanus, de inſtit. cleric.
b D. Ambr. li. 3. de ſacr. c.12.
c Hieron. in c. 6. Amos.
d Ambr. in epiſt. ad Col. li. de ſacr.
e Aug. li. 2. de ſymbo. & 2. de gratia Chriſti, & peccatorū.
f lib. 3. recogn. & alibi vt prædictum eſt.
g Origenes, in Ezech. hom. 7.
h D. Ambr. li. 1. de ſacra. c.2.
i can. eccleſiaſticarū 11. diſt.
k in c.1. de ſacram. vnct. ap. Greg.
l Prudentius, in hymno cerei paſchalis.
m Dyon. li. de eccleſ. hierar. part. 2. ca. 25.
n In 4. ſenten. diſt. 3.
o Baſil. Mag. de Spiritu Sācto. c.27.

Cyprianus [a], Ambroſius [b], Auguſtinus [c]. Proinde ſacri fontes in eccleſiis parochialibus ſunt, vbi tantùm licet baptizare: exceptis quibuſdam caſibus, & ſi de filiis regum agatur, vel vrgeat neceſſitas, quæ non patiatur ad eccleſiam vſque differri baptiſmum, prout ex Concilio Viennenſi decreuit Clemens 5. [d] Trinam merſionem olim in aquam conſtat factam fuiſſe ex Tertulliano, & aliis, in memoriam triduanæ ſepulturæ Domini, quod & alij omnes probant [e]. Verumtamen, & vnicam merſionem & intinctionem etiam ſufficere, cum forma placuit [f]: quia vna eſt reſurrectio Dñi, cum quo in baptiſmo, ſepulti reſurgunt. Antiquum quoque D. Auguſtinus tradit [g], ſuſcipientem in baptiſmo, quem anadochum dici conſtat apud D. Dionyſium Areopagitam, fidem & confeſſionem polliceri, vel teſtari de fide & & conſenſu Baptizati. Diximus & ex Dionyſio Areopagita, baptizatum vngi debere chriſmate, quod & Tertullianus [h], Ambroſius [i], Rabanus, conciliúmque Laodicenſe [k] probant. Atq; veſte alba indutos fuiſſe baptizatos vulgáre eſt, & plures teſtantur [l], rationéſque in promptu ſunt [m].

11 De his omnibus etiam tractat Cyrillus Hieroſolym. [n] Cum his conſiderare etiam oportet perſonas baptizantis, baptizati, & ſponſorũ ſeu anadochorum, qui patres luſtrici, patrimi, matrimæve vulgò. Nam hoc ſacramentum nõ datur niſi à ſacerdotibus, excepta cauſa neceſſitatis: neque alibi baptizari quis debet extra neceſſitatẽ, quàm in eccleſia per proprios ſacerdotes, non in abbatia, non in monaſteriis, vbi eſſe baptiſteria prohibentur, can. pridẽ, 18. q. 2. In neceſſitatis cauſa autem quilibet poteſt baptizare hac forma, aſpergendo in baptizandum aquam, ego te baptizo in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti [o]. Etiam pater qui generauit: nec ideo à matrimonio vel copula vxoris arcetur [p]. Baptizari ita tunc à pagano & Iudæo, poſſet ſi in forma & intentione eccleſiæ faciat [q], & ab alio peruerſo homine quolibet, dummodo ne malè detur [r]. Seipſum tamen nemo baptizare poteſt, quantumuis materiam & formam ſeruet [s]. Inuenio tamen in Cõcilio Elibertino [t], fideles quoſcunq; in caſu neceſſitatis, longè eccleſia poſita, poſſe Cathecumenũ de vita periclitantẽ baptizare, excepto bigamo, forſan ſi alij adſint. Sed num ab hæretico baptiſmus dari poſſit, quæſtione non caret. Ceterùm, vt breuiter me ab ea expediã, placet & ab hæretico dari poſſe, ſi is in forma eccleſiæ baptizet, & ſi nihil demat ex ſubſtantialibus: nempe vt aqua baptizet, & in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti [v]. Ita mihi videtur intelligendus D. Cyprianus [x], dũ ſummis contendit argumentis, baptizare non poſſe hereticos, & ab iis baptizatos, eſſe non quidem rebaptizandos, etenim non fuiſſe baptizatos contendit: ſed baptizandos in eccleſia, quòd ipſi fidem eccleſiæ non habuerint, nec intentionem. Alioquin certè erronea eſſet opinio, nam eccleſia rectè defendit, ſacramentorũ meritum non pendere à vita miniſtrorum, ſed à Deo. [y] Et ideo verè forma obſeruata eccleſiæ, eſſe baptiſmũ. Suppleri tamẽ reliquas ceremonias placet, & inſpergendam aquam cum hac conditione: Si tu non es baptizatus, ego te baptizo, &c. [z] Sic & in baptizatis per alios, quàm per ſacerdotes, vel per hæreticos, vt per laicos in caſu neceſſitatis, ſupplendum eſt [a]: vt exemplum firmat, quod refertur à Nicephoro Caliſto [b],

12 *Accidit*, inquit, *ambulantibus Chriſtianis ſimul cum Iudæo per loca deſerta pſalmos ſimul cantantibus, vt Iudæus proximè ſe putans moriturum in itinere, Chriſtianos obteſtatus fuerit, vt ſe baptizarent: & coacti illi, cùm non eſſet ibi nec aqua, nec ſacerdos, tamen eum nudatum, arena in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti baptizarunt: & ſtatim Iudæus bene ſe habuit. De quo conſultus Alexandriæ epiſcopus, obſtupens, quæ omiſſa erant tantùm ex baptiſmo, ſuppleuit, addita aqua.*

13 Refert & ſuppletas fuiſſe ceremonias in baptiſmo Iudæi pueri factas à pueris Chriſtianis, In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, cùm iuxta litus natarent, atque initiati eſſent cæremoniis eccleſiæ. Miraculum certè, & diuinæ potentiæ exẽplum, curatum fuiſſe Iudæum per baptiſmum arenæ propter eius fidem: verùm baptiſmi illius forma ſine materia fuit: & dubium, num quod corpori profuerat, animam etiam emundaſſet à peccatis.

14 Sicut & legimus [c], Agarenos ſeu Turcas petere ab orthodoxis ſacerdotibus baptiſma, non tamen bona fide, nec orthodoxo propoſito, ſed propter corporalem medicinam: perſuaſum eſt enim Agarenis, ſuos liberos à dæmone vexãdos, & olere tanquam canes malè, niſi baptiſmum à Chriſtianis aſſequantur. Scriptum quoque, vero baptiſmate Conſtantinum Magnum à lepra curatum fuiſſe [d]. Porrò perſonæ, quę baptizari poſſunt, ſunt pueri, & adulti: exceptis expreſsè prohibitis. De adultis etiam hæretici conſentiunt, vt antè docuimus, quia & illi audiunt Euangelium, *euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes omnes gentes, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti* [e]. Et rurſum [f], *qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui non crediderit, condemnabitur.* Quæ verba de idoneis intelligenda, iuxta vulgarem iuris vtriuſque regulam [g], Nam adulti dormientes, vel amentes, non poſſunt cum effectu baptizari [h], niſi & ante ſomnum, vel amentiam baptizari voluiſſent [i].

15 Item baptizati ſemel, iterum baptizari non debent [k]: pœna vltimi ſupplicij indicta [l], & priuatione ſacerdotij rebaptizanti [m], & aliquando 10. librarum auri [n]. Comprobatum hoc fuit miraculo, in Iudæo eruſcatore pecuniæ per baptiſmi iterationem: is enim, vt refert Nicephorus Calixtus, & Socrates [o] ſe baptizari ſæpe fecerat, vt inde pecuniã acciperet: cùm autẽ perueniſſet ad Paulum Nouatiorum epiſcopum, & baptiſmũ ab eo poſtularet, ipſe illi promiſit, ſed anteà inſtruxit in fide, & ieiunium impoſuit: quo præter ſpem impoſito, Iudęus vt ſuo voto potiretur, inſtitit: quod & non diſtulit Paulus, ſed baptiſterium repletum aqua ingredi iuſſit Iudæum. Quo ingreſſo ſtatim aqua euanuit, & miniſtris putantibus aquam alicundè effuſam, iterum aliam aquam infuderunt, quæ & ſtatim euanuit. Qua re Paulus cognita ad eum dixit, Vel ignorare videris te baptiſmũ adiiſſe, aut flagitium, ô homo, facis. Ad quam rem nouam pluribus occurrentibus, cognitum eſt illum Iudæum aliàs fuiſſe baptizatum. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma. Et explicat Cyrillus Hieroſolymit. [p] qui ſcienter rebaptizantur, Deũ abnegare dicuntur, & grauiſsima pœnitẽtia tantùm reformantur [q], fiúntq; irregulares [r], nec ad ordines ſacros debent promoueri, etiamſi ignoranter bis baptizentur [s].

16 Sed & baptiſmum puerorum fateri neceſſe eſt, ſic enim & fides rectè ſentit Catholica ab Apoſtolis morẽ retin[en]s [t], & eos

a Cypr. li. 1. epiſt. 12.
b Ambr. lib. 2. iis qui initiã. myſter. cap. 3. & lib. 1. de ſacram. c. 5.
c Aug. lib. 6. de baptiſ. contra Donat. & tractat. 8. in D. Ioan. & epiſt. ad Ianuarium, 118.
d in clem. vni. de baptiſmo.
e D. Auguſt. in ca. poſtquam, de cõſecr. diſt. 4. Leo, epiſt. 4. c. 3. Cyril. Hieroſolymit. cathec. 1. myſtagogica.
f Concilio Tolet. 4. c. 6. lib. 1. Regiſtr. epiſt. 41. c. de trina, de conſecrat. diſt. 4.
g D. Aug. epiſt. 23. reſpondẽs Bonifacio de baptiſmo paruulorum. & li. 4. de baptiſm. con. Donatiſt. c. 24.
h Tertul. lib. 1. contra Marcionem.
i D. Ambro. li. de iis qui initian. myſteri. c. 6.
k In Concilio Laodicenſi.
l lib. 11. Hiſtor. tripart. ca. 14. Amb. lib. 1. de his qui initiã. myſter. c. 7.
m ca. poſtquã, de conſecrat. diſt. 4.
n Cathache. myſtagogi. 3. & 1.
o ca. diacones, 93. diſt. ca. conſtat, de cõſecr. diſt. 4. ca. præter. §. verũ, & §. porro. 2. diſt. ca. ſi quẽ, 24. q. 1. ca. iſta, & ſeq. 32. q. 4. c. 1. de cle. non ord.
p can. ad limina, 30. q. 1.
q ca. Roman., de cõſ. diſt. 4.
r ca. ſecundũ, 19. diſt. can. ſi inter. cum ſeq. de cõſe diſt. 4. ca. baptiſmus, ead. 4. diſt.
s ca. debitum, de baptiſ.
t Concilium, Eliberi. c. in 38.
v can. dictũ eſt à Domino, §. quod vero. cũ 2. cc. ſeq. 1. q. 1. Magiſter Sent. lib. 4. diſt. 6.
x Cypr. li. 1. epiſt. epiſt. 6. & li. 2. epiſt. epiſt. 1. & epiſtol. ad Iul. & alibi, epiſto. ad Pompeium contra epiſt. Stephani & tom. 2. & 3. eius. Concil. Cart. ca de re.
y D. Aug. contra Creſ. c. 17. 20. 21. & 29. Optatus Mileuita. 2. contra Parmen. & 5. Aug. ſuper Ioan. tract. 5. 1. par. ca. baptiſmus talis, de conſe. diſt. 4.
z can. 2. de baptiſmo, ca. ſi nulla, de conſe. diſt. 4. can. eccleſiæ, vel altaris, & can. ſolemnitatis, de conſecr. diſt. 1.

a In Concili. Elibertino ca. 38.
b Niceph. Caliſt. lib. 3. hiſto. eccle. 37.
c li. 2. Iuris orient. in cõſtit. Lucæ Patriarchæ Conſtantinopolitani, de infantib. captiuis baptizandis. p. 146.
d Niceph. Caliſt. lib. 7. hiſt. c. 23. & 25.
e Matthæi, 18.
f Marci. 16. c. maiores, de baptiſ.
g l. vt gradatim, de munerib.
h c. maiores, §. ſed adhuc, de baptiſmo, ap. Greg.
i d. c. maiores, §. item quæritur.
k c. fin. de baptiſ. tit. ne ſan. baptiſ. reiter. C. Clemens, li. 6. conſtitutio. Apoſtol. ca. 15. ca. rebaptizare, de conſec. diſt. 4. Cypria. de bapt. Chriſti, & ſerm. de ablutio. pedũ.
l l. 2. ne ſanctũ baptiſ. reiter.
m l. 1. C. eo. tit.
n l. fin. C. eo.
o Niceph. Calix. lib. 14. hiſt. c. 17. Et Socrates, lib. 31. hiſt. tripar. c. 14.
p Cyrill. Hieroſol. in procatecheſi.
q ca. eos quos, de cõſe. diſt. 4.
r can. qui bis, & ſeq. de conſecr. diſt. 4.
s ca. qui in aliquo, 51. diſt. ca. confirmandũ eſt. 50. diſt.
t Dio. Areop. lib. de eccleſ. hierar. c. 7. In Concilio Africano. apud D. Cypri. D. Aug. lib. 10. ſup. Geneſ. cap. 23. & duobus libris ad Marcellinum. Hieron. lib. 3. aduerſus Pelagianos in Concil. Mileuitan. c. 77. ca. non illud, de conſec. diſt. 4.



eos egere baptiſmo, vtpotè ſecum ab vtero matris labem peccati ferentes, in iniquitatibus & peccatis conceptos [a], vt in Adamo omnes moriuntur [b], & omnes ex eius fermento quippiam referunt. Et proinde mundentur iſti quoque neceſſe eſt lauacro regenerationis, ſine quo nemo ſaluandus eſt [c]: alioquin interitui æterno obnoxij. Quemadmodum circuncisionis tempore, cui ſucceſſit baptiſmus, anima eius qui non fuiſſet circunciſus, delebatur de libro vitæ [d]. Originale peccatum quod traxerunt ſine ſuo facto paruuli, per baptiſmum & ſine illorum expreſſo conſenſu, remittitur: quod aliter in adultis, qui actuali polluti conſenſu, ſine cõſenſu expreſſo ablui non poſſunt [e]. Vnde paruuli quàm citius fieri poteſt baptizandi ſunt, tum vt à poteſtate diaboli eruantur, tum etiam ob periculum imminentis mortis, cum qua ſine baptiſmo dãnarentur in æternũ [f]. Debet tamen puer eſſe natus, nam intra vterum matris nequit baptizari [g]: teſtantur autẽ parentes luſtrales fidem puerorum, & aſſerunt, quam ipſi tacitè profitentur. Quare in pueris baptizandis obſeruatum eſt à tẽpore Apoſtolorum, vt patres naturales infantes baptizandos tradant aliquibus ex fidelibus, qui offerentes ſacerdotibus ſpondeant, ſe iuxta ſanctam vitam eos educaturos, & fidem pro iis fateantur, & abrenũciationes reſpondeant [h]. Et Optatus Mileuit. [i] fidem eius qui ſpõdet pro baptizato, prodeſſe baptizato docet, *placuit* inquit, *fides mulieris deprecantis pro filiæ ſalute Deo, cui dixit, quòd ſi crederet in Chriſtum, filia eius ſuſcitaretur: ipſa autem reſpondit omnia eſſe poſſibilia Domino noſtro Ieſu Chriſto, dictúmque ei, vade in pace, fides tua te ſaluam fecit* [k]. Accedit fides Centurionis credentis, pro puero rogantis, & obtinentis ſalutem [l]. Quinimo & fides ſecreta & tacita in corde, operata eſt in hæmorroiſſa curata tactu veſtimentorum Dñi noſtri Ieſu Chri-

17 ſti [m]. In eccleſia primitiua adultorum, eorúmque potiſſimum qui egebant inſtructione baptiſmus duobus ſolemnibus diebus tantùm extra neceſſitatis cauſam, quæ accelerabat, fiebat: videlicet Paſchæ & Pentecoſtes [n]. Et ideo his diebus conſecratio fontis baptiſmatis fiebat. *Diem baptiſmo ſolemniorem Paſcha præſtat*, inquit Tertullianus [o], *cùm & paſſio Domini, in quam tingimur, adimpleta eſt.* Et poſteà, *dic Paſchæ quo & Domini reſurrectio celebrata eſt, & gratia Spiritus ſancti dedicata. Ceterùm omnis dies Domini eſt, omnis hora, omne tempus habile baptiſmo: ſi de ſolemnitate, intereſt, de gratia nihil refert*, hæc Tertullia. Et Niceph. Calix [p]. *In Theſſalia*, inquit, *mos fuit, vt Paſchalibus tantùm diebus baptiſmus peragereture, quapropter multi eo*

18 *ſacramento non intincti deceſſerunt.* Subinde qui præſentare poſſint baptiſmo, omnes quoque fideles ſunt tempore neceſſitatis: & ſine ea quoq;, niſi qui ſpeciali nomine prohibentur, ne patres luſtrici, ſeu ſpirituales, ſeu, vt dicunt, patrimi ſint. Prohibetur autem abbatibus, monachis, monialibus, vel religioſis perſonis [q]: ſi tamen tenent, compatres ſunt. Et in ſtatutis militum Hieroſolymitanorum, ſic ſcriptum eſt [r], *non liceat cuiquam fratrum noſtrorum in ſacro baptiſmatis fonte recipere abſque ſui ſuperioris licentia, niſi baptizandus eſſet filius Baronis, aut maioris domini.* Item qui non eſt ipſe baptizatus nec confirmatus, non poteſt alium baptizandum offerre [s], excepta cauſa neceſſitatis. Num autem mater quæ proprium filium de baptiſmo leuauit, cõiugale debitum poſſit reddere marito, tractatur tota 30. q. 1. Iure communi vnus tantùm vir, vel vna tãtùm mulier ſuſcipere debẽt in baptiſmo infantem [t], quia baptiſmus vt adoptio, imitatur naturam [v], vel duo ad ſummum, nẽpe vir & mulier, vt Concilio Tridentino nuper cautũ [x]. Plures tamen aliquando adſunt, & ſi ſunt, contrahunt & illi cognationem hanc [y], quæ ex ſuſceptione vel præſentatione infantis naſcitur. Nam ex hac præſentatione naſcitur affinitas & cognatio ſpiritalis, & filius is eius quoque dicitur, qui eum in fide inſtruit, & baptizat [z]. Atque qui de fonte aliquem leuarunt, vti probi parentes, debẽt baptizatum filium docere in fide, in ſymbolo ſaltẽ & oratione Dominica [a]: vt & ipſi baptizati adulti facti, tenentur ad fidem quam pro ſe illi ſpoponderunt [b]. In ſumma ba- 19
ptiſmus ad conſequendam remiſſionem peccatorum inſtitutionem habet, originalis & actualium anteà commiſſorum ab adultis, vt dictum eſt, & ita ſecundum Baſilium Magnum [c], *Baptiſmus, eſt captiuorum, & æris alieni remiſſio, peccati mors, animæ regeneratio, amictus ſplendens, character indelebilis, cœli iter, regni cœleſtis conciliatio, adoptionis gratia.* Cui & ſubſcribit Cyrillus [d], *Baptiſmus*, inquit, *captiuitatis liberatio, peccatorum remiſſio, mors peccati, animæ regeneratio, veſtimentum candidum, ſignaculum ſanctum & indelebile, currus ad cœlum, deliciæ paradiſi, regni cœleſtis conciliatio, chriſmáque adoptionis filiorum.* Et rurſum idem [e], *peccata quæ baptiſmum anteceſſerunt, animæ & corporis vulnera curat Deus per baptiſmum, ad reliqua autem futura ſic nos communicamus omnes, vt mundam corporis hanc veſtem cuſtodiamus: nam poſt peccatum, maculæ peccati manebunt ſicut plaga accepta in corpore, quamuis curata ſit: cicatrix tamen manet: ſic peccatum vulnerat corpus & animum, & manent ſigna cicatricum in omnibus.* Et D. Cyprianus [f]: *diaboli*, inquit, *nequitia obſedit corpus hominis vſque ad baptiſmum, poſteà cedit, niſi labatur in peccata. Exemplum, Pharao qui nunquam in filios Iſraël operari quieuit, donec mari ſubmergeretur: mare autem illud, exemplum futuri baptiſmi. Nam ſicut ſcorpiones & ſerpentes, qui in ſicco præualent in aquam præcipitati præualere nequeunt: ſic nec ſpiritus nequam, qui ſcorpij & ſerpentes appellantur: & tamen per nos, data per Dominum poteſtate, calcantur, permanere vltrò in hominis corpore non poſſunt, in quo baptizato & ſanctificato incipit ſpiritus Sanctus habitare.* Docet & D. Paulus [g]. Scimus tamen per baptiſmum manere concupiſcentiam, ſed attenuatam [h]. In 20
baptiſmo pertractando vitandæ ſunt hæreſes, prior illa Anabaptiſtarum ſeu rebaptizantium, vt ſuprà diximus. Item alia quæ vult Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum baptizatum & à peccatis ablutum à D. Ioanne Baptiſta: cùm tamen illo baptiſmo, ipſe potius aquas ſanctificauit, quã ab illis ſanctificatus fuerit [i]. Dehinc & alia Meſſalianorum, quos εὐχίτας, id eſt, orantes dicebant. Qui & ἐνθουσιασταὶ, id eſt, ſacrificatores: illi enim aſſerebant nullã vtilitatẽ ex ſancto baptiſmate baptizatis accedere, & ſolam ſtudioſam orationem effugare dæmonẽ: inſuper vnumquemq; naſcentium à progenitore ſuo, ſicuti naturam, ſic etiam dæmonum trahere famulatũ, quibus expulſis per orationem illam ſtudioſam ſanctũ Spiritũ aduenire, & ſenſibiliter & viſibiliter ſuam deſignare præſentiam &c. vt eſt apud Theodoretũ [k]. Item & illa, quæ impiè adſtruit, filios ex parẽtibus Catholicis natos non egere baptiſmo, ſed in fide parentum ſaluari, contra illud, *niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto &c.* [l]. Itẽ cauendum eſt,



a Pſal. 50.
b 1. ad Cor. 15.
c D. Ioann. Euang. c. 3.
d Gen. c. 17.
e c. maiores, in princ. & §. 1. de baptiſ.
f can. venerabili, de conſe. diſt. 4.
g ca. qui in maternis, ead. 4. diſt. de cõſecr.
h Dio. Areop. de eccle. Hierar. c. 7. D. Auguſt. libr. 4. de baptiſ. contra Donatiſt. & epiſt. 23.
i Optat. Mileuita. lib. 5.
k D. Matthæi, c. 15.
l D. Matth. 8. Luc. 7.
m D. Matth. 9.
n can. de catechumenis, & c. venerabilis. de conſecrat. diſt. 4. can. nõ ratione, vſque ad ca. conſtat, ead. 4. diſt.
o Tert. lib. de baptiſ.
p Niceph. Calix. libr. 2. Hiſt. c. 34.
q c. non licet, in 1. de cõſec. diſt. 4. ca. placuit, in 2. 16. q. 1. 2.
r tit. 18. c. 3.
s ca. in baptiſmate, & ca. in Catechiſm. de conſec. diſt. 4.

t can. non plures, de conſec. diſt. 4. c. fin. de cognat. ſpirit. in 6.
v §. minorem, de adoptio.
x in Concil. Trid. 8. ſeſſio. c. 2. reformationis.
y d. ca. ſi. de cognat. ſpir. in 6.
z c. contracto, c. 5. de cognat. ſpir. c. 1. eo. tit. in 6. ca. in Catechiſmo, de conſec. diſt. 4. c. ſi quis vnus, 30. q. 4. ca. ſciſcitatur, c. ſi quis 30. q. 4.
a ca. vos ante omnia, de conſecr. diſt. 4.
b can. paruuli, de conſecrat. diſt. 4.
c Baſil. Magn. in exhorta. ad baptiſmum.
d Cyrillus Hieroſ. in procatecheſi.
e Cyrillus Hieroſoly. cateche. 18. illuminator.
f Cypria. lib. 4. Epiſt. epiſt. 7. & li. 3. ad Quirinum. c. 65.
g 1. ad Corint. cap. 10.
h can. per baptiſmũ, de cõſecr. diſt. 4.
i vide ca. ſi baptizata eſt, & ca. non regenerabantur, de conſec. diſt. 4.
k Theod. li. 7. hiſtor. tripart. can. 11.
l D. Ioan. c. 3.

ne dicamus campanas ſeu tintinabula, quæ benedicuntur, & nomen vt diſcerni poſsint accipiũt, vt & aliæ inanimatæ res, eo baptiſmo, quo remiſsio peccatorum confertur, baptizari: quia inanimatæ res ſunt. Sic & ſcriptum eſt in legibus capitularibus Caroli Magni latis Aquiſgrani [a] *clochas non baptizent, nec chartas per perticas ſuſpendant propter grandinem.* Non tamen nouum eſt, vel à fide Chriſtiana alienum, campanas benedicere, & vngere, ſeu nomen eis dare. Nam & in Geneſi [b] legimus, Iacobum ſurgentem manè, & memorem viſus quo apparuit inibi ſcala ad cœlum vſque pertingens, tuliſſe lapidem, quem capiti ſuò ſuppoſuerat, & erexiſſe in titulum fundendo oleum deſuper, appellaſſeque nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza dicebatur.

a In art. 18.
b Gen. c. 28.

## De Confirmatione. Cap. 5.

1 *Confirmatio ſua deſcriptione, arma fortiora in pugna ſpirituali addit, videlicet ſpiritum Sãctum.*
2 *Quæ conſideranda in confirmatione, de materia, perſonis confirmantibus, & ſuſcipientibus confirmationem.*
3 *De Anadochis, ſeu præſentantibus confirmandos, & qui poſſint eſſe.*
4 *Confirmationis faciendæ forma.*

1 Confirmatio, ſacramẽtum in eccleſia eſt Catholica poſt baptiſmum conferendum, ſine quo poteſt quidem homo ſaluari baptizatus: at ſine eo benè eſſe non poteſt, vtpote cùm per eá, arma fortiora, Spiritum ſanctum videlicet, quis accipiat, aduerſus impetus dæmonum & aliorum, quorum pugna ſpirituali continuò diſtringimur [c]. Ideò omnibus Chriſtianis neceſſaria in eccleſia [d]. Scribit Nicephorus [e], Nouatum non potuiſſe habere Spiritum Sanctũ, ex eò quòd baptizatus non recepiſſet ab epiſcopo ſignaculum, quod confirmationem vocamus. Atque Euſebius Phamphili [f], de Nouato loquens, *Nouatus*, inquit, *Spiritu immundo vexatus, cùm aliquantũ temporis conſumpſiſſet apud Exorciſtas, ægritudinem incurrit grauem, ita vt deſperaretur, vnde iacens in lecto, pro neceſſitate perfuſus eſt, nec reliqua in eo quæ baptiſmum ſubſequi ſolent, ſolemniter adimpleta ſunt, nec ſignaculo chriſmatis conſumatus, vnde nec Spiritum Sanctum vnquam potuit promere-*
2 *ri.* Conſidera in hoc ſacramento materiam, perſonas, & formam, ſeu modum conferendi. Materia chriſma eſt, quod cõſecratur in cœna Domini, quo vtitur nunc eccleſia, vſáque perpetuò [g]. Chriſma, ſymbolũ eſt, nos eſſe luctatores contra Diabolum, vt ait Proſper in ſententiis Auguſtini [h]. In perſonis, qui confert vel confirmat neceſſariò eſt Epiſcopus [i]: quod & firmat Concilium Aureliacenſe [k], Meldenſe [l]. Aliquando tamen ex cauſa neceſsitatis cùm epiſcopus haberi non potuit, fuit ipſum munus presbyteris conceſſum [m]. Cæterùm qui cõfirmatur, debet excedere ſeptẽnium, & eſſe, ni fallor, eius ætatis, in qua pugnandum illi cũ dæmone, & ſuccubuiſſe peccatũ eſt. Debétq; eſſe ieiunus & confeſſus, excepta cauſa neceſsitatis, vt & epiſcopi conferentes [n]. Omnes autem eius debent eſſe ſacramenti participes [o].
3 Accedunt confirmandis quoque anadochi, vocamus patrimos, & inducit confirmatio compaternitatem Spiritualem, vt baptiſmus [p]. Potéſtque idem eſſe, qui & fuit in baptiſmo pater luſtralis neceſsitate vrgente, aliter non [q]. Qui non eſt baptizatus, non poteſt confirmandum exhibere ſeu ſuſcipere in ſuã curam [r], nec vitricus priuignum, aliter ab vxore thorum ſeparat [s]. Neque etiam coniuges ſe mutuò in confirmatione ſuſcipere poſſũt: quia inde naſcitur cognatio, quæ impedit matrimonium [t]. Nec ideò regulariter quis tenere debet filium, fratrem, ſororem, quia ſatis natura hos coniunxit. Exigitur porrò & hîc, quemadmodum in baptiſmo, qui confirmando adſit, quia re ipſa qui confirmationem petit, debilem ſe fatetur: petit enim ſe confirmari, ideo ad robur alterius interim confugit, iſque talis eſſe debet, vel qui ſaltem talis præſumatur. Quamobrem ſexus infirmus per ſe mulierum huic rei non eſt accommodus. Forma eſt, ſignum crucis impreſ- 4
ſum in fronte cum chriſmate [v], dicendo, Signo te ſigno crucis, & confirmo chriſmate ſalutis, In nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti. Accedit manus impoſitio, vt formula antiqua ſeruetur, qua Spiritum Sanctum confirmati recipiebant. Sic enim fecerunt, baptizatos confirmantes Apoſtoli [x], & eorum ſucceſſores, qui & chriſmate, & hoc ſignaculo vſi ſunt [y].

c can. Spiritus Sanctus, & ca. nouiſſimè, de conſecr. diſt. 5.
d c. 1. de conſecr. diſt. 1.
e Niceph. li. 6. Hiſtoriæ eccleſ. c. 3.
f Euſebius Phamphili, lib. 6. ca. 33.
g Cypria. lib. 1. de vnct. chriſma. & aliis ſacram. D. Dion. Areopa. lib. de eccleſ. Hierar. c. 2. & 3. Clemẽs, li. recog. 3. epiſt. 2. in Cõcilio Carthag. 3. & 4. Fabianus Papa & martyr, epiſt. 2. ad orientales, Concil. Tolet. 1. c. 20. Brachatenſi. 1. c. 37. ca. illud, 95. diſt.
h num. 342.
i c. de his, & c. ſeq. de conſe. diſt. 5. c. quamuis, 68. diſtin. c. presbyteros, 97. diſt. Actuũ, 8. c. Spiritus Sãctus, de conſec. diſt. 5.
k Concil. Aureliace. can. 3.
l Concil. Meldenſi, can. 5.
m can. peruenit, 95. diſt.
n c. vt ieiuni, & c. ſeq. de cõſecrat. diſt. 5.
o cap. dictum, & c. homines, de conſecrat. diſt. 5.
p can. ſi quis vnus. 30. q. 4.
q can. in catechiſmo. de cõſecr. diſt. 4.
r ca. in baptiſmate, de conſecr. diſt. 4.
s c. de his, 30. q. 1.
t c. 1. de cogn. ſpirit. in 6.
v c. nũquid, de conſecr. diſt. 5.
x Actuum 9.
y Clemens, epiſt. 4. Baſil. li. de Spiritu Sãcto. Cypria. li. 1. epiſt. epiſtol. 12. Augu. cont. libros Petil. c. 104. & li. 15. de trin. c. 26.

## De ſacroſancta Euchariſtia. Cap. 6.

1 *Nomina plura Euchariſtiæ ſacroſanctæ.*
2 *Quid, & ibi probationes exiſtentiæ corporis & ſanguinis Domini.*
3 *De materia huius ſacramenti panis & vini aqua mixti.*
4 *Montanorum funeſta in Euchariſtia, materia.*
5 *De pane azimo Euchariſtiæ.*
6 *Cur ſacerdotes ſub vtraque ſpecie panis & vini, potius quàm Laici, huic ſacramento communicent: & quibus Laicis permiſſum.*
7 *De forma conſecrationis huius ſacramenti.*
8 *Quæ ſunt perſonæ conſecrantes, & quales quæ recipiunt.*
9 *Quomodo, & quo tempore communicandum huic ſacramento.*
10 *Semel in die tantùm ſacerdos facere miſſam debet, & quando tunc poſſit, & de veſtimentis ſacerdotis ſacris. Et de Teleſphoro.*
11 *Partes ſacrificij ſubſtantiales & accidentales huius ſacroſancti ſacrificij Euchariſtiæ & miſſæ.*
12 *Miſſa quæ pro defunctis fit, viuis applicari vetatur, vel ſortilegiis.*
13 *Ob effectum ſacramenti huius neceſſarium, conſeruatur conſecrata Euchariſtia.*

Sacroſancta Euchariſtia pluribus effer- 1
tur nominibus, quæ aliquid magnum inſinuent, dicta à Græcis ἱερὸν μυστήριον, μυσταγωγία, ἱερουργία, τελετή: ab Hebræis miſa, à verbo mas מס tributum, penſum, oblatio. Magna huius ſacramenti authoritas, & ineffabilis ſubſtãtia, vt ingenuè velim profiteri, nec mihi ingenij aciem tantam eſſe, quæ poſsit de hoc ſacramento pro eius dignitate eloqui vel pertractare. Quare humili penna quædam tantùm perſequar, quæ iura diſcentibus accommoda eſſe poſsint: ſublimium myſteriorum recondita & admirabilia, relinquens videnda apud illos, qui ex profeſſo de eo præſtãtiſsima ediderũt volumina. Ergo εὐχαριστία, ſiue benè gratũ, ſacramentũ eſt, in quo ſub viſibilium accidentium ſpeciebus, ſacroſanctum corpus, & ſanguis Dñi noſtri Ieſu Chriſti continetur [z]. D. Martialis diſcupulus Domini, *Sacrificium*, inquit, [a] *offertur creatori in ara, non homini, non angelo: nec ſolùm in ara ſanctificata, ſed vbicunque offertur oblatio munda, ſic teſtatus eſt, cuius corpus & ſanguinem in vitam æternam offerimus. Quod Iudæi per inuidiam immolauerunt, putantes ſe nomen eius tollere à terra: nos cauſa ſalutis noſtræ in ara ſanctificata proponimus, ſcientes hoc ſolo remedio vitam præſtandam, & mortem effugandam.* Et ita creditum eſſe omni tempore ab eccleſia Catholica, vel fidẽ facere poſſunt Ethnici, qui cùm tantum, ac mirabile myſterium comprehendere nõ poſſent, calumniabantur olim Chriſtianos, tanquam antropophagos nempe quòd eos corpus Domini comedere audiuiſſent [a]. Galatinus vir egregiè in Hebræorum & Iudæorum libris exercitatus, Rabinorum plures colligit ſententias [b], quibus conſtat credidiſſe, futurum Meſſiam ſeſe in cibum daturum, & idipſum conſecrandum & porrigendum in ſpecie placentę, eius magnitudinis tantùm, cuius vola manus eſt. Sic in Pſal. 70. qui incipit, *Deus iudicium tuum regi da*, ſcriptum יהי פסת בר, id eſt, erit in illo tempore (ſcilicet Meſſiæ cui inſcriptio dicatur) placenta frumenti in capite montium. Et in libro ספרי ſiphre, ſuper illud Deut. 32. *Dominus deducet eum, & non erit cum eo Deus alienus.* Dicitur quod in diebus Meſſiah frumenta producent, גלוס קאות gelus keot, id eſt, placentas, ſicut eſt plenitudo כף caph, i. manus ſiue palmæ: ſicut ſcriptum eſt, Pſal. 72. *erit placenta frumenti in capite montium.* Quod & repetit Rabi עורא gnora, in libro כתובות chetubot, id eſt, ſponſaliorum, capite quod incipit שני דיני ſcene dine, id eſt, duo iudices, interpretatur. Et Rabi Moſche Hadarſam in c. 14. Geneſeos tradit. Quod dictũ de oblatione Melchiſedech in pane & vino, de ſacrificio intelligẽdum corporis & ſanguinis inſtituendo in iiſdem ſpeciebus à Meſſiah: quia & is eſt ſacerdos ſecũdum ordinem Melchiſedech [c]. Et eo pertinere, quod ſcribitur in Prouerbiis [d], *venite comedamus*
3 *panem meum, & vinum quod miſcui vobis.* In hoc ſacramento, materia ex qua fit, eſt panis & vinũ aqua mixtum, quæ ſpecies tranſubſtantiantur in corpus & ſanguinem Dñi noſtri Ieſu Chriſti [e], in prolatione verborum ſacramentalium, virtute diuina [f]: in idipſum inquam corpus, quod natum ex virgine matre, quod paſſum, quod ſepultum, quod reſurrexit [g], & aſcendit in cœlũ [h], quódq; Chriſtus dedit in cœna [i]. Miſcetur aqua vino, vt declaretur hipoſtaſis duarum naturarum; diuinæ & humanæ in Dño noſtro Ieſu Chriſto [k]. Ideò quia id negant Iacobitæ hæretici Armenij, vino aquã non miſcent [l]. Sicut & in eo lapſus Tatianus hæreticus, qui ſola aqua vſus in iiſdẽ myſteriis: vt & Eucratiſtæ quoque hæretici [m]. Datur ſub ſpecie panis & vini hoc ſacramentũ, ne ſi verum corpus quod verè ibi eſt, & ſanguis appareret, horrore cruoris à tam neceſſario cibo deterreremur [n]. Et vt ſubſannatio Ethnicorum & Iudæorum euitaretur, qui idipſum exprobrare poſſent [o]. Nec receptum eſt vuas cum ſacramentali benedictione Euchariſtię iungi, vel alia, vt lac [p]. Néue cum pane aliquid admiſceatur aliud. Quẽadmodũ & D. Hieronymus deteſtatur meritò [q] Montanorum hæreticorum funeſta ſacramenta.
4 Nam de infantis anniculi cuiuſdã ſanguine, quem de toto eius corpore minutis punctionum vulneribus extorquebant, Euchariſtiam ſuam feciſſe perhibebantur, miſcentes cum farinæ, panémque inde facientes: apud quos etſi is puer tunc mortuus fuiſſet, habebatur pro martyre: ſi autem vixiſſet, pro magno ſacerdote. Nõ audeo hîc etiam inculcare impudicam impietatẽ & blaſphemiam, quã ſacroſancto, & adorando myſterio corporis & ſanguinis Domini alij miſcebant: verùm eam videbis deteſtatam apud Epiphaniũ [r]. Panis qui 5
huic ſacramento ſeruit, eſt azymus, ideſt ſine fermento [s]. *Epulamini*, inquit D. Paulus, *in azymis ſynceritatis, cùm paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, quo tempore paſchæ hoc ſacrificium Dominus inſtituit* [t]: iuſsitque ita fieri Apoſtolis & diſcipulis, vt eum feciſſe & conſecraſſe viderant [v]. Neque tunc alius ibi, quàm azymus adeſſe poterat panis. Sic enim Leuitico [x] iuſſerat Dominus. *Menſe primo, quarta decima die ad veſperam phaſe Domini eſt, quarta decima die menſis huius ſolemnitas azymorum Domini eſt, ſeptem diebus azyma comedetis, &c.* Quæ figura fuit agni veri, qui tulit peccata mundi, & eius ſacrificij [y]. Quod etiam aliis adumbratũ erat legalibus figuris. Proinde & eccleſia Catholica quoque in feſto paſchæ retinuit tempus legis antiquæ [z] exploſis vmbris adueniente vero corpore, in ſacrificio, per quod impletũ eſt quod prædictum: alioquin enim ſi panis ſolus eſſet ſine realitate corporis Dominici in hoc ſacrificio, eſſemus pares Iudæis, qui tantùm figuram hanc habebant ſacrificij huius, in panis & vini ſacrificio, quod erat oblatum à ſacerdote Domini Melchiſedecho [a]. Et tantundem fuiſſet apud eoſdem in panibus propoſitionis [b], in panibus azymis, in laganis collyridis [c]. Obſeruat eccleſia Romana & Catholica poſt multas ea de re ſopitas controuerſias [d], vt ex curſu ſolis ſimul & lunæ, diem celebrandi paſchæ ſemper computet: ſolis quidem propter diem dominicam: & menſem lunæ, propter legem, qua à decima quarta luna vſq; ad viceſimam primam paſcha immolandum & azyma faciendum eſſe præcipitur. Ita ſubducta calculi ratione, vt poſt æquinoctiũ vernale à quarta decima luna vſque ad 21. id eſt, in tertia hebdomada primi menſis, die Dominica ſolẽnitas paſchæ celebretur [e]. Vt non mirum, ſi in azymis quoq;, in myſterij materia, vt in tẽpore, conſentiat eccleſia cum priſca lege. Scio tamen aliquos ab eccleſia Catholica & in hac parte diſceſſiſſe, non ſecus quàm ſcyſmatici & hæretici quoq;, in pluribus aliis ſeipſos decipientes ſeſe ſubducunt ab eadem. Sicut & Rutheni ſiue Moſcouitæ in azymis ſacram Euchariſtiam non eſſe concedendam cenſent, vt ſcribit Sigiſmundus liber Barò [f]: in hoc morem ſequuti orientalium, qui in fermentato celebrant [g]. Sacerdotes in hoc ſacramento 6
communicare debent ſub vtraque panis & vini mixti aqua [h], quia dum hi ſacram peragunt liturgiam, myſterium redemptionis plenè exhibent, & diſtinctè: & dũ facti ſunt Apoſtoli ſacerdotes, & dictũ illis in vino, *hic eſt ſanguis, &c. bibite ex eo omnes, &c.* [i] Plus verò vini, quàm aquæ poni debet in calice [k]. Si vinum tamen in regione deficiat, poteſt ſummus pontifex diſpenſare, vt ſine eo conſecrari poſſit [l]. At laicis ſub ſpecie panis tantùm porrigitur, quia nec corpus viuum Dñi, in quod tranſſubſtantiatio fit, ſine ſanguine eſt. Sic legimus ſcriptum, nulla mentione habita ſanguinis Dñi & vini, dicentem Dominum [m], *Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi*: Et cum diſcipulis conuenientem eundem Dñm in Emaus [n], eis panẽ dediſſe & conſecraſſe; item fideles fuiſſe perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione & fractione panis [o]. Et ita etiam decretũ in Concilio Conſtantienſi, ſeſſ. 13 & Concilio Tridentino. [p] Scio tamen apud Moſcoui-

z c. multi, & c. ante me, 1. q. 1. cano. ego Berengarius, de conſecr. diſt. 2.
a D. Martial. epiſto. ad Burdegalenſes.
a Tatianus, orat. cõtra Græcos, & Theop. Theolog. li. 2. ad Autholychum.
b Galatinus, libr. 10. aduerſus Iudæos, c. 4. 5. & 6.
c Pſal. 109. Dixit Dominus.
d Prou. c. 19.
e D. Ioann. Euan. c. 6. 1. Corin. 11. c. in quadã, de celebr. miſſ. ca. non omne, de cõſe. diſt. 42. Bernardi. ſerm. 3. Domin. in ramis. D. Ambr. tom. 4. de iis, qui initiantur myſteriis. c. Tertu. li. de reſurrect.
f ca. quia corpus, can. panis eſt, ca. re vera, de conſ. diſt. 3.
g ca. prima & ſeq. de conſec. diſt. 2.
h can. omnia, de conſ. diſt. 2. Martia. ad Burdegal. c. 3.
i latè id probat. Cypr. libr. 2. epiſt. epiſt. 3. & ratio. Conc. Florẽt. in hoc ſacramẽto, ca. in ſacramento, de conſec. diſt. 2.
k Niceph. Calix. li. 18. c. 58.
l Epiphanius, tomo. 3. libr. 1. aduerſus hæreſes, hæreſi 46.
m Epiphanius tomo 1. libr. 2. contra hæreſ. hæreſi, 46.
n can. forte & ca. panis eſt, de conſec. diſt. 2.
o can. vtrũ, de conſec. diſt. 2.
p ca. dedimus, & can. cùm omne, de conſec. diſt. 2.
q vide beatũ Rhenanum, in annotationib. in Tertul. libr. aduerſus Praxeam.
r Epipha. tomo 2. li. 1. contra hæreſes, hæreſi 64.
s ca. fin. de celebr. miſſ.
t 1. Cor. 5.
v Lucæ 22. D. Ioan. Euan. c. 18. D. Matth. c. 26.
x Leuit. 23. & Deut. 16.
y can. ſextam Synodum, de conſecr. diſt. 3.
z in Cano. Apoſt. ca. 8.
a Gen. c. 14.
b 1 Reg. c. 1. 2. Paral. 4. 1. Macha. 4. & 2. Macha. c. 10.
c de quib. Leuit. 7.
d de quibus cõtrouerſiis, vide Sozomenum. lib. 9. Tripart. Hiſt. c. 39. Epiph. lib. 2. de hæreſi. hæreſ. 50. Nicep. Calix. lib. 4. Hiſt. eccl. ca. 16. 37. & 38. & li. 6. ca. 10. & li. 12. ca. 31. 32. 33. & 34.
e Victor. in ep. ad Epiſcopos in Alexandria conſtitutos, in c. 8. apo. Beda, lib. de natu. rerum c. 60. variáſque eius obſeruationes colligit Brunus li. 6. de cæremo. c. 4.
f Sigiſmũd. in comment. rer. Moſcouita.
g Niceph. Calix. lib. 1. Hiſto. c. 28.
h c. literas, de celebr. Miſſar. De rationibus mixtionis, Cypria. lib. 2. epiſt. epiſt. 1. ca. in ſacramentorũ. de cõſe. diſt. 2. in Conc. Flor.
i Lucæ 22.
k c. pen. de celeb. miſſ. ca. in quadam, eod.
l Ang. de Clauaſ. in ſumma, in verbo, Euchariſtia, nu. 20.
m Ioan. 6. c.
n Lucæ 24.
o Actuũ, c. 2.
p Seſſio 5. ca. 3.

tas [a], ſub vtraque ſpecie communicationem Euchariſtiæ fieri, quandocunq; in anno quis voluerit, dummodo confeſſus fuerit ſaltem in die Paſchatis. Item noui pueris & ſeptemnibus & infantibus apud aliquos Euchariſtiam porrigi, ſaltem per guttam vini. Verùm hoc alienũ à Catholica doctrina. Quamuis & indultum ſit cõcilio Baſilienſi Boëmis, promiſcuus vſus Euchariſtiæ ſub ſpecie vtraque panis & vini, vbi is mos iam inoleuiſſet: ea tamen lege, ne diuerſum vſum improbarent, néve ſe ab eccleſia catholica in cæteris ritibus, dogmatibúſque ſeiungerẽt [b]. Atque inibi, contrarium huic priuilegio morẽ eſſe eccleſiæ catholicæ dicitur, qui & ſeruari mandatur [c]. Sicut & in concilio Baſilienſi [d], vbi declaratur hæreticum eſſe dicere dominum præcepiſſe fidelibus omnibus ſub vtraque ſpecie communicare,
7 idipſúmque concilio firmatũ Tridẽtino [e]. Forma conſecrationis iſtius ſacramenti eſt in conſecratione corporis, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur in remiſſionem peccatorum: in conſecratione ſanguinis ſacroſancti, hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum [f]. Quibus verbis à ſacerdote prolatis ſo-
8 ciantur ima ſummis [g]. Perſonæ ſeu miniſtri qui conficiunt, eſſe debent ſacerdotes, aliis nõ licet [h], nec quidẽ laicis cõtrectare [i]. Nec hodie, quemadmodum aliquando [k], menſæ dominicæ aſſiſtẽtes, corpus & ſanguinem manibus propriis accipiunt. Sacerdos irregularis tamen, aut interdictus, ſuſpẽſus ab ordine, excõmunicatus, ſymoniacus, ſciſmaticus, depoſitus, publicus & notorius peccator, degradatus conſecrare non debent de iure: Si tamen de facto indebita materia conſecrent cum debita intentione & forma, conficiunt corpus domini [l]. Non enim diſpenſatorum ſeu miniſtrorum meritis augetur ſacramenti virtus, nec per eorũ vitia deſtituitur virtute [m]. Ceterùm perſonæ, quæ ſumunt Euchariſtiam, & diligenter præparatę, & alioquin indignæ eſſe poſſunt. Sumunt enim omnes cuiuſcunque generis ſint, qui manducant, verum corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti, dum poſt conſecrationem manducant. Verumtamẽ exitu & effectu inæquali. Nam qui ſe ad tantum beneficium diſponunt, præparant, & probant, ad ſalutem accipiunt æternam: alij autem in interitum [n]. Atque in eo quod dominus Iudæ Euchariſtiam porrexit, exemplum ſingulare eſt, non eſſe eam negandam peccatoribus occultis, ſi petant [o]. Si tamen publicè ſceleſtiſſimè deliquerint, ſtatim vbi petunt non eſt concedenda [p], vt nec hiſtrionibus [q], niſi poſt peractam confeſſionem, & pœnitẽtiam excepta neceſſitatis mortis cauſa, in qua morientibus pœnitentibus non eſt neganda [r], etiamſi excommunicati ſint, dummodò ſatisfecerint [s]. Imò & in Maguntinenſi concilio placuit, furca ſuſpendendis in ſcelerum ſuorum pœnam, de peccatis ſuis omnibus puram confeſſionem facientibus, non denegandum ſi petant [t], quod & ad alios reos, vltimo damnatos ſupplicio, porrigitur [v]. Vterque ſexus, & omnis ætas hoc ſacramentum ſuſcipere poteſt Chriſtianorum: imò adulti tenentur ſaltem ſemel in anno ſumere [x], dummodò rationis habeant iudicium. Siquidem iis negatur tempore amentiæ, ſi antequam in eam inciderint, illud præparati non petierint, vel in dilucidis interuallis: his enim caſibus concedi poteſt, ſi nihil aliud prohibeat, veluti ſi de euomitione metuatur [y], vel alia ſimilia vetent. Ætas porrò adultorum dicetur legitima ad communicandum ſacramentaliter, quæ iudicium habet diſtinguendi & dijudicandi, ſacramentum hoc corporis & ſanguinis domini ab alio cibo quotidiano, ſéque probandi [z], dum credat ſub ſpeciebus panis latere verum corpus & ſanguinem dominicum. Sic quemadmodum malitia: ita & prudẽtia ſupplet ætatem [a]. Et puerorum impuberúmve quædam ſunt delicta, quæ animaduerſionem aliquam exigunt [b], etſi ea non ita ac in maioribus ſeuera [c]. Infantes tamẽ, pueróſque olim, quod ex ſacramento reſiduum erat ex populi ſumptione comediſſe, non tamen ſacramentaliter, patet, in orientali eccleſia, ob puritatémque vitæ fragmẽta illis conceſſa [d]. *Conſuetudo*, inquit Nicephorus [e], *à multo tempore imperanti vrbi Conſtantinopoli fuit, vt cùm pluſculum de partibus immaculati diuinique corporis domini, & Dei ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti reliquum eſſet, ſacerdotes pueros ἀφθόρους incorruptos, ex eis qui ad præceptores in ludum literarium eunt, accerſerent: qui ieiuni reliquias eas ederent. Quod quidem mihi*, inquit Nicephorus, *ſæpenumero cùm puer admodum eſſem, & maximè à prima ætate in ſacris ædibus verſari ſtudio haberem, contigit.* Narrat & ſtatim quod ſub Mena epiſcopo Conſtantinopolitano euenit, *Accidit*, inquit, *vt filius Iudæi inter alios ex ſchola rediens ex his acceperit, & patri vitrario moræ cauſam reddens expoſuerit. Quò percitus ira Iudæus, in furnum vitrorum ardẽtem miſit, & clauſit, vt combureretur: & poſteà cum quæreretur à matre redeunte de ciuitate, per tres dies illa exquirente à patre cum lachrymis: filius matrem audiens ex fornace reſpondit. Qua aperta, inuentus eſt inter ignes illæſus, vnde eductus, ad Iuſtinianum ductus cum matre, Chriſtianus factus, pater autem Chriſtianiſmum renuens, vt parricida de ficu ſuſpenſus eſt.* Porrò quicunque voluerit ſacramentaliter ſalutiferè ſacroſanctum domini corpus ſuſcipere, confiteri debet peccata, & iniunctã implere pœnitentiam. hoc eſt, ſe probare num dignè & deuotè accedat & reuerenter [f], debétque eſſe ieiunus, qui à media nocte nihil comederit [g], excepta cauſa infirmitatis, quæ mortem minatur, in qua ne ſine viatico moriatur infirmus, etiam à cibo rectè communicat corpori & ſanguini domini [h]. Sic & à pollutione nocturna externa & cui conſenſerit, alienus [i]: & à venere [k], vt & Tibullus [l].

*Vos quoque abeſſe procul iubeo, diſcedat ab aris,*
*Cui tulit heſterna gaudia nocte venus.*

Et Iuue. [m] *Ille petit veniã quoties nõ abſtinet vxor*
*Concubitu, ſacris obſeruandiſque diebus.*

Quemadmodũ nec licebat panẽ ſanctũ aut propoſitionis, antiqua lege mãducare laicis, nec niſi mundis maximè à mulieribus, vt habetur. 1. Reg. c. 21. Non ſit item excommunicatus, nam & hic à communione ſacroſanctę mẽſæ repelli debet [n]. Sumat à miniſtro idoneo, ſcilicet à ſacerdote [o], eóque proprio [p], vel ab eo cui ipſe conceſſit, vel epiſcopus, à quo procedunt literæ, quas vocant de regendo: videlicet quando curio per ſe non poteſt ſacramenta conſecrare, puta, quia abſens, vel nondũ ſacerdos factus: nam tunc vicariis tẽporalibus hæc cura committitur. Poteſt & ſumi Euchariſtia à proprio Epiſcopo, & proprio Archipresbytero [q], excepta cauſa neceſſitatis: quo caſu, & diaconus, & religioſus, & laicus, præbent cõſecratã, imò & qui Euchariſtia eget per ſe tũc ſuſcipere poteſt [r]: ab hæretico autem [illegible]quam [s]. [illegible]ſcipien

a Sigiſmũdus. libr. de rebus Moſcouit.
b Marti. Chromerus li. 2. de reb. Polon.
c Conci. Conſtant. ſeſſ. 33.
d Conci. Baſil. ſeſſ. 30.
e Conc. Trid. ſeſſ. 6.
f Matth. c. 26. D. Lucæ 22. D. Marci, 24. D. Ioan. Euang. c. 11. c. cum Marthę, de celebr. miſſ. lib. 3. Decret. c. 41.
g can. quid ſit, de conſ. diſt. 2.
h ca. perlectis, 25. diſt. ca. diacones, ca. peruenit, ca. præſentes, 93. diſt.
i Niceph. Caliſt. li. 6. Hiſto. eccle. c. 9. & li. 13. cap. 7.
k c. peruenit, de conſ. diſt. 2.
l Ang. Clauaſius in ſum. in verbo euchariſtia, 2. num. 2. ex Richardo, in ca. 4. diſt. 13.
m can. multi, 1. q. 1.
n 1. ad Cor. 11. can. ſancta, ca. ſicut Iudas, & ca. quid eſt, & ca. qui mãducat, de conſe, diſt. 2. ca. quotidie, can. qui ſceleratè, can. qui diſcordat, eod.
o ca. non prohibeat, & can. ſicut Iudas, de conſec. diſt. 2. ca. aduerſitas, 7. q. 1.
p ca. pro dilectione, de con ſecr. diſt. 3. ca. in actionẽ, de pœn. diſt. 1.
q ca. pro dilectione, & ca. 2.
r ca. pœnitentis, 50. diſt. ca. virgines, 27. q. 1. ca. ſi quis hæreticè, 1. q. 1. & can. in primis, 2. q. 1. ca. accuſatores, 46. di. can. ſi quis de corpore, & ſequent. 26. q. 6.
s ca. tanta, 86. diſt.
t ca. quæſitum 13. q. 3.
v in Clem. de pœn. & remiſ. cap. pœnitentes, 26. q. q. ſi. ca. 26. q. 7. ca. pro obeuntibus, 13. q. 2.
x c. omnis, de pœn. & remiſ.
y can. his qui, 26. q. 6.
z ſic enim D. Paulus exigit, 1. ad Cor. 11.
a can. de illis, in 2. & c. ſi. de deſpon. impu. l. 3. C. ſi minor ſe maior. dixe.
b c. 1. de delic. puero. l. 1. C. ſi aduer. delict. l. impunitas. C. de pœn.
c c. 2. de delict. puero. l. auxilium, §. etiam, de minori. l. ſi ex cauſa, iudi. ca. eod.
d can. paruuli, de conſ. diſt. 2.
e Niceph. Caliſt. li. 17. eccl. Hiſt. c. 25.
f 1. ad Cor. 11. ca. tribus gradib. & ca. illo, de conſ. diſt. 2.
g ca. liquido, de cõſ. diſt. 2. can. nihil, 7. q. 1. ca. ex parte, de celeb. miſſ.
h can. presbyter, de conſec. diſt. 2.
i can. non eſt, diſt. 6. ca. quiſquis, 14. q. 1.
k vide ca. omnis homo. de conſec. diſt. 2. ca. ſciatis, 33. q. 4.
l Tibullus, lib. 1. epiſt. 2.
m Iuuenã. Satyr. 6.
n ca. Engeltrudam, 3. q. 4. c. nulli, de ſent. excom. c. illud, de cle. excommu. ſunt, 2. q. 7.
o ca. peruenit, de conſ. diſt. 2.
p Cle. religioſi, de priuil.
q c. 3. de offic. archidiac.
r vide Panor. in ca. quanto, de conſuetu. Angel. Claua. in ſumma, in verbo Euchariſtia, in nu. 33. & in verbo excõmunicatio, 5. in 12. caſ. nume. 5.
s ca. cœpit. 24. q. 1. ca. ſi quis dederit, eod.



9 Suſcipienda autem ſecũdum morem & præſcripta eccleſiæ Catholicæ: & certè, ſi quis eſſet omni die probatus, vtile & laudabile eſſet quotidie ſuſcipere [a]. Verùm quia non niſi cũ reuerentia & ſumma cum probatione quis ad tantum myſterium accedere debet, nec ſi abſtineat quis à quotidiano eius vſu vituperandus eſt [b]. Qui indignè enim ſumit, iudicium ſibi manducat, & bibit [c]. Sunt & aliquando animæ malè diſpoſitæ: & illis melius ſe habentibus, interdum corpora probè diſpoſita non ſunt. Ideo in dubio ſubuerſionis ſtomachi ſeu vomitus non eſt præbenda Euchariſtia, & peccat ſceleſtiſſimè qui tũc ſumit & vomit: is quoque qui infirmus, nauſeam patiens, accipit [d]. Et proinde quoque ſani qui ſuſceperint tantum hoſpitem Deum & hominem, à crapula & vino, maximè quo tẽpore receperint, abſtinere debent, nec ſtatim ad alias eſcas accedere [e]. Maximum piaculum eſt, permittere in terram ſacroſanctũ hoc myſterium etiam ſine malitia per negligentiã cadere [f]. Quod & de ſanguine ſit dictum. Et presbyter, qui negligenter cuſtodierit vel fuderit, 40. diebus pœnitere debet [g]. Narrat Nicepho. Calix [h]. mulierẽ quandam Macedonianæ hæreſis, noluiſſe in eccleſia fidem cũ viro ſectari, atque myſteria Euchariſtię accipere: monitam tandem à marito nunquam cum ea ſe concubiturum, ni cum eo ad ſacram communionem veniret, illam ſe facturam ſimulaſſe, & vnà cum eo in eccleſiam veniſſe, & donum, id eſt, Euchariſtiam, vt alios accepiſſe: verùm inclinando ſe perinde atque orationi vacaturam, Euchariſtiam occuluiſſe, & allatum ab ancilla panem cõmunem pro ea accepiſſe: tamen vbi ori admouiſſet, in lapidis naturam induruiſſe, nec atterere potentem, delictum faſſam, reſipuiſſe. εὐχῖται hæretici, qui ita dici voluerunt, quaſi peccatores vel ἐνθουσιασταί, hoc eſt, afflati numine, vel potius dæmone, ab eccleſiaſtica communione non ſe abſtinuerunt, nihil prorſus vel prodeſſe vel obeſſe diuinam eſcam dicentes [i]. De qua tamen dominus noſter Ieſus-Chriſtus dixit, *qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, viuet in æternum.* In eccleſia itaque non fuit datum mãdatum quotidie communicandi, ſed communicandũ in tribus feſtiuitatibus præcipuis, paſchæ, pentecoſtes, natiuitatis domini [k]: vel ſaltem in feſto paſchatis [l] ſemel in anno. Imò nec ſacerdotes ſingulis diebus tenentur neceſſariò liturgiam peragere, & ita communionis Euchariſtiæ participes eſſe [m]: exceptis iis qui ſacerdotia curam animarum habentia poſſident, qui ad minus tenentur feſtis diebus celebrare, & miſſas perficere, vel per alios populo de his ſatisfacere [n] debetque quilibet ſacerdos quãtum frequentius poterit, miſſam per-
10 agere [o], ſemel tamen tantùm in die [p]: excepto die natalis domini, quo tres dicũtur ab eodem, prior media nocte, altera in aurora, tertia hora debita, ſeparatim vel ſimul. Excepto etiam caſu neceſſitatis [q]. Fuit autem Teleſphorus, qui temporibus Antonini Cæſaris ſedit anno dominicæ ſalutis 139. teſte Euſebio [r], qui vt ter in die natiuitatis domini miſſa celebraretur, ſtatuit [s]. Item ſacerdos extra cauſam neceſſitatis non niſi ieiunus ſacrificare debet ex decreto Soteris Papæ noni, qui ſedit anno domini 163 [t]. Idipſum etiam cautum concilio Carthaginenſi [v], aliter excommunicationi ſubiacet [x], & depoſitioni beneficiorum [y]. Non poteſt autem hoſtia propoſita miſſam peragere niſi conſecret, & ſi fingat & verè non conſecret, grauiſſimè peccat [z]. Etenim populum decipit, dum hoſtiam non conſecratam adorat [a]: Nec miſſam dicet, niſi accenſo lumine [b], nec ſine conſuetis ſacris veſtimentis, alba, cingulo, manipulo, ſtola ſeu oratio, caſula [c]. Sancta enim erant veſtimenta, non communia etiam in lege antiqua, quibus ſacerdotes vtebantur, quæ poſt ſacrificium, in gazophylacio relinquebant [d]. Miſſa ſeu oblatio, & ſacrificium, & diuinum officium in eccleſia ex patrum inſtitutione, in ſacro altari fieri ſolitum. Huius partes eſſentiales ſunt, con- 11
ſecratio corporis & ſanguinis domini Ieſu-Chriſti (quam veteres myſticam benedictionem appellarunt) & oblatio. Accidentales ſunt ceremoniæ, quibus conſecratio ipſa & oblatio ritè perficiuntur, vt orationes, benedictiones, gratiarum actiones, oſcula, manuum expanſiones, eleuationes, complicationes, genuflexiones, ſignacula crucis, communio, memoriæ ſanctorum, ſalutationes, reſponſiones, oblationes, & alia his ſimilia: quæ partim ab apoſtolis tradita ſunt, partim ab eorum ſucceſſoribus SS. patribus, de quibus cõſule Brunum lib. 2. de ceremoniis c. 1. & 2. Antididagma eccleſiæ Colonienſis c. 31. Durandum toto lib. 3. Rationalis diuinorum officiorum. Sunt & myſteria quæ in ſynaxis ſumptione, explicat D. Dionyſius Areopagita lib. de eccleſiaſtica Hierarchia c. 3. Extant hodie liturgiæ DD. Iacobi, Chryſoſtomi, Baſilij, in quibus ceremonias prope eaſdem obſeruare licet, quæ nunc ſunt. Caue- 12
re autem debent ſacerdotes, ne miſſam, quę pro quiete animarum defunctorum dici ſolet, pro viuis eo animo celebrent, vt è vita eximantur. Nam hoc nefarium duxit concilium Toletanum 17. Et hoc agentes gradu deponi iubet, & ergaſtulo perpetuo cõſtringi, & carcerari [e]. Abutitur enim ſacramento, quod in ſalutem hominum donatum eſt, qui in perniciem conuertere nititur. Et proinde etiam is qui ſuper rebus aptis ad facienda ſortilegia, vnam vel plures miſſas ſcienter celebrauerit, adhibitis nefariis precibus, & verbis ſuperſtitioſis, grauiter puniendus eſt [f]. Debent & ſacerdotes & ſibi hoc ſacramentum accipere, & aliis gratis præbere [g]. Quia effectus tanti ſacramẽti mirabiliter confert Chriſtianis, & viaticum eſt decedentium & viuentium: ideo placuit etiam conſecratum perpetuò in templo ſeu eccleſia, loco mundo & ſignato, cõſeruari, vt egentibus illo, vel adorandum ſeu ſpiritualiter manducandum offeratur, vel ſumendum exhibeatur ſacramentaliter [h].

a can. ſi quotieſcunq;, ca. nõ iſtæ, de cõſec. diſt. 2. can. iteratur, & ca. vtrum, de cõſec. diſt. 2.
b c. ad eius vero concubitũ, ſ. diſt. ca. quotidie, de conſecr. diſt. 2.
c 1. ad Cor. c. 11.
d c. ſi quis per ebrietatẽ, de conſec. diſt. 2.
e c. tribus gradibus, de conſecr. diſt. 2.
f c. interrogo, 1. q. 1.
g c. qui bene, & c. ſi per negligentiam de conſ. diſt. 2.
h Niceph. Calix. lib. 13. c. 7.
i Niceph. Calix. li. 11. c. 14.
k can. etſi non frequẽtius, & can. ſi quis intrat, de cõſecrat. diſt. 2.
l c. omnis vtriuſq;, de pœni. & remiſſ.
m c. quotidie, de conſe. diſt. 2. debẽt enim celebrando, corpus & ſanguinem Domini ſumere ex Cõcilio Toletano, 12. c. relatum, de cõnſec. diſt. 2. vbi pœna non facientis.
n c. 1. de cele. miſſ. can. dolentes, eo.
o c. ſignificatum, de præb.
p c. ſufficit, de conſecr. diſt. 1.
q c. cõſuluiſti, de celeb. miſſ. vbi gloſ. caſus neceſſitatis, quib. qs duas miſſ. peragere poteſt, annot.
r Euſeb. lib. 4. hiſt. eccl. c. 10.
s in decretis Teleſphori ap. Iſidor in 1. to. conciliorum.
t in epi. Soteris 2. ad epiſc. Italiæ, in to. 1. Concil. c. illud diuinũ, 7. q. 1.
v can. ſacramẽta, de conſecr. diſt. 1.
x c. nihil, 7. q. 1. c. ſi conſtiterit, de accuſa.
y c. ex parte. de celeb. miſ.
z c. de homine de celebr. miſſ.
a vt in c. ſane, de ce. eb. miſ.
b c. ſi celebr. miſſ.
c arg. c. eccleſiaſt. 23. diſt. ca. vinum. 95. diſt. c. epiſcopus. 11. q. 3. c. degradatio, de pœn. in 6.
d Ezech. 44. vide de veſtib. ſacerdotis miſſam celebrãtis, Durãdum lib. 3. rationalis diuinorum officiorum.
e can. quicunque, ſacerdotum, 26. q. 5.
f d. c. quicunque vide de hoc Ioannem Bernardum Diaz, in pract. crim. can. c. 39. Paulum Boillandi tract. de ſortil. q. 14.
g In Concilio Conſtant. 6. c. 23. & in c. nullus, 1. q. 1.
h gl. in c. ſanè, de celeb. miſſ. in c. 1. de cuſt. Euchar. libr. 3. Decret. tit. 42. In Conc. Trident. ſeſſio. 3. can. 6.

## De extrema vnctione.
## Cap. 7.

1 *Extrema vnctio quare ita dicitur.*
2 *Origo vſus eius.*
3 *Materia & forma ſacramenti huius.*
4 *Effectus ſpiritualis, medicina peccatorum.*
3 *Quæ ſint perſonæ, quæ inungant, & quæ inungantur, & quo loco.*

EXtrema vnctio dicta eſt, quæ morituris 1
mox ſecundum hominum iudicium, datur, ideo extrema: non tamen extrema ratione conceſſionis, quia & reperi poteſt conualeſcentibus ægrotis, & iterum ad mortalem ægritudinem recidentibus. Vſus ſa- 2

cramenti huius extremæ vnctionis,à tempore D.
Iacobi Apoſtoli in eccleſia remanſit Catholica,
*infirmatur*, inquit ille [a], *quis in vobis,inducat preſ-
byteros eccleſiæ, & orent ſupra eum,vngentes eum oleo
in nomine Domini, & oratio fidei ſanabit infirmum,
& alleuiabit eum Dominus : & ſi in peccatis ſit, re-
mittentur ei.* Sic Innocentius pp. [b] *Vnguantur ægro-
ti fideles,ſecundum inſtitutum D. Iacobi oleo ab epi-
ſcopo conſecrato : pœnitentibus denegetur, quia & a-
lia ſacramenta denegantur.* Et in ſynodo Cabillo-
nenſi [c], ſecundum Beati Iacobi Apoſtoli docu-
mentum:cui etiam præcepta patrum conſonant,
infirmi, oleo quod ab epiſcopis benedicitur, à
preſbyteris vngi debent. Sic enim ait, *infirmatur
quis in vobis, &c.* [d] Et Beda quoq; ægrotos inun-
3 gi oleo conſecrato ſolitos, docet [e].Inſtituítque
Carolus Magnus [f], vt preſbyter in ampulla oleũ
ferat ad vngendos infirmos. Qui non crediderit
hanc extremam vnctionem eſſe ſacramentum,
anathema ſit ex Concilio Tridentino [g].Materia
iſtius ſacramenti,oleum eſt oliuarum. Forma o-
ratio quæ exprimit inter vngendum quod ſit: vt
per iſtam vnctionem, & piam ſuam miſericor-
diam indulgeat tibi Deus, quicquid peccaſti per
4 viſum,per auditum,&c.in aliis ſenſibus.Effectus
namque principalis huius ſacramenti, ſpiritalis
medicatio:contra peccatum inquam veniale, &
defectus quibus homo ſpiritualiter infirmatur &
deiicitur à perfecta virtute vitæ,gratiæ, vel glo-
riæ.Non autem contra mortalia peccata,vel con-
tra originale conceditur. Nam ibi potius opus
eſt reſurrectione, quàm medicina [h]. Mouet ta-
men gratia illa infuſa vnctionis, liberum arbi-
trium ad contritionem, & ex conſequentia, ad
conſequendam peccati mortalis veniam efficax,
5 diminuítque eius pœnam.Perſonæ quæ inũgunt,
ſunt ſacerdotes [i],cum clerico,vel ſine illo ſoli [k],
quæ inunguntur, ſunt ægroti, & in partibus ſen-
ſualibus,ex quibus origo peccati : vt iniunguntur
oculi,pro viſus peccato : aures, propter auditum:
nares, ob odoratum:os, propter guſtum:manus,
propter tactum.qui in pulpis digitorum maximè
viget:renes vel pectus, propter appetitum : pro-
pter motum pedes. Inunguntur porrò ægroti
morbo naturali,non caſuali,nec amentes [l].

a D. Iacob.c.5. can.presbyteros ; § prohibitio,95.diſt.c. vnico, de ſacra vnctio.
b Innoc. Pap. epiſtol.ad Decentium epiſ. c.8.
c In Concilio Cabillon.cap. 48.
d D Iacobi 5.
e Beda lib.2.c. 6.in Marc.
f libro 1.de ll. Francor.c.156.
g Conci.Trid. ſeſſio.4. in canonib.de ſacr. extremæ vnct. c.1.2.&3.
h vide quę tradit Viguerius. in Inſtit.Theolog. can.16.de extre. vnctio. verſ.2.3.4.
i ca.quæ ſunt, de verb.ſig. c. illud ſuperfluum 95. diſt.
k c.queſiuit,c. 14. de ver.ſig.
l Angelus Claualius in Summa, in verbo vnct.extrema, num.4.

## De Pœnitentia. Cap. 8.

Lib.5.Decretal.tit.38. In Decreti 3. parte de pœnitentia.

1 *Pœnitentiæ nomen quid contineat, & quomodo vt ſacramentum definiatur.*
2 *Pœnitentiæ diuiſio in eam,quæ Dei & quæ hominis: Item ſubdiuiſio pœnitentiæ hominis, in veram & falſam : & veræ, in publicam ſeu ſolemnem & priuatam.*
3 *Pœnitentiæ materia & res,peccata,&c.*
4 *Partes pœnitentiæ,contritio,confeſſio,ſatisfactio,abſolutio,&c.*
5 *Contritio quid,& quæ ad eam pertinent.*
6 *Confeſſio quæ, & quibus facienda : item & diuiſio in ſacramentalem,& non ſacramentalem.*
7 *Cui confitendum ſit , & quando laico quis poſſit confiteri.*
8 *Fuiſſe ſemper & priuatam auricularem confeſſionem cum publica, docetur & numero 10. vbi de publico pœnitentiario.*
9 *Rationes confeſſionis inductæ.*
11 *Vis & effectus pœnitentiæ.*
12 *Quatuor quæ veram confeſſionem impediant cauenda,pudor,timor pœnæ,nimia ſpes,deſperatio: Et de partibus audientis Exomologeſim.*
13 *De ſilentio Exomologeſes audientium,quod eas non detegant:Et de pœna reuelantium confeſſiones.*
14 *De duplici ſatisfactione propitiatoria,ſeu reconciliatoria & canonica.*
15 *De abſolutione & forma eius, & peccatis reſeruatis abſolutioni ſuperioris.*
16 *De indulgentia pro gratia.*

POenitentia generalis ſua appellatione 1
continet id omne,quod contrariũ priori
ſententiæ diſplicet, ſiue ea bona, ſiue
mala ſit. Sic dicit Cicero in Epiſtolis,*ſuæ quemque
fortunæ pœnitere.*Et Iuuenal [m].

*---- quid tam dextro pede concipis,vt te
Conatus non pœniteat,votique peracti?*

Dehinc dicũt pœnitentiam accipi pro virtute : &
definiunt [n], vt ſit habitus electiuus in voluntate
exiſtens,quo quis dolet de peccatis præteritis,cũ
intentione & propoſito remouendi quod inde
ſequitur, nempe Dei offenſam,& reatum pœnæ:
quod vt aſſequatur,remedia à Deo propoſita ex-
quirit.Tertiò dicitur pœnitentia,prout eſt ſacra-
mentum nouæ legis,ſignum ſenſibile,ſiue imago
ſacræ rei,ſcilicet remiſſionis peccatorũ,per con-
tritionem,confeſſionem,& ſatisfactionem ſenſi-
bilem,ac etiam per abſolutionem cauſa eius exi-
ſtens [o] ,*Oportebat Chriſtum pati,& reſurgere tertia
die à mortuis*, vt ait D.Lucas [p]. Sicut & monebat
D.Ioannes Baptiſta,*Pœnitentiam agite,quia appro-
pinquauit regnum cœlorum* [q].Etenim oportuit pœ-
nitentiæ hoc remedium poſt tam grauia morta-
lia,vt acritudinem ſaponis ad maculas eluendas
accedere. Peccatum enim cùm conſummatum
fuerit, generat mortem [r] ; *niſi autem pœnitentiam
egeritis*, inquit Dominus, *omnes ſimul peribitis* [s].
Fracta enim naui in mediis fluctibus maris, ſalu-
tis vna ſpes in tabulis diſſolutis reſidet,vt naufra-
gium vitemus.Talis eſt pœnitentia,quæ poſtquã
naufragium à baptiſmo purificati delinquendo
fecimus,ſupereſt,vt citò eam arripiẽtes,ſubmer-
ſionem vitare poſſimus [t]. Ita verè ſacramentum
hoc [v] nec vllo modo differendum, niſi perire o-
mnino velimus. Atque ideo ſtatim vbi peccauit
Adam,Deus eũ paradiſo eiecit ad agendam pœ-
nitentiam [x].Neſcimus qua hora fur venturus ſit,
nec qua hora Dominus veniet. Mortuus autem
ſine pœnitentia omnibus certè lachrymis deplo-
randus,quia omnino mortuus [y], vt Dauid plo-
rabat vehementius Abſalonem, *Abſalon fili mi,
fili mi Abſalon* [z]. Sic tempus peccantium & pœ-
nitentiæ exprimitur in pſalmo captiuorum [a],
*ſuper flumina Babylonis,illic fleuimus & quieuimus,
dum recordaremur tui Sion, ſuſpendimus organa
noſtra* : Et additur,*beatus qui tenebit,& allidet par-
uulos ſuos ad petram*, hoc eſt, qui infirmas & lu-
bricas cogitationes elidet ad Chriſtum. Fidei
confeſſio hoc etiam in ſe continet, nempe cre-
dere vnum baptiſmum pœnitentiæ in remiſſio-
nem peccatorum [b]. Ante pœnitentiam non da-
tur à Deo miſericordia peccatori [c].Et vt hæc fa-
cilius tradamus, & diſtinctionem adhibebo eo-
rum quæ poſſent remorari diſcentes.Pœnitentia 2
itaque inuenitur in vtroque diuino & humano
iure,Dei & hominis:Dei pœnitentia eſt [d], mu-
tatio eorum quæ iam fecerat vel ſtatuerat : non
quòd ideo more noſtro Deus pœniteat, vel im-
probet quod fecit,vt malum:ſed quia ſecundum
ea quæ prænouerat fieri debere , & pro [illegible] do
occurrrentis cauſæ , ea quæ iam fecit, [illegible] ut

m Iuuen.Saty. 10.
n Vigueri. in Inſtitut.The c.16.§.1. de cro.pœn.
o Viguer. vbi ſup.
p Lucæ,c.fi.
q D. Matthæi, c.3.
r Diu. Iacobi c.1.
s D. Lucæ c.3.
t in Concilio Trid.ſeſſio. 4. de pœn. c. ſecunda.de pœnit.diſt.1.
v in dicta 4. ſeſſio.de pœn. c.1. Cõc.Trid.
x Gen.3.
y D. Ambr. li. 2.de pœn.c. 11.
z 2.Reg.19.
a Pſal.156.
b Cyrillus Hieroſ. Cathe. 18. illuminato.
c can.quia ſanctitas,50.diſt.
d Gen.6.1.reg. 15.



mutat [a]. *Pœnitentia Dei*, inquit Tertullianus [b],
*nihil aliud intelligitur,quàm ſimplex conuerſio ſenten-
tiæ prioris, quæ etiam ſine reprehenſione eius poſſit ad-
mitti,etiam in homine,&c.* μετάνοια Græcis. Pœni-
tentia hominis,eſt vindicta ſemper puniens in ſe
quod dolet cõmiſiſſe [c],vel perpetrata mala plan-
gere,& plangenda non perpetrare, & quaſi pœ-
nam ſemper ſuſtinere,vel tenere [d].Hominis rur-
ſum pœnitentia, alia falſa, alia vera. Falſa pœni-
tentia,cui nunquã indulgentia promittitur:vera,
cui nunquã negatur [e],quę peccato maculata red-
dit Deo accepta [f], & lapſos fortiores facit [g],re-
ſtituítque dignitatis officia [h].Falſam conſtituunt
pœnitentiam,rem alienam, per quam cõtractum
eſt peccatum,non reſtituere [i]:pœnitere ſe pœni-
tentiam egiſſe [k]:ſi non imponatur ex authoritate
patrũ,ſecundũ qualitatem criminũ [l]: ſpretis aliis
commiſſis peccatis, de vno ſolo pœnitentiã age-
re [m]:inter pœnitendũ animũ non pœnitendi non
deponere [n].Vera pœnitẽtia hominis rurſum du-
plex,aut publica,aut priuata:& publica,aut ſolẽ-
nis, aut non ſolemnis:ſolemnis publica in capite
quadrageſimæ incipit,obſeruatis ſolemnitatibus,
de quibus in ca.pœnitẽtes,& ca.in capite,50.diſt.
ex Concilio Agathẽſi excerptis. Et hæc tã ſolen-
nis eſt, vt non niſi ſemel concedatur,nec reitere-
tur [o], niſi eſſet cõſuetudo quarundã eccleſiarum
iterari [p]. Neque illa etiam niſi pro maximis cri-
minibus publicis imponebatur [q].Neque clerico,
niſi depoſito,propter ſcandalum [r].Qui hanc pœ-
nitentiam peragunt, quandiu in ea ſunt, non de-
bent communicare,niſi in mortis articulo [s] :non
ſecularem militiam,vel pompam exercere [t],non
accuſare in curia ſeculari [v],non matrimonio iun-
gi [x],nec ad ſacros ordines promoueri [y].Publica
non ſolemnis erat pœnitẽtia,quæ fiebat ante fo-
res eccleſiæ cum face ſeu theda accenſa, & aliis
quibuſdam ſolemnitatibus, extra tamen tempus
quadrageſimæ, impoſita publicè : quia peccata
manifeſta,non ſunt occulta correctione purgan-
da [z]. Hæc imponi poteſt à ſacerdote, alia ſolẽnis
non niſi ab epiſcopo [a].Priuata pœnitẽtia eſt,quæ
nec ſolemnis,nec publica eſt,ſed priuatim impo-
3 nitur,& ſit.Pœnitentię res & materia circa quam
verſatur,ſunt peccata ſeu delicta pœnitentiũ, ſe-
cundum quorũ circunſtantiam pœna imponen-
da [b],adhibita conſideratione contritionis pœni-
tentis,& qualitatis,& ætatis delinquẽtis [c]. Sic ar-
bitraria,etſi à quibuſdam canonibus certa quædã
particularis ſit impoſita,& modus [d]. Veluti impo-
ſita pœna 15. annorũ, fornicanti cũ filia ſpiritua-
li [e] :decennij,matricidæ [f],& fornicanti religioſo
vel moniali [g]:ſeptẽnis,inuaſori eccleſiæ [h], & pro
inceſtu [i],pro vxoricidio [k],pro homicidio,adulte-
rio,& pro periurio [l].Quod tñ,& pro diuerſitate
periurij,etiã aliud recipit tẽpus [m].Eſt & ſeptennis
4 pro quolibet peccato mortali [n].Res autẽ ſeu ma-
teria,ex qua pœnitentia perficitur,contritio,con-
feſſio,ſatisfactio,abſolutio.Satisfactio,confeſſio-
ne diſponitur:ex cõfeſſione,pœnitentia naſcitur:
5 ex pœnitentia,Dei mitigatio [o].Contritio, cordis
eſt interna afflictio,& peccati cõmiſſi deteſtatio
cũ dolore & pudore : quod primũ requirit Deus
per Iohelem,*ſcindite corda veſtra,& nõ veſtimenta
veſtra* [p].Et Deus cor contritũ & humiliatum non
deſpicit [q].Ob hanc contritionem,qui pœniten-
tiam agit,paratus eſſe debet ad opprobria perfe-
renda,iniuriáſq; ſubeundas,nec cõmoueri,ſi quis
ei peccati ſui crimen obiiciat : Cùm enim ipſe ſe
accuſare debeat,quare alium nõ ſuſtinet arguen-
tem [r]?Signa externa cõtritionis internæ ſunt,hu-
miliatio,triſtitia,lachrymæ, cinis, ciliciũ,ieiunia,
& ſimilia.Hæc autẽ facile tolerat, qui conſiderat
grauitatẽ ſceleris,Dei magnitudinẽ quẽ offendi-
mus,lapſum quo affligimur ſi ante oculos ponat,
à quanta gloria deciderit, de quo libro vitæ no-
men ſuũ deleatur,ſe iam proximũ tenebris exte-
rioribus,vbi fletus & ſtridor dentiũ ſine fine, &
cætera quæ proſequitur D.Ambroſius [s].Pœni-
tentia huius tẽporis,dolor medicinalis eſt:pœni-
tentia alterius ſeculi,dolor pœnalis [t].Pars cõfeſ-
ſionis & quæ efficax valdè,eſt in corde contritio:
alia in ore cõfeſſio,in opere humilitas [v];id expri-
mi videtur apud Eſdrã [x],*Conuenerunt*,inquit,*in ie-
iunio,& ſaccis,& humus ſuper eos*,vide humiliatio-
nem & contritionẽ:*& ſeparatum eſt ſemen filiorum
Iſraël ab omni alienigena,& ſteterunt,& confitebãtur
peccata ſua,& parentum ſuorum.*Et dũ de baptiſmo
D.Ioannis Baptiſtæ,quod erat pœnitentiæ dictũ
baptiſma [y],agitur,apud D.Matthæum [z].Sic ſcri-
ptũ eſt , *Exibat tunc ad eũ omnis Hieroſolyma, & o-
mnis Iudæa,omníſque regio circa Iordanem,& bapti-
zabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua:*
Quia ſola contritio non ſufficit peccatorũ,ſi cõ-
feſſio contemnitur [a].*Dic*, inquit Deus *iniquitates* 6
*tuas,vt iuſtificeris* [b].*Et iuſtus eſt accuſatur ſui* [c].Con-
feſſio poteſt fieri peccatorũ, & Deo, & homini-
bus,& publicè,& priuatim.Verbum confiteri,eſt
fateri aliquid,& ideo ad plura extẽditur,quę quis
fateri poteſt.Porrò hìc confeſsio,eſt expreſsio &
detectio per os propriũ peccatorum propriorũ,
qua morbus latens,ſub ſpe veniæ aperitur.Et ex-
preſſius, non ſacramentalis, & ſacramentalis eſt
cõfeſsio:ſacramentalis pars pœnitentiæ eſt, actus
virtutis pœnitẽtiæ,quo ſpecialis,diſtincta & par-
ticularis ac volũtaria peccatorum quæ memoriæ
occurrunt,fit manifeſtatio,cũ ſubmiſsione ſacer-
doti poteſtatẽ clauiũ habenti facta, & cũ ſpe ve-
niæ ſiue ad remiſſionẽ conſequendam,& cũ pro-
poſito in futurum cauendi, & iniunctã pœniten-
tiã implendi [d]. Confeſſio publicè, corã omnibus
fit:& priuatim,ſacerdoti.Gręci tãtùm volũt Deo
faciendã confeſſionẽ, hos improbat eccleſia Ca-
tholica,& Deo & ſacerdoti fieri debere docet [e]:
vt & D.Iacobus [f]: *Confitemini alterutrum*, inquit,
*peccata veſtra.*Non tamen negandum eſt,quin &
Deo fieri cõfeſſio poſſit,ſed illa nõ eſt ſacramen-
talis:per quã legitima ſecundũ peccata,imponen-
da pœnitentia. In hac quippe confeſſione pœni-
tentiale iudiciũ [g],& iudex peccatorũ interuenit,
cui fit peccatorum expreſſio & detectio. Iudex
idoneus debet eſſe, quia ſententia à non ſuo di-
cta,non valet [h]. Debet itaque is eſſe talis ſacer- 7
dos,qui abſoluendi & retinendi peccata poteſta-
tem acceperit.Ideò mulier,quæ talem non acce-
pit, exomologeſim audire non poteſt [i]. Dehinc
erit ſacerdos proprius ſeu parochus [k], vel eius
licentia electus [l],vel ex facultate data ab Epiſco-
po [m],vel à iure, quo Prælatus ſibi eligere poteſt
inconſulto parocho confeſſorem idoneum [n]. In
caſu tamen neceſſitatis, & morte vrgente,ſi pre-
ſbyter haberi non poſsit, & alteri [o] etiam laico
confiteri licet, & ſocio [p]. Neque vt opinor, niſi 8
malitioſè quiſquã dubitauit hanc confitendi ſa-
cerdoti normam,in eccleſia Catholica obtinuiſſe
quoque cum confeſsione publica,ſi antiquorum

per

a ca. incõmutabilis,22.q.4.
b Tertull. li. 2. aduerſus Marcionem.
c c.quãuis cautè, §. hac authoritate , de pœn.diſt.3.
d c.2. de pœn. diſt.3.
e c.in tantum, §.fin.& c.inter hæc, in fin. de pœn.diſt.3.
f c. purgabit, 50.diſt.
g ca. quid eſt, cum 3.ſeq. ea. 50.diſt.
h c.quia ſanctitas,ea. 50.diſt. can.quanto,2. q.4.
i can.ſi res,14. q.6.
k ca. ſunt qui, 17.q.4.
l ca. falſas, de pœn.diſt.5.
m c.fratres,de pœn.diſtin.5.c. ſceleratior, §. his authoritatibus de pœn. diſt.3. vide gl. 1.in cap. quod quidã, de pœ.
n c. quod quidã, c.5. de pœ. & remiſſ. app. Greg.
o c.ſi quis poſt remiſſionem. 50.diſt. vide & ap. Niceph. li. 6.c.1.
p ca. nihil pro deſt, §.ex perſona, de pœn. diſt.3.
q c.in actionẽ, de pœn.diſt.1.
r arg.c.alienũ, & c.cõfirmandum,50.diſt.c. quæſiuum , de pœni. can.vlt. 26.q.6.
s ca.ſi quis, cũ 3.ſeq.26.q.6.
t c. contrariũ, de pœn. diſt.5. ca.ſi.50.diſt.
v can.aliud.11. q.1.
x cap. audiuimus 33.q.2.
y c. ex pœnitẽtib9, 50. diſt. c.3.4.5.ſeq.
z c.1. de pœn. & remiſſio.ap. Greg.c. ſi peccauerit, 2.q. 1. c.ego Berẽgarius . de conſecr.diſt.2.
a c.pœnitẽtis, & c.in capite, 50.diſt.c.accedẽtibus.de exceſſ. prælato. c.ſi. 26.q.6.c.1. & c. ſtatuim9, de maled. c.ſi. de his q. prop. fili.occid.
b c.2.de pœ. c. ſi quis, 15.q. 1. c.fin.23.q.5.c.1. de pœn.diſt. 1.
c c. Deus qui eccleſiam , de pœnit. c. tempora, 26.q.7.c. de pœnit. de conſecr.diſt.3. c. in actionẽ, de pœnit. diſtin.1.

d can.menſuram, de pœn.diſt.1. e can.ſi quis Sacerdos 20.q.1. f can.latorem, 33.q.2. g ca.deuotam, 27.q.1. h ca.de vno, 12.q.2. i ca.ſi pater,30.q.4. k c.admonere,33.q.2. l can.prædicandum,22.q.1. m ca.qui compulſus, cum 3.ſeq.22.q.5. n ca.hoc ipſum.33.q.2. o Tertull.lib.de pœn. p Iohel.c.2.& in c. porrò, §.facilius,& ca.ſi quis aliquando,can.quem pœnitet,de pœn.diſt.1. q Pſal.50.

r D.Ambroſ. tom.4.in Pſal. 37.ca.1.de pœ. diſt.2. can.1. & can.ſi Apoſtolus de confec. diſt.3.
s D.Ambro.li. ad virginem lapſam.
t D.Auguſt.in Pſal.57.
v can.perfecta pœnitẽtia, de pœn. diſt. 1.& c. perfecta pœnitentia , de pœn.diſt.3.
x 2. Eſdræ c.9.
y Actuum 19.
z D. Matthæi, c.3.
a can. voluiſſent, §. ex his, & c. menſurã, §.1.& 2.ſeq.de pœn. diſt.1.ca. quis aliquando,ea.diſt.
b Eſaiæ.43.
c Prouer.18.
d hãc finitionem & explicationẽ, vide apud Viguerium in Inſtitut. theolog. c. 16. de ſacra pœn. §.4.verſ.13.
e c. quidã, de pœn.diſt.1.
f Iacob. c. 1.5.
g c. omnis vtriuſq; de pœnit.& remiſſ.
h l.fin.ſi à non cõpet. iud. C. l. fi. de iuriſdi. omn. iud.in P. leg.2.de iudic. in P.
i ca. noua, de pœn.& remiſ.
k ca.omnis vtriuſque & ca. quod autẽ, de pœn.& remiſ. ca.ſacerdos, §. fi.de pœn.diſt. 5.c.1. & 2.9.q. 2.c. nullus, de paroch.can. 1. de pœn.diſt.6.
l d.ca. omnis. & in c. placuit, de pœn. diſt.6.
m c. 2. de pœnit.in 6.
n c.ſi. de pœn. ap.Grego.
o c.ſi presbyter & ca.agnouimus. 26.q.6.
p can.qui vult confiteri , de pœn.diſt.6. ca. quem pœnitet, de pœnit. diſt. 1. vbi adiicitur ratio.

perlegerit ſcripta, & ſine affectu animi iudicet: nam de ea meminit Clemens ex D. Petri doctrina, Dionyſius Areopagita epiſt. ad Demophylũ, Origenes in Pſal. 37. & 1. lib. περὶ ἀρχῶν, Cyprian. ſermo. 5. de lapſis, Nicephorus Carthophylax ad Nicephorum monachum, Baſilius in regula monacho. c. 21. ſeſſi. 4. Concilij Tridentini per totum
9 caput de ſacramento pœnitentiæ. Et certè eam induci valde hominum interfuit ad ſalutem. Superbiã quippè hominis conterit modus hic confitendi hominibus impoſitus à Deo, vt qui non erubuit Deũ offendere, cogatur homini pari ſuum delictum profiteri: vtque peccator ad veniam recurrens miniſterio hominis & abſolutionẽ conſequutus, ſecurus diſcedat: alioquin propemodũ deſperatione perdendus, dum ſibi non poteſt de venia ſecuritatem ſuadere, vt Cain qui de indulgentia deſperauit Gen. 4. vt & alij nimia ſecuritate bonitatis Dei, etiam pernitioſè errarent, & ſine conſcientia viuerent. Et poſtremò conueniens à ſacerdotibus adhibetur remediũ pro modo delictorum & circunſtantiarum, neque ſolui ſoluenda, vel retineri retinenda poſſent, ſine expreſſione illa. Expreſſio delictorum quoque eſt ſui accuſatio [a], coram ſacerdote ſponte facta, humilis [b], cum circunſtantiis peccatorum [c], ſine diuiſione (nempe ne quis vni ſacerdoti partẽ vnam peccatorum, aliam alij confiteatur, hoc enim im-
10 probatur [d]) integra, deliberata [e]. Putant aliqui auricularem confeſſionem, & ſecretam à tempore Nectarij fuiſſe inductam, quòd ille pœnitentiarios publicè inſtitutos in eccleſia ſuſtulerit. Quod certè falſiſſimum eſt: nam tunc erant & confeſſiones priuatæ, & ſi pœnitentiarij publici ſublati ſint ab eo: quod vt planum fiat, verba ipſa de ea re Nicephori & aliorum ſubiiciam. *A tempore Apoſtolorum,* inquit Nicephorus [f], *conſuetudo erat in omni eccleſia conſtitui presbyterum, vel id curabat Epiſcopus, qui ea dignitate erat, vt diceretur pœnitentiarius: ſiquidem ſeorſum quemque de peccato audiebat, priuſquam ad communionem admitteretur. Graue namque viſum fuit Epiſcopis, qui proximè poſt Chriſtum fuêre, in media plebe, veluti in theatro, noxam confiteri. Quod tamen abrogauit Nectarius tempore ſuo. Quo tempore quidam pœnitentiarius presbyter in Conſtantinopolitana eccleſia, mulieri adulteræ pœnitentiam facere iuſſit, vt orationi & ieiuniis vacaret. Quod vbi fecit, poſteà à Diacono qui cum ea concubuerat, ſe conſtupratam eſſe indicauit. Quod factum vbi poſteà plebs cognouit, indignè ſcelus id cum tanta eccleſiæ contumelia commiſſum tulit, maxima etiam calumnia ex ea re & criminatio aduerſus ſacerdotum ordinem increbuit: & Nectarius ob id Diacono dignitatem abrogauit, & deinceps populo adhuc in clericos indignato, Nectarius ne poſteà in eccleſia presbyter pœnitentiarius eſſet, ſuadentibus illis ſancit, & vt cuique permitteretur pro conſcientia & fiducia ſua communicare, & de immaculatis myſteriis participare, ſic enim fore vt eccleſia à contumeliis libera eſſet & immunis: Et ab eo tempore eccleſia in tali ſtatu permanſit Conſtantinopolitana, Ego verò,* inquit Nicephorus, *ea re eccleſiam priſca & veneranda grauitate excidiſſe, & ad arbitrarium inconſideratúmque atque negligentem morem prolapſam eſſe paulatim ab accuratiore diſciplina, & deſciſcere cœpiſſe, puto, æquum certè, atque credibile eſt minus anteà peccatorum fuiſſe, tum propter eorum qui confiterentur verecundiam, tum propter iudicum ad hoc conſtitutorũ diligentem inquiſitionem. Quanquam nunc quoque, ita vt ſors tulerit, & quandocunque cuique libitum fuerit, fiat.* Addit dehinc Nicephorus, publicum illum pœnitentiarium introductum, propter Nouatum potiſſimum, vt is non quereretur ſatisfactione nulla accepta pœnitentiæ, lapſos recipi in eccleſiæ communionem. Atque adhuc Romæ ſanctè illum pœnitentiarium durare, & in eccleſiis occidentalibus his verbis: *Epiſcopi Nouati reſiſtentes dogmati, eccleſiaſticum canonem ſecuti, in eccleſia qualibet preſbyterum pœnitentiarium conſtituerunt: vt ab hoc qui poſt baptiſmum peccarent, crimina ſua confeſſi, abſolutionem eorum obtinerent. Canon iſte in aliis quoque ſectis eſt ſeruatus, in eccleſiis verò occidentalibus ad hunc vſque diem obtinet: atque in Romana maximè, vbi quoque certus eſt pœnitentium locus, ſtant illi perinde atque iudicio damnati eſſent vultu demiſſo admodum lugentes: re autem diuina peracta, illi quidem ea ſacra non participant, quæ illis percipere fas eſt, qui ſacris ſunt operati: cum eiulatu autem, cum luctu multo, ſe ad pedes eius, qui rem diuinam fecit, præcipitant: directus deinde, qui tunc miniſterium eius ſortitus eſt, ad eos accurrit, atque itidem collacrimans ſe humi ſternit, tum reliqua eccleſiæ multitudo circunſiſtens, & ipſa flens atque lamentans, lachrymis repletur. Poſteà primus exurgit ſeu presbyter, ſeu epiſcopus, & illos ita iacentes ſurgere iubet, & per orationem eam quæ pœnitentibus conuenit precatus, vbi & audiuit, & dixit quæ opus eſt, eos omittit: atque illi pro ſe quiſque ſegregati à loco, pro eo atque eis iniunctum eſt, ſe macerat vel ieiuniis, vel vigiliis, frequentibúſque precibus reſipiſcentia, vel illuuiæ & delitiarum abſtinentia, vel aliis etiam modis, conſtitutum ſibi ab epiſcopo debitum perſoluit, à crimine abſoluitur, & ſimul cum aliis in eccleſia eodem iure & communione eadem conuentus frequentat. Hunc ritum iam inde ab initio ad hoc vſque tempus Romani epiſcopi habuêre [g], qui ab eis inde ad eccleſias omnes alias peruenit, præterquam ad Nouatianos, qui pœnitentiam etiam prorſus non receperunt.* Hæc Nicephorus, quæ ferè eadem reperies apud Sozomenum [h]. Porrò publicam illam pœnitentiam rectè obſeruatam in ſceleribus cognitis grauioribus, quibus offendebatur reſpublica Chriſtiana, laudandam eſſe nemo dubitat. Et Paulus Timotheum, vt eam imponat, monet [i], *peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant:* & ita vel pœnitentiam agere debent, vel extra eccleſiã debent eiici [k]. Memorabile illud de ea exemplũ D. Ambroſij. Cùm enim Theſſalonicenſis vrbis fures populus quoſdã comitatenſes principis Theodoſij occidiſſet, & ira percitus Theodoſius ſex millia hominum obuiantiũ occidi iuſſiſſet inaudita cauſa, & ſine delectu, & in eccleſiã more ſolito poſtea precaturus iret, D. Ambroſius ab ingreſſu eum eccleſiæ repulit, tanquã ſanguinariũ, nec per octo vel amplius mẽſes eò accedere permiſit, quin prius criminis pœnitentiam ageret, & ſanctionem edidiſſet, de non puniendis ſtatim quos ipſe iuſſiſſet occidi, & niſi poſt triginta
dies, per quos cuſtodiæ traderetur [l]. Vis eſt ma- 11
xima pœnitentiæ, quæ & reſipiſcere nolentes cogat, & vt Hermas [m] D. Pauli diſcipulus dicebat, *Pœnitentia ſenſus eſt magnus, & magna ſapientia: quoniam qui pœnitentiam agit, ſenſum magnũ adipiſcitur: ſentit enim ſe peccaſſe & feciſſe nequiter in conſpectu Domini, & recordatur intellectu quòd deliquit, & pœnitentiam agit, & amplius non operatur nequiter, ſed bene, & humiliat animam ſuam, & torquet eã, quia peccauit.* Sic clamat Dauid [n], cognoſcens peccati ſui pondus, *Bonum mihi Domin . quia me humi*

a Pſa. 31. ibi, dixi confitebor aduerſum me, &c.
b c. iniuſtum, 11. q. 3.
c c. 1. de pœn. diſt. 1.
d ca. 1. de pœn. diſt. 1. ca. cautus ſit, §. 1. de pœn. diſt. 5.
e vide Archidiac. in c. quis aliquando, de pœn. diſt. 1.
f Niceph. Calix. lib. 12. Hiſt. eccleſ. can. 28.
g de magno pœnitentiario Romano, quædam etiã tractamus, dum de diuerſitate perſonarũ eccleſiaſt. ratione iuriſdictionis agimus.
h Sozomenus li. 9. Hiſto. tripart. c. 36.
i 1. ad Timot. cap. 5. ca. ſed illud, 45. diſt.
k D. Matthæi, ca. 18. can. diſplicet, 23. q. 4.
l Niceph. Calix. lib. 12. c. 40. Theodor. li. 9. Hiſt. tripart. c. 30. D. Ambr. li. 5. epiſt. epi. 28. Cõſtitutio extat, in l. ſi vindicari, l. 20. C. de pœn. c. ſi quãdo, de reſcr.
m Hermas, li. 2. paſtoris, mãdato, ſeu c. 4.
n Pſal. 118.



*humiliaſti, vt cantem iuſtificationes tuas.* Nec pudet tunc fateri, quòd tacitam vitam adimeret. *Dixi,* inquit idem, *confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei* [a]. Per pœnitentiam apparet malefactum, remiſſis perturbationibus: ante enim improbus nec ſecum conſentire poteſt, neceſſe enim eſt tum propter naturam rationalem videre malum quodammodo verum, tum propter imaginationem perturbatam, plurimum ignorare ſecumque diſſidere, vt ait Proclus [b]. Quare Ariſtoteles [c], intemperantem neceſſariò non pœnitere, proinde eſſe incurabilem: *Quia,* inquit, *qui non pœnitet, incurabilis eſt.* Cyrillus, *Confitere,* inquit [d], *quæ perpetraſti, ſiue opere, ſiue verbo, ſiue noctu, ſiue interdiu.* Scribitur & in Thalmud Iudæorum [e]. *Si quis neglecta confeſſione mortem obierit, is iugiter culpæ ſtabit obnoxius.* Et ideò cautum inter præcepta Iudæorũ affirmatiua [f], חטאחם חחוטא ועשו סכל חטאה הארם וגור: ויחודו את לפני השם ויתוודם: שב איש או אשם ישוב אשר עשובי סחטאו, id eſt, *de peccato peccans conuertetur ad Dominum, & confitebitur: quia ſcriptum eſt* [g], *vir aut mulier, quæ fecerint peccatũ de omnibus peccatis hominis, &c.* & confitebuntur peccata quæ fecerunt. Sunt autẽ quatuor quæ, veram cõceſsionem impediunt, quæ cauenda ſunt: pudor, qui ſæpe os loquentium obſtruit ne peccata vni declarentur, cùm tamen non erubuerint committendo: timor dehinc pœnæ, ne grauis imponatur: tertiò, nimia ſpes: quartò, deſperatio. Et proinde oportet eũ ad quem exomologeſim delinquens defert, ſagacem, prouidum, & diſcretum eſſe, non nimium acerbũ, nec vltra modum remiſſum. Et in primis ad exemplũ optimi medici, & Domini noſtri Ieſu Chriſti confitentes excipere debet [h]. Memor quòd D. Dionyſius Areopagita grauiter obiurgauerit Demophylum, quòd pœnitentem ad ſe confugientem, vt peccatorem indignũ venia reieciſſet [i]. Etenim non poterit eſſe inefficax pœnitentia tandem reſipiſcẽtibus verè, etſi in dilatione culpa ſit, & dubium [k]. Neque vnquam Deus ſpernit pœnitentiam etiam ſummorum malorum, quantũuis modicam vel exiguo tempore factam [l], etiam relapſorum & iteratã [m]. Nemo in ſumma deſperandus eſt, quandiu hoc in corpore cõſtitutus eſt [n]: Quia in vltimo etiam momento vitæ poteſt eſſe vtilis ad ſalutem, vt ex latronis exemplo liquet [o]. Ideò in extremis vitæ diebus vel momentis nemini deneganda eſt [p]. Et ne homines deſperent, aliquando mitiganda eſt [q]. Nec ſeuerior miniſter Deo ipſo, qui poteſtatem conceſſit, eſſe debet. Deus autem omnes ad pœnitentiam expectat [r], & ſemper ſpatium pœnitendi dedit, antequam vltionem ſuam exercuerit, vt Adamo [s], & ante diluuium mundo 120. annorum [t], Niniuitis 40. dierum [v], Nabuchodonoſori. 7. annorum [x]. *Temporis anguſtia,* inquit D. Chryſoſtomus, *miſericordia Dei non impeditur. Quomodo,* inquit, *& qualiter vlceribus plenus ſum, vulneribus refertus, mille criminum obnoxius, non poſſum in nouiſſimo die pœnitere? Potes & valde potes chariſſime: in exitu tuo cogita Deum, in teſtamento relinque pauperibus, tu illuc vadis, & opera tua manent* [y]. Hic in hoc mundo pœnitentiæ & confeſſionis peccatorũ ad ſalutem locus: excedentibus autem hunc confeſſio peccatorum quidem [z], ſed non ad ſalutem, vt ait Clemens Alexandrinus [a]. Non eſt itaq; tempus quod indultum à Deo peccatoribus expiandis, per denegationem fruſtrandum. In hoc errarunt Nouatiani hæretici, qui dũ ſibi nimium iuſti videbantur, pœnitentiam & abſolutionem quibuſdam denegabant peccatis, quos refellit D. Am-
broſius fuſiſsimè [b]. Sed & hîc obſeruandum ſa- 13
cerdotes, qui exomologeſes audiunt, & qui imponunt pœnitentiam, ſecretos & fideles confitentibus eſſe debere, non alia ratione, quàm patres filiis: Et proinde ſummopere caueant, ne prodant commiſſa, non propinquis, non extraneis, non pro aliquo ſcandalo: ſcituri quòd ſi hoc fecerint, deponendi ſint, & omnibus diebus vitæ ſuæ peregrinari debeant [c], ſecundũ ius antiquum: vel vt nunc ſtatutum, deponendi à ſacerdotali officio, & intra arctũ monaſterium concludendi, ad agendam perpetuam pœnitentiam [d]. Ne etiam cenſuris eccleſiaſticis latis inſcientes & non declarantes teneantur reuelare [e], idque duplici ratione: primùm, quia proditoriè ſecretò ſibi commiſſa detegerent: & vt ait Horatius,

*Fingere qui non facta poteſt, commiſſa tacere*
*Qui nequit, hic niger eſt: hunc tu, Romane, caueto.*

Et ſecretum celari debet [f]. Secundò, quia ſciant confeſſa non tanquã homines, ſed tanquã Deus. tertiò, quia ſecretò accipiens & denuntians, non poſſet probare presbyter, ideo detegere non de-
bet [g], nec ſciens dici poteſt [h]. Satisfactio porrò 14
pœnitentium duplex, vna eſt propitiatoria, & reconciliatoria, quia & culpa deletur, & pœna aufertur æterna: hæc ſola, eſt Deus, qui ſeipſum pro nobis dedit, vt nos ab omni iniuſtitia liberaret, factus reconciliatio pro peccatis noſtris & totius mundi [i]: vnde nobis de peccato victoria contingit [k]. Alia eſt ſatisfactio canonica, ſeu diſciplinaris, quæ ab adminiſtratoribus animarum, & qui Chriſti nomine ſacramenta eius adminiſtrant, imponitur, quæ debet in obedientia à Chriſtianis impleri: quia euellit infirmitates, quæ poſt peccatũ in carne ſunt, vt virtute ſanguinis, & merito paſsionis Chriſti, minuat pœnã temporalem peccatis noſtris debitam, vtq; ſatisfaciẽdo matri eccleſiæ publicis criminibus læſæ, petamus pœnam à Deo remitti. Hanc ſatisfactionem canonicam, pœnitẽtiam dicere ſolemus, quæ Dei licentia imponitur, & authoritate, delegatione, retentione, vel ſolutione peccatorum [l]. Fitque ſatisfactio hæc vt plerunque, per contraria, quibus admiſſum eſt peccatum: vt, *ſicut exhibuimus membra noſtra ſeruire iniquitati per iniquitatem, ita exhibeamus ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem* [m]: *aliena rapuiſti, reſtituere incipe propria* [n]: *fornicatus es etiam, à legitima coniunctione aliquantum abſtine, &c.* nec ſufficit vulnerato ſpicula de corpore euellere, niſi & remedia applicentur vulneribus. Nec conſtat ſemper cum peccati remiſsione remitti pœnam ex peccato debitam [o]. Pœnas tamen has D. Paulus teſtatur remitti ſatisfactione [p] dũ ait, *Dum iudicamur, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur* [q]. Satisfactio itaque ſecundum quantitatẽ delicti imponi debet [r]: peccator autem tunc ſatisfacit, dum pœnã iudicio eccleſiæ impoſitam exequitur factis [s]. Dicitur & ſatisfactio pœnitentiæ, peccatorum cauſas excidere, & earũ ſuggeſtionibus aditũ præcludere [t]: & illud, Vade, & amplius noli peccare [v]. Eſtq; ſatisfactio, aut publica quæ publicè fit pro peccato publico [x], aut priuata. Ad ſatisfactioné quoq; pertinet, damna, quæ quis intulit, reſarcire, & ablata re-
ſtituere iuxta proprias facultates [y]. Abſolutio, 15
peracta ſatisfactione [z], & reconciliatio eccleſiæ fit de

a Pſal. 31.
b Proclus in com. in Alcibiadem primũ Platonis.
c Ariſtot. li. 7. Ethico. c. 7.
d Cyril. Hieroſol. catech. 2. illumi.
e in Thalmud. in codice Sabas, can. vamẽ ad litibim.
f In Mitzot Gnaſce, præcepto 16.
g Num. c. 5.
h ca. pœnitentiæ, 26. q. 7.
i Dion. Areop. epiſto. ad Demophyl.
k c. ſi quis poſitus, de pœn. diſt. 7.
l cano. talis, §. ecce, de pœn. diſt. 3.
m c. quamuis, §. hac authoritate, & c. ſepties, de pœn. diſt. 3. c. in tantũ, §. fine, eod.
n c. nemo, deſperandus, de pœn. diſt. 7.
o c. ſi presbyter &c. ſeq. 26. q. 6. ca. qui recedunt, cum 3. ſeq. & c. eod.
p ca. ſi quis, de corpore, 26. q. 6.
q c. de his, & c. alligant, 26. q. 7.
r can. diaconi ſunt, 93. diſt.
s Gen. 3.
t Gen. 6.
v Ionæ c. 3.
x Dan. 4. cano. Nabuchodonoſor, 13. q. 4.
y D. Chryſoſt. hom. 2. in Pſal. 50.
z Sap. 5.
a Clemens Alexandr. lib. 2. ſtromat.
b D. Ambr. li. 1. de pœn. c. 1. 1. 2. & 3. 7. & 8.
c in ca. ſacerdos, de pœn. diſt. 6.
d c. omnis vtriuſq;, §. ſi. de pœn. & remiſ.
e cap. ſi ſacerdos, de off. ordina. c. ſignificaſti, de adult.
f ca. de forma, 22. q. 5.
g can. placuit, 6. q. 2. c. ſi peccauerit, 2. q. 1.
h c. presbyter, 16. q. 5.
i D. Paul. ad Titum c. 2.
k D. Ioan. ep. 1. cap. 2. & 1. ad Cor. 15.
l D. Matthæi c. 16. D. Ioan. c. 20.
m D. Paul. ad Rom. 6.
n D. Matt. c. 3.
o vt 2. Reg. c. 12. & 24. & Ex. 32. & Num. 14.
p 1. ad Cor. 11.
q plura hac de re vide in lib. qui Antididagma dicitur eccleſiæ Colonienſis, c. 48.
r ca. fraternitas, 12. q. 2. ca. falſus, de pœnit. diſt. 5.
s c. facilius, de pœn. diſt. 1.
t can. 1. de pœnit. diſt. 3.
v c. quamuis cautè, §. hac authoritate, de pœn. diſt. 3.
x c. canonica, 11. q. fin.
y ca. porrò, & can. parochianos, de ſent. excom.
z clem. dudũ, de ſepul.

a can.qui egerit, & ſeq. de pœn.diſt.17.
b D. Matthæi c.16. D. Ioan. Euang.c.20.

fit delinquentis [a]. Et eſt forma ſacramenti pœnitentiæ hæc, Ego te abſoluo à peccatis tuis poteſtate data [b], in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: ex determinatione concilij Florentini ſub Eugenio 4. Papa. Prætermittitur tamen oratio, *miſereatur tui, &c.* Sed illa non eſt de ſubſtantiali forma. Additur & manus impoſitio, quæ formula antiquiſſima eſt, cuius miniſterio ſpiritus ſanctus operatur [c]. Hanc porrò facit non omnis ſacerdos de omnibus peccatis, ſed in caſibus ſibi commiſſis, nec aliis per canones reſeruatis: nam quædam excommunicationes ad forum pœnitentiale pertinent [d]; quædam ad iudiciale, & ad epiſcopum, vt iniectio manuum in perſonas eccleſiaſticas [e], & tranſgreſſio ſtatutorum ſynodalium, & ſimilia [f]. Sic cõſtituemus in vniuerſum regulam pœnitentem abſolui poſſe ab eo, qui habet poteſtatem abſoluendi. Cæterùm quæ ſunt peccata, quę reſeruantur abſolutioni ſummi pontificis, quæ epiſcopo, quæ ſacerdoti ſimplici, in vnum colligit Angelus Clauaſius in verbo, Excommunicatio 5.6.7. vbi fuſè videbis, ſi egeas. Liber eius enim facilè occurret, vt non opus ſit, quæ dixit, huc tranſcribere. Deus porrò peccatori conuertenti ad ſe indulgentiam præbet [g] per pœnitentiam maximè [h]. Et quia bonus eſt Dominus, & viſcera non claudit pœnitenti [i], & per ſe, & per eos quibus commiſit in terris poteſtatem, plenius indulget aliquando, vt & clementia principis, qui in hoc ſeculo imperat, pœnam & præcedentem culpam abolet, remittit, & indulget [k].
16 De indulgentiis itaque pauca agamus, quæ ſolent extraordinariè concedi, prout indulgentia remiſſionem pœnæ notat [l], & gratiæ [m] conceſſionem, omiſſis aliis indulgentiæ ſignificationibus [n].

c Niceph. Calix.lib.6.cap.1. dum de lapſis reſtitutis agit.
d c.1.20.diſt.c. bene, de pœn. & remiſſ.
e c.quanto, de conſuet. c.canonica, de ſẽt. excom.
f c.mulieres, de ſenten.excomm.
g §.hoc idem, de pœn. diſt.1.
h c. ſi quis omnem.
k tot.tit.de abolitio. & de gen. abolitio. & notãt alibi latius inter.
l vt in c. fin. 2. q. 6.
m c.fin.vt lit. pendent.c.dudum de priui.
n quas tradit gloſſ.in c. indulgentiæ, de pœn.& remit. in 6.

## De Indulgentiis. Cap. 9.

1 *Indulgentia quid.*
2 *Vnde indulgentiæ, & pro quibus cauſis.*
3 *De Iubileo Iudaico & Chriſtiano.*
4 *Materia, & res, ob quas conceduntur indulgentiæ.*
5 *De forma earum.*
6 *Quis concedere poſſit indulgentias, & quibus concedantur.*

1 Concedit aliquando qui habet ſolus poteſtatem à maioribus delictis abſoluendi eandem, aliis non habentibus, & pœnitẽtias moderatur, eccleſiaſtica quadã liberalitate vtens, vnde indulgentiæ dictæ ſunt. Sicuti in perſona Dñi noſtri Ieſu Chriſti Eſaias [o] dicit, *Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxerit me, ad annunciandum manſuetis miſit me, vt mederer contritos corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, clauſis apertionem.* Aperit eccleſia tunc theſaurum illius admirandæ paſſionis dominicæ certis perſonis, & ob certas cauſas [p], item & ob merita piorum hominum, quæ vocãt opera ſuperrogationis Theologi. Et epiſcopi etiã indulgentias ad annum vſque in dedicatione eccleſiarum, & in anniuerſario eius 40. dies licitè dant, non tamen vltrà [q]. Donant autem prælati delinquentibus peccata in perſona Chriſti: ſicut & D. Paulus, dum ait ad Corinthios [r], *cui autem aliquid donaſti, & ego: Nam & ego quod donaui, ſi quid propter vos donaui, in perſona Chriſti donaui.*
2 Sufficienter certè pro infinitis peccatis & totius mundi, & plurium mundorum, ſi plures eſſent, paſſus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & omnes vult ſaluos fieri: verumtamen, nec Turcæ, nec idololatræ, neque omnes Chriſtiani ex electorum numero erunt, quia efficax illis paſſio & redemptio non eſt, ratione illorum. Et proinde adminiſtri myſteriorum eius, largius ex illa ſufficientia quandoque redemptionis conferunt, vt vocent ad pœnitentiam & ad vitam lapſos: quia illis poteſtas data per verba, *Accipite Spiritũ ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & erunt ſoluta in cœlis: quorum retinueritis in terris, retenta erunt in cœlis* [s]. Neque dantur aut dari non debent indulgentiæ, niſi is qui dat, habeat authoritatem, & dehinc cauſa ſit pia, quæ moueat ad dandum, quæ honorem comprehendat Dei, vel vtilitatem proximi: qualia ſunt, orationes, peregrinationes, conſtructiones, vel reparationes baſilicarum, eccleſiarum, pontium, itinerum, & huiuſmodi. Tertiò, exigitur charitas eius, qui vult indulgentiarum fieri particeps. Poſtremò, vt exequatur præſcripta indulgentiarum per ſe, vel per alium, ſecundum ea, quæ indulgentiarum diplomatibus continentur, pœniteat, & confiteatur, & ſatisfaciat ex lege. Nam per iniunctam pœnitentiam & per opus faciendum, tranſlatio fit maioris pœnę debitę, & remiſſio durioris. Et miror quoſdam pertinaciter indulgentiis obſiſtere: cùm tamen nec auſint, nec poſſint etiam negare poteſtatem abſoluendi & ligandi datam fuiſſe à Deo hominibus: ſciántque pœnitentiam pro eluendis maculis & placãdo Deo etiam tempore Apoſtolorum fuiſſe, vt D. Petrus dixit ad Simonem Magum, *Non eſt cor tuum rectum coram Domino, pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui, &c.* [t] Sunt & textus alij ſimiles. Nihil aliud autem ſunt indulgentiarum conceſſiones, quàm pœnitentiæ moderationes cum remiſſione peccatorum, authoritate pleniori ſine retentione, vel cum aliquorum tantùm retentione, certo tempore & certis de cauſis facta. Præceſſit vmbra Iubilei à 3
Deo conceſſi, quinquageſimo quoque tantum anno, quo fiebat remiſſio & alleuatio debiti, & quiſque redibat in priſtinam poſſeſſionẽ ſuam [v]. Ad cuius Iubilei exemplum, Gregorius Magnus centeſimo quoq; anno Iubileum & remiſſionem delictorum plenam concedi Romæ voluit viſitantibus baſilicam DD. Petri & Pauli, adhibitis pœnitendi modis & ſatisfaciendi: quod firmauit Bonifacius 8. [x] Poſteà Clemens ſextus Iubileum hunc ad 50. annos ſecundum legẽ Dei reduxit [y]. Atque ſubinde Paulus Papa 2. & Sixtus 4. ſingulis 25. annis renouari voluerunt [z]. Sic ex lege diuina applicãtur abundantius per ſacerdotes Dei, meritum paſsionis Domini, quòd illis diſpenſandum datum: Sic enim inquit D. Paulus [a], *nos exiſtimet homo, vt miniſtros & diſpenſatores myſteriorum Dei.* Quis autem negabit impius, meritum paſsionis Dei efficax eſſe, ſi applicetur peccatoribus debitè, & ad delenda omnia crimina eſſe ſufficientem vel ſanguinis Domini vnam guttulam, pro totius mundi peccatis [b]? Ex cauſa quoq; renouantur, ante illud ipſum tempus Iubilei, indictæ ſolemnes, & generales indulgentiæ: veluti quando plures cruce ſignati fuerunt [c], qui ſe deuouerent Deo, ad expugnandam Agarenorum perfidiam. Materia, ex qua indulgentiæ oriuntur, 4
ſunt cauſæ, propter quas conceduntur: veluti redemptio captiuorum, eleemoſynæ, ędificationes, bellorum vis, ira Dei placanda, & ſimilia. Forma 5
datur in diplomatibus indulgentiarum, quæ & in concilio generali certos nacta eſt terminos, ad vitandas impoſturas eorum, qui ex falſis indulgentijs compilabant aſtutè, & prętextu religionis bona populi [a]. Ad curam ſenatus hoc pertinet, diſpicere, ne niſi diplomatibus viſis, iiſque excuſſis, ſinant huiuſmdi quæſtores eleemoſynarios cùm indulgentijs ſuis fictitijs vagari, & pecunias corrogare. Perſonæ eorum, qui concedunt, & quibus vtiles ſunt indulgentiæ, idoneæ eſſe debent. Nam ſolus ſummus Pontif. plenas concedit, ob plenitudinem poteſtatis ſibi conceſſam: alij, non niſi limitatas [b]. Legati quoque ſuæ legationis fines excedere nequeunt c. Epiſcopi, qui dant, ſaltem eſſe debent: reliquis prælatis, etiam abbatibus, citra ſpeciale priuilegium, non licet [d]. Sed nec prælati etiam indulgentias concedere poſſunt alijs, quàm ſibi ſubditis: niſi de aliorum prælatorum conſenſu [e]. Porrò perſona, quæ conſequitur indulgentias, idonea eſſe debet: primùm, vt Chriſtianus ex membris Eccleſiæ ſit [f]: ſecundò ſit contritus, & confeſſus, vt pœniteat & confiteatur [g]: 3. credat: 4. ſit ſubditus, vt diximus, eius qui concedit: 5. impleat ea, quæ indulgentiæ mandant impleri, vel per ſe, vel per alium, ſi res patitur. Conſiderantur & maximè quæſtores, qui pecunias ex indulgentijs coactas exigunt. Nam & illi fidei eſſe debent probatæ, & vitæ ſpectatæ, non auari, lucróve intenti, vel falſis diplomatibus vtentes, & ſecundum indulgentiarum decretum & propoſitum expendentes [h]. Inde enim grauiſſimæ tragœdiæ paucos ante annos excitatæ ſunt, vnde & ſolicitè curandum de illis éſt. Sicuti & D. Paulus admonet Corinthios [i], & modum præſcribit, *De collectis,* inquit, *quæ fiunt in ſanctos, ſicut & ordinaui in Eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite per vnam ſabbati: vnuſquiſque autem veſtrum apud ſe reponat, reponens quod ei benè placuerit, vt non cùm venerim, tunc collectæ fiant. Cùm autem præſens fuero, quos probaueritis per epiſtolas, hos mittam perferre gratiam veſtram in Hieruſalem. Quòd ſi dignæ fuerint vt ego eam, mecum ibunt.* Sed hæc hactenus de indulgentijs, plura collata videbitis per gloſſam in extrauaganti, antiquorum, in verbo, confitebuntur, de pœnitentijs, in communibus.

o Eſaias 41.D. Lucæ 4.
p c.quod autẽ, de pœn.& remiſſ.apud Gregor. excõmunicamus. §. hæretici, c.ad liberãdam terram ſanctam, de Iudæis.
q c.cũ ex eo, de pœn.& remiſſio.
r 2.ad Cor.2.
s D.Ioan.20.
t Actuum 8.
v Leuitic. 25. Num.c.fin.
x In extrauag. prima autem, de pœn.& remiſ.in extrau. communib.
y c.2. de pœn. in extrauagãt. communib.
z Extrau. quẽadmodum, de pœn.& remiſ.
a 1. ad Cor.c. 4. vide Luc. c. 12. fidelis ſeruus & prudẽs &c. c. quanto, de transl.epiſ. ca. quodcunque.24.q.1.
b c. dãnamus, in fin. de ſum. trini. can.cum marthæ, de celeb.miſſar.
c c.& ſi dominus, §.nos qui Deo, de pœn. & rem. in extrau. commu.

a in c.cùm ex eo. de pœnit. extra fin.eod. ti.in cõmunib.
b c. cùm ex eo.§ ſi de pœnit. & remiſſ. c. quodcunq; 24.q.1.
c c. ſi. de offi. leg.& ibi glo.
d gl. in c.noſtro.de pœnit. & remiſ.c.accedẽtibus, de exceſſ.præl.
e c.quod autem.c.4.c.noſtro.cap.15.de pœn.& remiſ.
f cap.nihil ſic debet. 11. q.3. c.ſi quis à catholica.23.q.4
g c.1.§.nos de omnipotẽtis, de pœnit. & remiſſ. in extraua. comm.
h c. cùm ex eo. de pœnit. & remiſſ. ap. Greg.in c.abuſionibus, eod. tit. apud Clement. vbi per totum, ca.lege de quæſtoribus, abuſibúſque eorum, & pœnis, & iudicibus.
i 1.ad Corint. c. 16.

## De Matrimonio. Cap. 20.

1 *Remiſsiuè de eo, ibi.*

1 *Sacramentum coniunctionis matrimonij, magnum eſt in Chriſto, & in Eccleſia,* inquit D. Paulus [k]: habet materiam, conſenſum, & formam, verba de præſenti, Ego te in vxorem, ego te in virum accipio [l]. Quamuis ſine verbis, ſignis conſenſum exprimentibus, contrahi poſſe non dubitetur [m]. Perſonæ quæ contrahunt idoneæ eſſe debent, & cum authoritate Eccleſiæ: ne ſit clandeſtina deſponſatio. Conſiderantur cauſæ quoque inſtitutionis matrimonij, de quibus omnibus ſuo loco dicimus, dum de differentia perſonarum ratione coniunctionis tractatur. vbi de ſponſis & ſponſalibus, de nuptijs, de diuortio, & alijs, quæ ad matrimonium pertinent, copioſè diximus. idque lib. 9.

k ad Epheſ.5.
l c.tua nos, de ſponſalib.
m notatur in cap. fraternitati, de ſpõſal. Angel. Clauaſius in ſumma, in verbo, matrimonii, 2. notæ. 4. facit cap. cùm apud, de ſpõſalib.



## De ordine. Cap. 11.

1 *Remiſſiuè de eo ibi.*

De Ordinibus fuſiſſimè etiam diximus ſuo loco, libro 16. dum tractauimus de perſonis eccleſiaſticis: & proinde eò reiiciemus lectorem. 1

## De Sacris Leipſanis. Cap. 12.

De reliquiis & veneratione ſanctorum. lib.3. Clemen. tit.45. Lib.3. Sexti. tit.22. Lib. , Clementi. tit. 20. Libro 3. Extraua. commu. tit.4.

1 *De ſanctitate, & abuſu reliquiarum*
2 *Impoſturæ quædam gentilium ſacerdotum, & impiorum Chriſtianorum circa reliquias, & imagines.*
3 *Notio de falſis reliquiis muneris Epiſcopi eſt: & ſi pœna capitalis imponenda: temporalis.*
4 *Notio de controuerſia poſſeſſionis reliquiarum, laici iudicis Regij.*
5 *Miracula & per res inanimatas fieri, Deo authore, poſſe: & inibi plura relata.*
6 *De pœnis impoſtorum reliquiarum.*

Templum Dei ſanctũ, ſunt pij & ſancti homines, in quibus inhabitat Sãctus Spiritus [n]. Et proinde ſanctorum, & piorum hominũ corpora aliquo honore digna ſunt, cùm aliis rationibus, tum maximè ob Dei ſpiritum, qui habitauit, & fuit in eis. Voluitque Leo imperator eas non in locis voluptatum, & niſi in religioſis templis reponi [o]. Ideo cautè in venerandis reliquiis, nec temerè agendum. Sed prius oportet perſcrutari authoritate apoſtolica, per teſtes idoneos, omníque exceptione maiores, de vita eius, cuius reliquiæ venerandæ ſunt, & num ſanctè conuerſatus, num bonus: & ita approbandus prius [p]. Neque ſola miracula, quæ dicuntur fieri, inibi ſufficiunt ad cõprobandam, vel admittendam publicam venerationẽ: niſi & quæ diximus accedant [q]. Sed de his pauca latius agamus. Licet certè de reliquiis dicere, quod Plinius de magicis dixit herbis: hanc eſſe omni in re humanorum animorum conditionem, vt à neceſſariis orſa primùm, cuncta peruenerint ad nimium [r]. Neque tam ſanctũ, & approbatum quicquam, quin humana aliquando non violet audacia. Dignæ magna veneratione ſunt reliquię, dummodo extra eccleſiaſticos cancellos nihil fiat: atq; harũ vtilitas & effectus: incredulos quoſque, ſi rectè ſine animi perturbatione velint iudicare, coget eccleſiæ catholicæ in hoc ſubſcribere. Si enim ſudaria & ſemicinctia D. Pauli, à corpore etiã eius ſeparata, in Dei nomine vim morbos [s] ſanandi habebant, vt & ſola vmbra corporis D. Petri [t]: nonne multo magis corpora ipſa, vt ſcribit Cyrillus Hieroſolimitanus [v]? Et Thodoretus [x], *Animæ,* inquit, *martyrum triumphatorum, in cœleſti nunc patria vitam agunt, Angelorum choris interſitæ, corpora autem non ſingula ſingulis monumentis conduntur, ſed ciuitates, oppida, paganique conuentus, hæc inter ſe ſortitò partiti ſunt, laborantibúſque animis, ac ægrotis corporibus, ſalutares eos confiteri non ceſſant, nihilóque ſerius vrbium cuſtodes, ac locorũ præſides venerantur quorum precibus ac interuẽtu apud Deum vtẽtes, per eos demum diuina munera conſequuntur. Sectis*

n 1.Corint.3. ſic etiam Tertulli.lib.5.aduerſ. Martio.
o in l.decernimus.26.de epiſco. & cleri. & li.1.eclog.titu. περὶ λειψάνων cap.5.
p c. venerabili, de teſtib.
q c.1. & 2. de reliq.& vener. ſancto.
r Plin.lib. 26 cap.4.
s Actuum, 19.
t Actuum, 5.
v Cyrill. Hieroſ. catech. 18. illuminato.
x Theodor.li. 8.de curat.grecar.affectio.

*itaque eorum corporibus, integra tamen vis, & gratia perſeuerat, tenuéſque ac tantillæ reliquiæ, toti parem habent, multaſque in partes martyre diſſecto, virtutem, &c.* Elias in nomine Dei, viuus mortuum viduæ Sareptanæ ſuſcitauit [a]. Eliſæus eadem virtute, mortuus mortuum [b]. Diuiſit & Iordanem pallium Eliæ [c]. De reliquiarum honore multa D.Hieronymus [d], Aſterius Amaſeæ [e], D.Auguſtinus pluribus in locis [f]. Et copioſè D. Ambroſius [g], Prudentius [h]. Mira de corpore Babylæ martyris à Numeriano Cæſare occiſi D. Chryſoſtomus [i], de alijs Rufinus [k], Socrates [l], Sozomenus [m], Theodoretus, Metaphraſtes [o]. Admonet Dauid [p] in hoc ſeculo etiam iuſtorum reliquias honorandas: *Cuſtodi,* inquit, *innocentiam, vide æquitatem, quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico: iniuſti autem diſperibunt ſimul & reliquiæ impiorum interibunt.* Nec putanda ſunt corpora hominum piorum, qui ſpem reſurgendi habent, vt cadauera ferarum, ſeu aliorum animalium, quæ corrupta in propriam nunquam reditura ſunt naturam. Dormire tantùm dicuntur, qui in puluerem redierunt, ſuſcitandi aliquando. *Et precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius* [q]. Et precioſæ reliquiæ ſanctorum [a]. Alphonſus Rex Hiſpaniarum cùm Maſſiliam vi cepiſſet, inde Aloiſi corpus exportauit, & veluti clariſſimæ victoriæ ſolam mercedem Valentiam tranſportauit, ibíque cum ſumma reuerentia & veneratione collocauit; vt refert Antonius Panormita.[s] Sicut & Tholoſam, præclariſſima religionis pignora, ſex Apoſtolorum corpora, aliorúmque plurium martyrum reliquias Carolus Magnus imperator, velut inſignes manubias tranſtulit, vbi adhuc cõſeruantur. Quocirca & piaculum magnum eſt, & maximè reipub. intereſt, falſas pro veris ſubiici reliquias. Qui dicit ſanctum non ſanctum, & non ſanctum ſanctum, abominabilis eſt apud Deum [t]. Et, Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum [v]. Earúmque omnis abuſus extrudendus & nundinatio, tum ipſarum reliquiarum [x], tum etiam gratię inde prouenientis [y]. Tantum enim poteſt auaritiæ cupiditas, vt prætextu religionis aliquando populo impoſuerit, & ex abuſu bonorum, bona quoque odio fuerint: veluti ille ſerpens æneus à Moſe in deſerto eleuatus, ſanabat eos, qui morſu ſerpentum icti laborabant [z]. Poſteà tamen dum illo abuteretur populus, extritus ab Ezechia [a]: quia ipſe, nihil aliud, quàm figura erat venturi
2 Domini. Solebant idololatrarum gentilium Sacerdotes, ſæpè ſuis technis populo imponere, quales illæ, quæ à Chriſtianis in Alexandria detectæ ſunt. Cùm enim euerterent templum Serapidis, omnia ſimulachra inuenta ſunt caua, ſiue lignea, ſiue ærea, ita elaborata: vt caua pars & terga, templorum parietibus adaptarentur, occultis quibuſdam meatibus in muro relictis: per quos deinde per alia quædam arcana adyta, in ſimulacrorum cauum ſubibant, & inde quæ viſa eis fuiſſent, reſponſa dabant [b]. Detexit & Daniel abſconditum introitum, quem fecerant ſacerdotes Bel ſub menſa templi, ſuper quam proponi faciebãt à rege ſingulis diebus eſcas & vinum, dicentes Belem ea vorare: cùm ipſi tamen per occultum ingreſſum, noctu in templum irrumpentes, raperent [c]. Fuerunt & impoſtores, qui ab imaginibus ſeu ſimulacris ligneis vel æreis, quibuſdam artibus, vel lacrymas, vel ſudorem, vel aliud quippiam admirandum excuterent: & ita
3 rudi populo imponerent. Quare hæc notio erit

a 3.Reg.17.
b 4.Reg.13.
c 4.Reg.2.
d Hieron.aduerſ.Vigilan.
e Aſter.Amaſ. in Ecphraſi in Euphemium martyrem.
f D.Auguſti. lib.6. & 9. cõfeſſ. potiſſ. c.7. & li.22. de ciuita. c.8.
g Ambr. ſermo.19.
h Pruden. de paſsio. Hippo.
i Chryſoſt. in Babyla.
k Rufinus lib. 1. cap.35.
l Socrates li. 1. c.18.
m Sozom. li.3. c.18.
n c.10. & 11.
o Metaphr. in vit. Babylæ
p Pſal.36.
q Pſal.115.
r Baſilius Magn. in Pſal.115. & in Barnabã Mart. D.Chryſoſt. de natiui. ſeptem Machabæorum ho.7. & homi.28. de aſcẽ. Domini. & ſerm.35. de virtu. & vitijs, & lib. contra gentiles.
s Ant. Panor. lib. 2. de dict. & fact. Alpho. c.4. & 5.
t c. ſi quis dixerit & can. ſi quis hominẽ. 21. q.3.
v Iſaiæ c.5.
x c.2. de reliq. & vene. ſanct. l.3. de ſacroſ. Eccl. C.
y can. qui ſtudet. 1. q.1. c.2. de reli. & venera. ſanct.
z Numer. 21. D. Io. Euang. c.3.
b Nicephor. Caliſt. lib. 12. Hiſtor. c.26.
c Danie. c.14.

iudicis ſpiritualis & Epiſcopalis, ne hoc impunè fiat [d]: potiſſimùm ſi quædã Eccleſiaſticæ perſonæ attentauerint tantum ſcelus. Nam iudex illorum, proprius Epiſcopus eſt [e]. Et Epiſcopi eſt, decernere de reliquiarum veritate, & de miraculis earum [f]: vt de ſuperſtitione, & de libris eius extirpandis [g]. Atque nominatim curam reliquiarum, & poteſtatem transferendi eas, & locationem, ad eos pertinere ſtatutum à Leone Cæſare [k]. Si tamen circa has impoſturas ſcelus, quod ſanguine expiandum & vltimo ſupplicio ſit, concurrat, aut quod etiam pœnam habeat à lege ciuili conſtitutam, nihil prohibet, quo minus, & curiæ ſeculari non deferatur iudicium: vt in
alijs placuit criminibus [i]. Vt ſi etiam de poſſeſſo- 4
rio reliquiarum agatur inter Eccleſias, vel pagos, tunc & notio ſit ſecularis regij iudicis, vt placuit ſenatui Pariſienſi [k]: vt cùm controuerſia oritur, vel inter poſſidentes & repetentes, vel etiam inter plures, qui ſe veras reliquias contendunt pariter habere. Quemadmodum apud Dionem Caſſium ſcriptum eſt [l], inter duas vrbes Cappadociæ non procul inter ſe diſtantes, controuerſiam ortam, cùm vtraque diceret ſe habere gladium Iphigeniæ, & indeciſam perſeueraſſe cùm vtraque gladium oſtenderet. Eiuſmodi & inter Athenienſes & Romanos controuerſia de Palladio, quod ſacrum dicebant imperij pignus: nam tranſlatum Romam, & à Veſtalibus obſeruari Romani exiſtimabant, furtim ex Athenis ſublatum: Athenienſes negabant, & ſe adhuc poſt Graiorum direptionem habere putabant [m]. Difficile tamen eſt iudicium in controuerſijs ijs. Verendum enim eſt, ne ſi liquidò non conſtet, quæ veræ ſint reliquiæ, pro falſis veras improbes: vel ne vtriſque veris, impiè de aliquibus iudices. Et proinde tunc vbi ambiguæ vtrinque promuntur probationes, conſultus ſit, ſi intacta res relinquatur, per iudicium non liquere. Stricta namque ratio, nonnumquàm in ambiguis religionis quæſtionibus omitti ſolet: cùm ſumma ſit ratio, quæ pro religione facit [n]. Nec auſus eſt Angelus Michaël diſputans cum Satana de corpore Moſis, illi inferre iudicium blaſphemię, ſed ad Deum
reiecit, dicens, *imperet tibi Deus* [o]. Neque ſtatim 5
falſa putãda ſunt miracula, quæ ex vtraque parte fiunt, vel arte vel impoſtura dæmonum fieri iudicandum: ſi nobis impoſſibilia natura videantur, etſi in ſtatuis & alijs inaſſuetis appareant. Deus enim non tantùm per organa hominum viuentia, gloriam ſuam & poteſtatem explicat, ſed & per alia inſtrumenta, & certis locis tantùm à ſe delectis. Sic & ille apud D.Lucam monuit, lapides clamaturos ſi pueri tacerent [p], & iuſſit in exprobrationem Balaami, aſinam loqui [q]. Scribit & Niceph. ex Procopio, Choſroëm Perſarum imperatorem, Edeſſa ciuitate hoſtem cum exercitu propuliſſe virtute imaginis faciei Domini noſtri Ieſu Chriſti, quam conſeruatam publicè inuenit, receptam per Angarum topoarcham anteà Edeſſæ. Conſentiunt & antiqui hiſtoriæ auctores [r], in Cæſarea Philippi vrbe, quæ aliter Paneadis dicta, aream vnam fuiſſe Domini noſtri Ieſu Chriſti imaginem fabricatam ab ea, quæ curata fuerat à fluxu ſanguinis per tactum fimbriarum veſtimentorum Chriſti: iuxta quam herba adnaſcens, infirmitati ſimili medebatur, poſtquam ſtatuæ æreæ fimbrias, naſcendo tetigiſſet. Accidunt & quædam in ſtatuis & imaginibus ſæpè prodigia, quæ vel ſcelerum ſunt deteſtationes, v[…] ſigna:

quale

d c. ſi clericus. c.5. de for. cõ. de. ti.2. Decr. lib.2.
e c. ſi diligẽti. cum 2. ſeq. de for. comp. ap. Grego. cap. ſi. eod. in 6. l. ſtatuimus. de epiſco. & cler. C.
f d. c.1. & 2 de reliq. & vene. ſanct.
g l. Mathematicos, de epiſ. audient. lib.1. C. tit.7.
h l. decernimus. l. 26. C. de epiſ. & cle.
i Panor. in c. cum ſit generale, de foro compet.
k vide Pa[…] lib.1. R[…] areſt[…] tit. are.1. &
l Diõ […] lib.35.
m Dionyſ. Halicar. lib.1. antiquit.
n l. ſunt perſonæ. l. 43. de relig. & ſump. fu. li.11. P. ti.9.
o Iudæ c.1.
p Lucæ c.19.
q Nume. c.22.
r Nicephorus Calix. li.5. Hiſtor. c.15. & 16. & lib.10. c.30. Euſeb. Pãphil. libr.7. Hiſtor. Eccleſia. c.14. Sozomenus. lib.6. Hiſto. tri part. ca.41. & 42.



quale illud miraculum, quod in ciuitate Beritho contigit, cùm Iudæi imaginem Domini noſtri Ieſu Chriſti compertam, velut in eius contumeliam pupugiſſent, & flagellaſſent: cuiúſque latus cùm pupugiſſent, tanta copia ſanguinis & aquæ promanauit, vt in omnes orbis regiones, quantitas aliqua miſſa fuerit: Iudęis tanto miraculo conſternatis ad fidem venientibus, vt author eſt Athanaſius grauiſsimus & fideliſſimus [a]. Scribit & Nicephorus [b] Anatolium quendam Antiochiæ dijs falſis ſacrificantem, à Tyberio imperatore Conſtantinopolim deductum, eúmque, vt iudicium de eo fieret, in cuſtodiam miſſum in captiuorum locum, manibus poſt terga reuinctis: vbi cùm eſſet virginis matris magnæ Mariæ ſtatua quædam, & ad eam quaſi ſupplicaturus ſe conuertiſſet, ſtatua eum velut infandum & execrandum impurúmve deteſtans, ſimul & criminis tanti arguens, tota ſe ab eo auertit. Eſt imago etiam quædam circa chori ſeu exedrarum ambitum, in Eccleſia ſancti Saturnini Tholoſæ lapidea, quæ ſe inclinauit ſponte, anteà recta, quo tempore ex pluribus luſoribus vnus eò tranſeuntibus, blaſphemias atroces in Deum conijceret, dolore amiſſæ pecuniæ nocte præterita commotus: quamobrem is crimine detecto ea inclinatione, laqueo ſuſpenſus pro foribus templi fuit, vt adhuc monumentum ſcriptura exaratum iuxta imaginem teſtatur. ſic ego noui, cùm adhuc iuuenis eſſem, viros probos, qui ſe id vidiſſe affirmabant. Strabo quoque [c] narrat, in templo Veneris in Ilio cùm Caſſandra à Græcis violaretur, Palladium ſeſe auertiſſe, oculos atque ora aperuiſſe: Palladium autem erat imago lignea Palladis. Imò Ethnicis vix quicquam inſigniter horrendum contigit, quin ſtatuæ ſignum aliquod exhiberent, vt ſæpè accidiſſe annotat Iulius Obſequens [d], veluti cùm Ligures prælio victi deletiue fuerunt L. Aemilio Paulo, & Gn. Bebio Pamphilo Coſſ. haſtæ Martis motæ fuerunt, & Lanuuij ſimulachrum Iunonis ſoſpitæ, lacrymauit. Item Caio Mario, & Lucio Valerio Coſſ. quo tempore fugitiui in Sicilia trucidati ſunt quadrigæ auratæ à pedibus ſudarunt, Et Lucio Martio, & Sexto Iulio Coſſ. cùm à Sila per ludos Romani trucidati, magnáque ſtrages in vrbe ſecuta, in arce Spoletana Apollinis ſimulacrum ſudauit. Plura his ſimilia tranſeo, ſed mirabilius illud, quòd ea ipſa hora qua Mauricius Imperator interfectus eſt Romæ Phocæ factione, res omnis vt geſta erat Alexandriæ innotuerit, ſtatuis decidentibus & clara voce dicentibus, quid ea ipſa hora Mauricio contigiſſet [e]. Et quod legimus Dagonem idolum Philiſtinorum, ante arcam Dei corruiſſe conſciſſis pedibus & manibus & capite [f]. Hæc certè admiratione digna ſunt, & poteſtatis Dei ſumma argumenta, ſine qua nec dæmones hiſcere audent, vel quicquam innouare queunt, & cuius iuſſu tantum, iræ Dei etiam in-
6 ter paganos, ſigna exhibuerunt. Et proinde animaduerti ſeueriſſimè conſulo in iſtos impoſtores, qui & miracula ſimulant, & lipſana falſa ſupponunt: ſunt enim falſarij cùm in falſis authorandis lipſanis, pontificis vſurpant ius [g]. Et item ſacrilegi, ijſdémque quibus illi pœnis puniendi. Occidit gladio Nabuchodonoſor ſacerdotes Belis, qui fingebant Belum deuorare appoſita [h]. Nadab & Abiu, ſacerdotes domini à Deo necati, quòd in eius miniſterio ignem alienum ſuppoſuiſſent [i]. Vſus autem reliquiarum qualis ſit, nemo non vide, & ita ad ſuffragia promerenda venerandas, & ad eccleſiarum ſanctificationem pertinere: vt neque altaria, nec eccleſiæ conſecrari debeant ſine reliquiis martyrum [k]. Inibi tamen ſacroſanctum Domini noſtri Ieſu Chriſti corpus ſufficit [l].

a Athana. lib. exhortationis ad monachos, tract. de paſſio. imaginis per ſeptem capita.
b Nicephor. Calix. lib. 18. c.4.
c Strabo lib. 6. Geograp.
d lib. de prodigijs.
e Nicephor. Calix. lib. 18. c.41. Paul. Diacon.
f 1. Reg.5.
g c.1. de reliq. & vene. ſanct.
h Daniel.14.
i Leuic. c.20
k ca. de fabri cap. & ca. placuit vt altaria de conſ. diſt. 1.
l glo. in d. ca. placuit.

## De Cœmiteriis, & ſepulchrorum iure. Cap. 13.

1 *Nominis Cœmiterij ratio.*
*Quare conſecrantur apud nos Cœmiteria: item & quod dæmones ad cadauera concurrant.*
3 *Cœmiterij finitio, quod religioſus locus eſt.*
4 *De locis vbi condi ſolebant antiquitus corpora.*
5 *Quî fit, vt propria aliquorum ſunt in Eccleſiis & Cœmiteriis ſepulchra.*
6 *Libera ſepulturæ electio: alioquin ibi ſepeliendus, vbi quis ſuſcepit ſacramenta.*
7 *Electus locus ſepulturæ à moriente, alij quàm eligenti non poteſt concedi, niſi neceſſitatis cauſa.*
8 *Monachi ſepulturam non eligunt: item de aliis qui non eligunt.*
9 *Quæ Eccleſiæ habent ius ſepeliendi.*
10 *Quibus denegatur ſacra ſepultura.*
11 *Prohibitis ſepeliri de facto ſepultis in conſecrato loco, pollutus locus debet iis exhumatis reconciliari.*
12 *Aliquãdo prohibitum laicos in Eccleſia ſepeliri.*

QVia futuræ reſurrectionis ſpes in nobis firma & vera eſt, & animam im- 1
mortalem eſſe, corpúſque ſuum aliquando repetituram. Ideò & de ſepeliendis corporibus honeſtè, ſanctè, & religioſè cura omni ætate & ferè inter omnes nationes fuit: quanquam veri Dei cultus apud omnes non eſſet, quod pluribus docuimus lib. 2. præludiorum optimi iuriſconſulti c. 43. & 44. Ideirco & loca vbi conduntur corpora, dicta ſunt cœmiteria, id eſt, dormitoria: id enim κοιμητήριον, ἀπὸ τοῦ κοιμάω, dormire facio ſignificat. Sic Doſiadas apud Atheneum [m] τὰς συσσιτίας apud Cretam dicit duos habere οἴκους, quorum vnum vocatur ἀνδρεῖον, alterum in quem dormitum mittunt hoſpites, κοιμητήριον. Vocauit & mortem dormitionem Dominus [n] λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, ἀλλὰ πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν. Et poſteà, vt explicet, ait, λάζαρος ἀπέθανε, id eſt, *Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado, vt eum à ſomno excitem*: Et poſteà, *Lazarus mortuus eſt.* Et alibi, *non eſt mortua puella, ſed dormit* [o]. Súntque paſſim obuia ſimilia in ſacra pagina [p]. Et apud prophanos quoque authores ſic vſurpatum. Qui enim nobis mortuus eſt, quia excitari non poteſt, Deo dormit, qui poteſt: verùm quia expectanda eſt meta reſurrectionis, & mors perpetuum ſomnum & ferreum dicitur, ſicut & apud Homerum [q],

ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον,
*Statim vt cecidit, dormiuit ferreum ſomnum.*

Et Catullus [r]

*Nobis cùm ſemel accidit breuis lux,*
*Nox eſt perpetua vna dormienda.*

Conſecrantur apud Chriſtianos cœmiteria iuſtis 2
de cauſis, quarum & illa non contemnẽda, quòd dæmones concurrere ad ſepulchra ſoleant, vt ait D.Chryſoſtomus [s]. Sicuti & legimus dæmoniacum in ſepulchris habitaſſe, & ex illis vias obſediſſet [t]. Rationem reddit idem Chryſoſtomus [v],

m Athenæ. li. 4. dipnoſ.
n D. Ioan. euang. c.11.
o Matth. ca.9 D. Marc.5.
p Iob. c.7. 11. 14.21. Pſal. 65. & 4. 1. Corinth. 11. & alibi.
q Homer. Iliade 30. ver. 241.
r Catull. ad Lesbiam.
s D. Chryſoſ. to.2. hom. 35. in Matth.
t D. Matt. c.8.
v D. Chryſoſt homil. 29. in Matthæum.

*dæmones in ſepulchris verſari, quia periculoſam opinionem hominibus ingerere conantur, quòd hominum qui abierint animæ, dæmones fiant, quod etiam à cogitatione noſtra vtinã abſit, &c.* Franciſcus quoque Venetus [a] tradit, mortuorum cadauera maximè frequentari ab ſpiritibus immundis: & inde cadauera non ex ſe, ſed ex ſpiritibus circunſtantibus terrorem incurere, & maiorem ſolitario quàm aſſociato: & ideò accendi ſolere luminaria circa mortuorum corpora, vt arceantur poteſtates tenebrarum, quæ magis lucem timent, quàm talpæ, aut veſpertiliones: hinc aſperſionem aquæ benedictæ, thurificationem, conſecrationem cœmiteriorum. Et ita cœmiteria ſuo nomine monent Chriſtianos, non niſi modicè mortuos eſſe lugendos, nec exemplo eorum, qui ſpem non ha-bent reſurrectionis: etenim mortui noſtri dor-
3 miunt tantùm [b]. Eſt ergo Cœmiterium locus Eccleſiaſticæ ſæpulturæ deſtinatus. Eccleſiaſtica cauſa, nempe fides reſurrectionis, facit vt cœmiterium dicatur ſepultura, nempe quòd tantùm dormire, & in vitam æternam ſepultos excitandos arbitremur: locus namque alius temerè electus, in quem, veluti cadauer animalis bruti, homo infoditur, videtur potius deſperantis ſepulchrum, & vt loquar cum Propheta, ſepultura aſini [c]. Religioſus hic locus in iure ciuili dicitur ſepulturæ hominis [d]. Proinde cœmiteria ſunt per Epiſcopos ab alijs locis profanis & puris [e] diuidenda, & conſecranda, iuxta Eccleſias [f], ad ſepe-
4 liendos Chriſtianos [g]. Diximus in c. de ſepulchro violato, in criminibus, de locis vbi antiquitus condi ſolebant defuncti, de communi, de gentilitia, & cuiuſque familiæ ſepultura, & de pœna violati ſepulchri, vt bis non exiſtimem repetendum. Dico autem nunc deſtinatum eſſe locum ſepulturis communem tantùm, non in agris, vt antiquitus [h]: tum ob mala, quę inde clam fieri poterant, vt quis poſſet homines iugulatos in ſuo ſepulchro condere priuato ſeorſum: tum etiam, vt honeſtiùs & ritu Eccleſiaſtico locóq; conſecrato humarentur, quanquam bonis vilis ſepultura nõ
5 obſit nec malis ſpecioſa proſit [i]. In communi tamen loco cœmiterij, proprius locus & alicui familiæ eſſe poteſt [k], vt terra ſepulturæ aliquorum in principio deputata, vel ante conſecrationem empta proprijs eorum ſumptibus, vel ædificato ſepulchro [l]: alioquin enim, vt ſimoniaca, reiicitur venditio loci ſepulturæ, neque pecuniam licet exigere, vt quis in cœmiterio communi ſepulturã habeat, abolita omni in contrarium conſuetudine [m]. Quamuis enim in loco, qui priuato in ſepulturam in cœmiterio venditur, nemo adhuc ſepultus fuerit, tamen locus cõſecratus eſt, multò magis ſi in Eccleſia. Et quæ religioſis ſepulturis adhærent, religioſa ſunt [n], ideo vendi nequeunt, neque enim religioſum nunc ſolum locum facit illatio mortui, quemadmodum iure ciuili [o], vt anteâ purus videatur locus & vendibilis [p], ſed initiatio ſeu conſecratio. Sicut & apud Ethnicos interdum ſolebant ſepulchra per pontifices & ſacerdotes eorum deſignari, vt ait Strabo [q]. Proinde ex indulgentia Pontificis quiſque ſine ſimoniaca, propriam habere poterit ſepulturam
6 in Eccleſia, vel cœmiterio aliquo Et poteſt quilibet Eccleſiam, vel cœmiterium in ſepulturam ex arbitrio eligere [r]: ſalua quarta parte parochiali Eccleſia debita [s], quæ ſecundum locorum conſuetudinem definitur [t]. Ibi enim ſi alibi non eligatur, erit ſepultura defuncti, vbi viuens ſuſcepit ſacramenta [v]. At ſi electa ſit alicubi, cum iuramento non mutandi electionem, ibi ſepeliendus eſt, vbi elegit, nec poteſt ſententiam mutare [x] ſecundum aliquos. Verùm hodie hoc iuramentum interdictum videtur [y]. Sic etiam nec curio Eccle- 7
ſiæ, electam & propriam alicuius ſepulturam ſua in Eccleſia, alteri concedere poteſt eligente inuito [z], qui non quidem dominium eius, ſed vſum quæſiuit: niſi ex iuſta cauſa, quia non poſſit alius alibi commodè ſepeliri, vt notat Archidiaconus [a], vel ſi ius ſepulturæ legetur, vt fieri poteſt [b]. Electio tamen ſepulturæ intelligenda eſt libera in ijs, qui decedunt, non ratione eorum, qui ius ſepeliendi habent. Siquidem morituri eligere poſſunt, eo quod dictum eſt modo: dum-
modo idonei [c]. Siquidem monachi non eligunt, 8
ſed vbi vel religionem profeſſi ſunt, vel nouitiatum agunt, vel conuerſionem, ſepeliendi ſunt [d], niſi longè ab his locis deficiant, vt non poſſint eò transferri [e]. Tunc enim, vt peregrini eligere poſſunt, vel ſi non eligant, in cathedrali Eccleſia ſunt ſepeliendi, vel in parochiali eius loci [f]. Et ſi de non peregrinis agatur: non eligunt ſepulturam impuberes [g], vel furioſi [h]. Serui autem puberes eligunt, pro impuberibus, domini eorum [i]. Si electio nulla fiat ſepulturæ, ibi ſepelietur filius, vbi ante ſepultus pater, etiam ſi eius non ſit hæres [k]. Mulier cũ viro vltimo [l], eligit autem ſi velit [m]. Spurius cum matre, non cum patre: vt naturalis tantùm cum patre, niſi eſſent parentes in dignitate teſte Angelo [n]. Illi etiam, qui mortuos inferendi ius habent, ex titulo de mortuo inferendo, & nunc ius ſepeliendi habent, vt ait Hoſtienſis [o]: & hæredes in ſepulchro eorum cui ſuccedunt [p]. Qui inferri poſſunt in ſepulchra familiaria & hæreditaria, vide apud Azo-
nem [q]. Sed & Eccleſiæ, in quibus ſepeliri quis 9
deſiderat, ius ſepeliendi habere debent: nam illud commune non eſt omnibus, ſed tantùm his, qui habent populum ſeu parochos, vel quibus ex priuilegio conceditur [r]: veluti conceſſum cordigeris, minoribus & prædicatoribus [s]. Si Eccleſia interdicta ſit vel cœmiterium, ſepeliri nemo poteſt in illis [i]: ideò quis in parochiali ſepeliendus eſt, vel ſi ea ſit interdicta, apud monaſterium pro-
pinquum [v]. Sed & ex parte decedentium nullo 10
modo conceditur ſepultura, & denegatur in loco conſecrato interdictis [x], paganis [y], Iudæis, hæreticis etiam, poſt mortem damnatis [z], vſurarijs publicatis [a], mortem ſibi conſciſcentibus [b], tutorem teſtamento relinquentibus presbyterum [c], excommunicatis [d] maiori vel minori excommunicatione [e], blaſphemis, impœnitentibus [f], monachis proprium habentibus [g], in torneamento morientibus [k], raptoribus non ſatisfacientibus [i], quibus interdictus ingreſſus Eccleſiæ [k], paruulis non baptizatis, item vltimo ſupplicio affectis, certis demptis caſibus [l]. Et in ſumma Eccleſiaſtica deneganda ſepultura ijs, qui extra communionem Eccleſiæ ſunt, vt quibus non communicare debemus viuis, nec communicemus mortuis [m]: quales & notorij peccatores & incorrigibiles, mortali peccato infecti [n]. Quòd ſi huiuſmodi, qui

a Franciſ. Venetus, tomo 2. problematum ſacræ Scripturæ, ſect. 2. problem. 79. & 80.
b 1. ad Theſſa. 4. c. qui diuina, can. vbicunq; 13. q. 2.
c Hieremiæ c. 22.
d l. cùm in diuerſis, de reli. & ſumpt. fun. in P.
e quid purus locus. l. 1. §. de ea, & l. 2. §. purus. de reli. & ſump. fune.
f c. 1. 13. q. 1.
g c. aurum. 12. q. 2.
h conci. Trib. can. 17.
i in c. ſacris. de ſepult. can. vbicunque. 13. q. 5.
k c. fraternitatem. c. 3. de ſepult.
l c. aurum. 12. q. 2. c. precariæ 10. q. 2.
m c. aboledæ. c. 13. de ſepul. c. queſta eſt, & ca. præcipiendum. 13. q. 7. c. ad hæc. de rel. domi. In concil. Triburien. c. 16. & concilio Vaſenſi ſub Leone 1. Papa & Theodoſ. Cæſar. c. 3.
n l. quæ religioſis. de rei vend. in P. ca. quiſquis, & c. ſicut antiquitus. 17. q. 4.
o §. religioſum. de re. diuiſ. l. 2. §. religioſum. de re. li. & ſump. funer. in P. Maria. in l. in tãtum. §. religio ſum. de re. diuiſ. in P.
p vt in l. ſi mo numẽto. & ibi Bald quæ res pig. obli. poſſ.
q Strabo in 5.
r c. ſoror, & ſeq & c. Ebrõ. & c. vos. 13. q. 2. c. fraternitatẽ, de ſepul.
s c. de his. c. ſu per eo. de ſep. ap. Greg. c. ſi. eo. ti. in 6 cle. dudum. §. verum de ſepul. & c. cùm ſuper. & c. certificari. de ſepul.

v c. 1. & c. in noſtra, de ſepu. cap. is qui. eod. tit. in 6.
x Specula. in ti. de inſtr. editio. § compendioſè verſ. quid ſi quis iurauit, & tit. de ſepult. verſ. & nota quod ſi aliquis.
y In c. 1. de ſepul. in 6. niſi ex voto, & nulla cauſa mutandi ſit, c. ſi. vero, de iureiuran.
z Bart. in l. 2. §. 1. de operi. pub. l. 2. & l. ſi plures. de reli. & ſumpt. fun.
a Archidiac. in ca. præcipimus. 12. q. 1. Ludouic. Roma. ſing. 688.
b Bart. in l. 3. §. ſi quis, de ſepult. viol.
c l. vt gradatim. de mune. & honor.
d Vide Boer. deciſ. 175. Innocẽt in c. nimis. in 1. & ibi in gl. in verbo eligit, de exceſſ prælat. c. 1. 16. q. 1.
e ca ſi. de ſepul. in 6.
f vide Boer. in d. deciſ. 175.
g c. licet. in pri. de ſep. in 6.
h c. ſi. de ſucceſſ. ab inteſt.
i Angelus Clauaſius, in Summa, in ver. ſepultura. nu 7.
k c. Ebron. 13. q. 2. Oldr. cõſ. 25. & 257. l. vel φ, & ibi Bart. de religio. & ſum pt. funer. in P. vide c. licet. de ſepult. in 6.
l c. 3. §. ſi. de ſe pul in 6. c. vna quæq;. 13. q. 1. ca. quos Deus. 33. q. 2.
m c. de vxore. de ſepultu. apud Grege.
n in ſumma in verbo ſepultura. nu. 21.
o In Summa, de ſep. §. quid ius funerandi.
p l. 4. §. 13. de relig. & ſump. fune. C.
q Azo in Summa, de reli. & ſump. fune. C. num. 5. & 6.
r Inno. in c. 1. de ſep. vt in c. nimis iniqua, & c. nimis praua, de exceſſi. præla. c. priuilegia. de priui. c. ex parte. de ſepul.
s c. dudum. de ſepul. in clem.

t ca. ſi eccleſia, de priuil. in 6. can. ſi. de ſepult. v Archid. in c. 1. de ſepult. in 7. x c. cùm in partibus, de verb. ſign. y c. Eccleſiam, & c. ſeq. de conſecr. diſt. 3. z c. ſanè præfertur. 24. q. 2. c. ſi Epiſcopus. de hære. cle. 1. de ſepul. a c. quia in omnibus. de vſur. clem. 1. & c. quanquam de vſur in 6. b c. placuit. 23. q. 5. c c. neque apud. 88 diſt. ex D. Cypria. d c. ſicut, de hæret. c. ſi. de ſepul. e c. ſanè quod ſuper. 24. q. 2. f c ſtatuimus. de maled. g c. ſuper quodam, de ſtatu monachor. h c. 1. de torneament. i c. 2. de rapt. k c. his qui, de ſent. excom. in 6. l tot. tit de cadau. punit. in P. m c. ex parte. & c. ſacris. de ſepul n c. non eſtimemus. c. quæſitũ. c. quib. c. pro obeuntib, 13. q. 2. c. placuit. 23. q. c. quicunq; clericus. 23. q. 7.

ſepeliri



11 ſepeliri prohibentur, facto in Eccleſia, vel cœmiterio ſepeliantur, polluitur locus, & reconciliari debet Deo [a], exhumatis ſepultis, ſi oſſa commodè poſſint internoſci, non aliter [b]. Habebant in religione poſitum Ethnici etiam ne in æde ſacra vel loco publico ſepulturæ deputato paterentur impios ſepeliri. Quare refertur ex Lyſimachidæ Alexandrini Tebai. lib. 13. de ſepultura ædipi, populum Thebanum, neque apud ſe conſceleratum eum ſepeliri ferre voluiſſe memorem multarum calamitatum, quas propter illum ſuſtinuiſſet. Prohibet & lex regia, mulierem prægnantem, ſi mortua, humari, antequam partus ei excidatur: qui contrà fecerit, ſpem animantis cum grauida
12 peremiſſe videtur [c]. Iure ciuili quoque inuenio prohibitum, ne quis ſepeliatur in loco, vbi martyrum ſunt reliquiæ [d]: vt inde colligi poſſit, in Eccleſia non eſſe ſepeliendum. Atque in concilio Noguntiaco [e], conſtitutum, vt intra Eccleſias mortuus ſepeliatur: niſi Epiſcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles laici. Concilium Triburienſe [f] laicos ob miracula, quæ indè ſæpè contigiſſe dicit, omnino ab Eccleſia arcet.

a c. conſuluiſti, de conſec. Eccle. velalta.
b c. ſacris de ſepult.
c Martia. l. 2. de mor. infer. in P. l. Impera tor. de ſta. homi. l. prægnantis. de pœnit. in P.
d l. 2. C. de ſa. c. oſ Eccleſ.
e Concil. Moguntiaco. c. 52.
f Concil. Tribur. c. 17. can. præcipiẽdum. 13. q. 2. & c. qui bus. eod. vide Greg. li 4. Dia logor. c. 53.

---

## De religioſis, & ſumptibus funerum, & de mortuo inferendo, & luctu. Cap. 14.

Lib. 11. P. titul. 7.

1 *Edicta duo de iure ſepulchrorum iuris Ciuil.*
2 *Non licere transferre ſepultos abſque authoritate ſuperioris.*
3 *Capita edicti, Ne in alieno liceat ſepelire, & vt funus liceat ducere, explicata: & de ſumptibus funerum, & contra quos, qui impendit, agat.*
4 *Quæ impenſæ in funus tantùm repetuntur, & quatenus, & qui fieri debent ſumptus.*
5 *Pro quibus, & quando actio funeraria datur.*
6 *Quid contineat edictum: Ne quis prohibeatur mortuum inferre.*
7 *Ius inferendi mortui præſcriptibile, non ſepulchrũ.*
8 *Leges circa mortuos ſepeliendos honeſtatis.*
9 *Sepulturæ rationes quædam.*
10 *De legibus luctus mortuorum, & de pluribus luctus ſignis.*
11 *Prohibitum lugere milites Hieroſolymitani ſodalitij.*
12 *Quæ perſonæ lugeri debent, & quæ non.*
13 *Tempus, & modus lugendi maritos vxorum.*
14 *Modus lugendi, & luctus varius refertur.*
15 *De pompa exequiarum, & de ordine, quo fiebant.*
16 *De his, quæ ſepeliebantur vnà cum mortuis.*
17 *Sumptibus ſepulturæ modus impoſitus.*
18 *Ritus erga corpora mortuorum.*
19 *De præficis.*

1 IN iure quoque Cæſareo duo edicta prætoris inueniuntur, quæ pertinent ad ius ſepulchrorum: primum eſt, De religioſis & ſumptibus funerum: alterum, De mortuo inferendo. In primo duæ partes, prima prætor edixit hunc in modum [g], *ſiue homo mortuus, oſſáve hominis mortui, in locum purum alterius, aut in id ſepulchrum, in quo ius non fuerit, illata eſſe dicentur: qui hoc fecerit, in factum actione tenetur, & pœnæ pecuniariæ ſubijcietur.* Iure pontificio, qui alienum parochianum ob inteſtato mortuum ſepelierit in alia, quàm parochiali eccleſia vrbis vbi mortuus eſt, tenetur oſſa reſtituere, & beneficia inde ſuſcepta, & alio mo-
do componere [h]. Tranſlatio ſepultorum per edi- 2
ctum prohibetur, ne fiat ſine authoritate publica imperiali, ſeu pontificali [i]. Et hinc olim narratur orta ſeditio, quòd Macedonius Arrianus inuita magna parte populi, propria authoritate arcam, in qua continebantur oſſa Conſtantini Magni, de domo in qua erat, in eccleſiam tranſtulerat. Quam rem indignè etiam tulit Conſtantius imperator, tametſi ipſe quoque eſſet Arrianus: cùm quòd in ea ſeditione multi occubuerãt, tum quia Macedonius corpus patris eius, abſq; ipſius con-
ſilio, transferre præſumpſerat [k]. Deinde & iube- 3
tur, *nequis in alieno ſepeliatur mortuus inuito domino, alioquin in factum actione teneatur* [l]. Per quam qui agit, conſequitur, aut vt tollatur quod illatum eſt, aut loci pretium reſtituatur: competítque tam hæredi, quàm in hæredem actio perpetua [m]. Dehinc competit remedium, *vt funus ducere liceat*, hoc eſt, ne prohibeatur quis mortuum ſuum in ſepulchrum inferre [n]. Ne corpora mortuorum detineantur, néve via prohibeatur, & vt via ad ſepulchrum præbeatur [o], néue ob debitum inhibeatur ſepultura [p]. Eſt & alia pars edicti de ſumptibus funerum. *Qui funeris cauſa ſumptus factus erit, eius recuperandi nomine in eum, ad quem ea res pertinet iudicium dabo.* Quo edicto is qui funerauit, perſequitur id quod impẽdit [q]: ne inſepulta corpora iacerent, & ne de alieno [r] quis funeretur. Pertinet itaque hoc iudicium contra hæredem defuncti patrisfamilias, & eius bona. Et primùm contra eum, cui funus faciendum teſtator delegauerit [s]. Ex perſona tamen defuncti agit cum hęrede, & hęreditate, quę repræſentant defunctum [t]: cum quo pro funere eius impendendo contrahere videtur [v]. Et fit creditor hæreditarius hac actione funeraria ſepararíque eius bona ab hæredum bonis petere poteſt, ſi illi ſint pro ſuis debitis, creditoribus onerati [x]. Atque vt creditores teſtatoris, minuunt legata abeo facta, & prius impenſum, quàm illi legatum, repetunt [y]. Minuunt enim bona impenſa in funus [z], & omni credito præponuntur, ſi hæreditas ſoluendo non ſit [a]. Quòd ſi de funere procurato matrisfamilias agatur, quæ virum habebat, eadem, quæ de patrefamilias dicenda ſunt: vt & hęredes teſtamentarij, alíique proximi ab inteſtato ſuccedentes, teneantur ex bonis, quæ vltra dotem marito relinquuntur [b]. Quod ſi maritus dotem lucretur pacto, vel partem ex morte vxoris, pro portione dotis tenetur lucratæ, in id quod facere poteſt [c]; quamuis pro aliis debitis mulieris, ex dote lucrata maritus cum hæredibus vxoris non contribuat [d]. Si tamen alia cauſa diuortio facto lucratus ſit, & alij nupta deceſſerit, non tenetur funeraria [e]: Quòd ſi nulla dos eſſet, tunc omnem impenſam pater mortuæ præſtabit, aut hæredes eius mulieris emancipatæ. Et ſi neque hæredes habeat, neque pater eius ſoluendo ſit, maritus in quantum facere poteſt pro hoc debito conuenitur: ne iniuria eius videatur, quondam vxorem eius inſepultam relinqui [f]. At ſi dos modica ſit quam lucretur vir, & funeris impenſa vxoris eam excedant, dari poterit actio in ſuperfluũ in patrem [g]. Verùm ſi agatur de expenſis repetendis ab eo, qui funerauit filium filiámve familias, pater tenebitur, vt de in rem verſo, vt funus filiifa. ſit æs alienum patris [h], pro dignitate & facultatibus funeraria actione [i]. Si tamen filiusfa-

g in l. 2. §. prætor. de relig. & ſumpt fun. in P. lib. 11. tit. 7.

h c. ex parte. & c. cum liberorum. de ſepul. apud Gregor.
i gloſſ. l. 8. & l. diui 39. de relig & ſumpt. funer. in P. l. 1. & pen C. eod. l. hęreditas de petit. hæredit. in P.
k Socrates, li. 5. Hiſtor. tripart. c. 12.
l l. 2. de religio. & ſumpt. funer. in P. & l. ſi plures eod.
m Caius in l. is qui intulit, l. 7. de relig. & ſump. fune. P. l. liberum, l. 9 eod. tit.
n l. ne corpora l. 28. eod. tit.
o Vlpia in l. ſi quis ſepulchrũ l. 12 cum ſeq eod. tit.
p §. hoc autẽ vt cum de appellat cogno. in auth.
q l ſi quis ſepulchrũ l. 12. § præto. aitde relig. & ſump. funer in P.
r d. l. ſi quis, & l. at ſi quis, §. ſed etſi res, e.
s d. l. ſi quis, §. funus, l. at ſi quis § ſi. & l. funeris. eo. l. ſi filiusfam. l. 31. §. fi. eod.
t l. in eo. & ſe qu. de ac. rer. dom. P.
v l. 1. de relig. & ſump. fune.
x l. 1. de ſeparatio. in P.
y l. at ſi quis, l. 13. §. ſed etſi res legatæ. de relig. & ſump. funer in P.
z l. ſcimus, §. in computatione, de iure deliber. C.
a l. pen. de rel. & ſump. fune. in P. l. 1. §. pe. ad l Fal. apud Iuſtinia.
b l. Neratius, §. ſi. de relig & ſump. fun. in P.
c l. Celſus ſcribit l. 22. cũ ſ. ll ſeq. de reli. & ſump. fune. in P. l. in eum, eod. tit.
d l licet. C. de iur. dot.
e l. ſi mulier. l. 29. de reli in P.
f Pompo. in l. quod nulla, l. 28 de relig. & ſump. fun in P.
g l Neratius, 20 § ſi mari de relig. & fũ. funer. in P.
h l. ſi filiusfa. de in rem verſo, n P.
i Paul. in l in patrẽ, l. 21 de relig. & ſump. funus. in P.

milias caſtrenſe peculium habeat, primùm ſucceſſores eius tenentur, deinde ad patrem peruenitur [a]. Si pro filiafamil. quæ nupta erat, quis impenderit, poterit ſolùm contra maritum experiri,& ſi dotem is reſtituturus ſit, vel pro parte vel in totum nondum recuperata dote: reputabit autem patri, vel ei cui reſtituenda, quod eo nomine præſtitum erit [b]. Porrò qui ſeruum alienũ, ancillámve ſepeliuit, habet aduerſus dominum funerariam actiónem [c]. Cæterùm qui impendit, ita demùm hos ſumptus repetit, ſi animo repetendi fecerit: non vtique ſi ſola humanitate, & pietate ductus faciat, & ſepeliat. Vnde oportebit teſtari quemque, quo animo funerat: ne poſteà
4 patiatur quæſtionem [d]. Neque etiam omnia,quæ impenſa ſunt in funus,ſemper reſtituuntur,neque tantum,quãtum factum eſt ſumptus nomine imputatur,ſi immodicè factum eſt: debet enim haberi ratio eius, in quem factum eſt; & ipſius rei, quæ vltra modum ſine cauſa conſumitur [e]:Funeris cauſa ſumptus factus videtur is demùm, qui ideo fuerit,vt funus ducatur, ſine quo funus duci non poteſt: impenſum in elationẽ mortui:ſi quid in locum fuerit erogatum, in quem mortuus inferretur:impẽſa peregrè mortuo,quæ facta eſt,vt corpus perferretur:quódve ad corpus cuſtodiẽdum,vel commẽdandum factum ſit:in marmor-
5 vel veſtem collocandam [f]. Quare quod extra funus impenſum erit, veluti in curam defuncti, vel in aliud,non veniet hac actione funeraria [g].Neq; hæc etiam in funus impẽdenti datur,ſi poſſit quis impenſa repetere alia actione, puta familiæ erci-
6 ſcundæ,vel ſimili [h].Accedunt ſuperioribus interdicta, De mortuo inferendo, & vt inferre liberè liceat. *Quo quáve,* inquit prætor, *illi mortuum inferre inuito te, ei ius eſt,quo minus illi eo eáve mortuum inferre, & ibi ſepelire liceat, vim fieri veto* [i]. *Item, quo illi ius eſt inuito te mortuum inferre, quominus illi ſepulchrum ſine dolo malo ædificare liceat,vim fieri veto* [k]. Prohibere videtur inferre mortuum, qui prohibetur per viam ire vt inferat, vt prohibere videtur ædificare ſepulchrum, qui prohibet eam materiam conuehi,quæ ædificationi neceſſaria eſt [l],ſi modo ei ius ſit eundi:aliter verò,ſi non ſit, qui prohibet, non tenetur interdicto [m]. Et ita qui ius habet prohibendi ne in ſui præiudicium ædificetur ſepulchrum,debet prohibere, & opus nouum denunciare: nam facto opere non datur alia actio,quàm quod vi aut clam [n].Idem ſi quis mortuum vnum inferat, vbi ius non eſt, cui ius eſt prohibendi, debet probibere initio: aliter ſecundum inferre non poteſt prohibere, ſi ſciens
7 illatum primum tacuerit [o]. Et ita ius inferendi mortui præſcribi poterit, remanente tamen ſepulchro Domini [p], quamuis longa paſſeſſio, ius non tribuat ei, cui iure non competit [q]. Eáque erat lex Solonis, ἠρῷον, ἢ τύμβον μὴ χρήσει λαμβάνειν, forum aut buſtum non vſucapi.quam & explicat Cicero [r].Erat & lex τάφον μὴ ἐξαλείφειν, μηδὲ ἀλλότριον νεκὺν θάπτειν,ſepulchrum ne deleanto, néve in alienum funus inferanto [s].Circa funera leges ſepulchrales plures ab antiquis latæ fuerunt cùm ad honeſtatem,tum ad ſumptus cõponendos pertinentes,quarum aliquas, quas retulimus in titulo de ſepulchro violato,omittemus, alias paucas re-
8 feremus. Ad honeſtatem refero, quæ primùm de ſepeliendis mortuis cauta ſunt: eò quòd ibi humanæ conditionis memoria conſeruetur [t], æternam illis ſedem dantes [v], & veluti quietis locum. Qui ſepultura caret, melius illi eſſet ſi eſſet

a l. ſi filiusfa. l. 31. de relig.& ſump.fun.in P.
b l. ſed ſi nondum, cum 2. ſeq. eod. in P.
c l. ſi filiusfa. §. qui ſeruum alienum, eod. tit. Iulius Pau. li. 1. recep. ſen. tit. 29. in fine.
d l. at ſi quis. §. ſed interdũ. de rel.& ſumptib. fune.
e d. l. at ſi quis. §. hæc actio. & l. ſi quis ſepulchrum. §. ſumptus funeris, de religio. & ſump. fun.
f d. l. at ſi quis. §. funeris cauſa.
g d. l. at ſi quis. §. hæc actio.
h d. l. at ſi quis. §. Labeo.
i l. 1. de mort. inferen. lib. 11. P. tit. 8.
k d. l. 1. §. prætor ait.
l d. l. 1. de mor. infer. l. veteris, de itiner. actúque priua. in P.
m d. l. 1. §. facere. de mor. infer.
n l. 3. eod. tit.
o d. l. 3. §. ſi.
p l. monumentorum. l. 6. de reli. & ſumpt. funer.
q l. penult. de mort. infer.
r Cic. lib. 2. de legib.
s Cic. 2. de legib. & l. de relig. & ſumpt. funer.
t l. quidem. de condi. inſtitu.
v Paul. l. ſi quis eo animo. l. 40. de relig. & ſump. funer.

abortiuus [x]. Conſulimus quoque publicæ vtilitati, cuius intereſt ne corpora inſepulta remaneant [y]. Athenienſes decem imperatores ſuos & quidem à pulcherrima victoria redeuntes, capitali iudicio condemnarunt,quòd militum corpora,licet maris ſæuitia interpellante, ſepulturæ non tradidiſſent.Id enim nullo modo, nec piè negligi ac prætermitti poſſe putarunt: quod eſſet in more totius Græciæ ſolatio parentum viuorúmque æmulationi,vt tradit Valer. Maximus [z]. Tempore perſecutionis Maxentij in Oriente, fame orta maxima, qua fermè omnis populus moriebatur, Chriſtianorum apparuit longè latéque vera pietas laudata & vulgata,quòd cadauera,quæ paſſim inſepulta iacebant, ſepeliebant [a]. Viros Iabes & Galaad laudauit Dauid, quòd ſepeliſſent Saulem & Ionatham [b]: Et Tobias ob mortuos ſepultos miſericordiã cõſecutus [c]. Sub M. Antonino Philoſopho, propter multitudinem ex peſte cadauerum, leges latæ aſperrimæ de ſepulchris. *Quandoquidem cauerunt, vt ſi quis vellet, ſepulchrum fabricaret. Quod hodie,* inquit Iulius Capitolinus [d], *ſeruatur*: Omitto ritus buſtorum, dum cremari corpora ſolebant, exceptis paruulis. Nam moris non erat priſcis,vt ait Plinius [e], hominẽ priuſquã edito dente,cremari:quod & docet Iuuenalis [f]:

*Naturæ imperio gemimus cùm funus adultæ*
*Virginis occurrit,vel terra clauditur infans,*
*Et minor igne rogi.*

Quod pertinet tamen ad animam,non nocuit bonis priuari ſepultura, quemadmodum Martyribus & Sanctis [g]: *Nam pretioſa ſemper in conſpectu Domini mors ſanctorum eius* [h]. Et ſepultura non animarum,ſed corporum eſt receptaculum: animarum enim in ſupernis,habitaculum [i], & manſiones illarum, cœli [k]. Neque etiam vel capillus de capite in corpore peribit, qui non reſurgat [l]. Prodeſt autem ſepultura, vt memoria nobis illo- 9
rum,qui exceſſerunt, ſit, & pro iiſdem ſoliciti ſimus,& amicitiæ vinculum illis abſentibus teſtemur:& ita fiunt pro illorum ope, ſi egeant, oblationes,orationes, vigiliæ, eleemoſynæ [m]. Nam & iuuari defunctos viuorum orationibus defendit Eccleſia Catholica [n]:nec inaniter viuos baptizari, id eſt,pœnitentiam agere,pro mortuis dixit Paulus [o]. In luctu mortuorum quoque tranſigendo, 10
honeſtatis lex neceſſaria fuit,tantus eſt enim adẽpti patris,matris,vxoris,liberorum,aut amicorum dolor,vt præter modum plures ſe inde affligant, ac mortem ſibiipſi aſciſcant. Interdum & aliqui vſque adeò ferrei & ingrati, vt nec lugeant, nec luctus ſigna aliqua ferant, interdum & ſuperbè contemnant.Proinde moderatus lugendi modus decretus, & perſonæ, quæ lugeri, quæúe lugere debeant diſtinctæ. Sic res, quæ in lugendo veniunt,perſonæ,& modus lugendi obſeruabuntur. Res ſunt,vt marmora, veſtes circa mortuum, vel mortuo concedendæ [p], curatio funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum, orationes funebres,veſtes lugubres. Lugubria ea dicuntur omnia,quæ luctum & dolorem vel mouent,vel retinent: ſigna mœſtitiæ & triſtitiæ, quæ diuerſi generis fuerunt pro more nationum. *Cùm Pelopidas cecidit,*inquit Plutarchus [q],*in acie,quã Theſſali habebant contra Alexandrum Phereum Perſeæ tyrannum, milites eius Theſſali, neque thoracem poſuerunt, neque frænos equis detraxerunt, neque vulnera alligarunt, poſtquam de morte eius audierunt: ſed cùm armis, & tum etiam puluere ſordidi & calidi,ad cadauer quaſi ſentiens, hoſtium ſpolia ce ... tim*

ſuc

x Eccleſiaſtes, cap. 6.
y l. ſunt perſonæ. l. 43. de reli. & ſumpt. fune.
z Valer. Max. li. 9. c. 8.
a Niceph. Calix. li. 7. ca. 28. Euſeb. li. 7. Hiſtor. Eccleſia. c. 20. & lib. 9. c. 8.
b 1. Reg. cap. 31. & 2. Reg. cap. 1.
c Tobi. cap. 1. & 2.
d Iulius Capitol. in M. Antonino.
e Plinius li. 7.
f Iuuenal. ſatyr. 15.
g vide D. Auguſt. lib. 21. de ciuit. Dei. cap. 12. & li. de cura pro mort. agen. c. 2.
h Pſal. 78.
i 4. Eſdræ 7.
k D. Io. Euangel. c. 14.
l D. Matthæi. c. 10.
m c. pro obeuntibus,& c. animæ defunctor. 13. q. 2.
n Dion. Areopag. li. de Eccleſ. Hierarc. par. 2. & 3. Gregor. Nazianz. ora. 81. Hierony. in vita Hilarij. Aug. lib. de cura pro mort. agen. & lib. 9. confeſſ. c. 11. & 12. & de ver. Apoſt. ſerm. 32. concilio Carthagin. ca. 79. D. Ambroſ. de obitu Valentinia. cõcil. Africano.
o 1. ad Corin. 15.
p l. at ſi quis §. funeris, de relig. & ſump. funer. in P.
q Plutar. in vita Pelopidæ.



*depoſuerunt, equos totonderunt, ipſi quoque tonſi fuerunt: multi in tabernacula ſua reuerſi,neque ignẽ accenderunt, neque cœnati ſunt. Silentium autem, & luctus tota caſtra occupauit, quaſi non glorioſiſſimam,& maximam victoriam peperiſſent, ſed à tyranno victi, & in ſeruitutem redacti fuiſſent. Ex ciuitatibus autem vbi nuncius ad eas perlatus eſt, aderant magiſtratus, & cum eis Ephebi, id eſt, puberes, & pueri impuberes, & ſacerdotes, ad ſubeundum humeris cadauer, trophæa, & coronas, & totius corporis armaturas aureas efferentes, habita & orationes funebres, &c.* Neoptolemus filius Achillis, poſtquam vindicatam necem ex Alexãdro necato à Philoctete vidit patris Achillis, initium lugendi fecit, & vnà cum Phœnice, atque Myrmidonũ exercitu crines ſepulchro deponit, pernoctauitq; in eo loco, vt ait Dictys Cretẽſis [a].Idẽq; fecit Neoptolemus, poſtquam cremauit corpus Aiacis,& in vrnam cineres condidit, & tumulum erexit,tertio à funere die, cunctíque reges comã apud tumulum eius depoſuerunt [b]. Refert Suetonius [c], mortuo Germanico patre Cæſaris Caligulæ,regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & vxorum capita raſiſſe, ad indicium maximi luctus. Alia ſigna luctus mortuorum apud Phalaridem [d] his verbis deſcribuntur, οὐ γὰρ δακρύεσθαι Στησιχόρου πρέπον, ἀλλὰ ὑμνεῖσθαι καὶ καθόλου μὲν, οὐκ ἂν ἐβουλόμην ὑμᾶς, οὔτε θρήνους οὔτε οἰκισμοὺς προἵεσθαι σωμάτων: οὐχ ὅτι οὐ κοινὰ ταῦτα πάθη, κατηναγκασμένα παρέπεσθαι πᾶσιν, ἀλλὰ ὅτι τὰ τοιαῦτα ἀνθρώποις ἐστὶν ἁρμοστὰ δυστήνοις; ὧν οὐχ ἡ τελευτὴ τὰς ὀλοφύρσεις προσηκούσας, ἀλλ' ὁ βίος ἔχει: μᾶλλον ἢ τούτοις ἐστὶ δακρύων ἄξιος ὁ θάνατος, id eſt, *non eſt decens lachrymari, ſed cantare de morte Steſichori,& in vniuerſum,non quidem volo lamentationes, & flagellationes, vel afflictiones corporum abiicere: non quin communiter hi affectus omnibus accedant, ſed quoniam miſerorum ſint, quorum non mors, ſed vita vel potius mors, deplorari debeat.* Iulius Paulus [e]. *qui viuit,*inquit,*abſtinere debet conuiuij ornamentis, & alba veſte.* Atra veſte enim lugentes olim vtebantur,vt & innuit Statius [f].

*Ipſe etenim tectum nigræ ſolatia pompæ,*
*Spectatúmque vrbi ſcelus,& puerile feretrum*
*---Produxi.*

Quanquam & mulieres in luctu olim veſte alba vſas tradit Plutarch [g]. Mortuo rege tantùm apud Perſas,ignis,qui ſacer dicebatur, extinguebatur, donec funus eſſet abſolutum. Et ita fieri iuſſit
11 Alexander Magnus in funere Epheſtionis [h]. Inter ſtatuta tamen militum Hieroſolymitanorũ [i], ſancitum à magno magiſtro ſeu generali illorum præfecto Claudio de la Sangle, vt honeſtiſſimè quidem fratres,& milites illorum ſepeliantur:ſed ne poſthac vllus, ſiue fuerit frater, ſiue ſecularis, pullatus omnino, ſiue veſtitus veſte lugubri funus ſequatur,neque etiã ipſius magiſtri, vbicũque mortem obierit:idque, vt opinor,vt mortem de-
12 ſpicere. vel non timere aſſueſcant. Perſonæ quæ lugeri debent, ſunt parentes & liberi vtriuſque ſexus,necnon & cæteri agnati vel cognati,ſecundùm pietatis rationem & animi ſui patientiam, prout quiſque voluerit: qui tamẽ eos nõ luxerit, non notatur infamia [k]. Vxores viri lugere non compelluntur, ſponſæ nullus etiam luctus [l]. Et more maiorum,non ſolent lugeri hoſtes,vel perduellionis damnati neque ſuſpendioſi,neque qui ſibi manus intulerunt, non tædio vitæ, ſed mala
13 conſcientia [m]. Vxorem verò per decem menſes olim virũ luxiſſe arguit, quod ſcribit Ouidius [n], de anno decem menſium Romuli agens:

a Dict. Cret. li. 4. de bello Troiano.
b Idem dict. lib. 5.
c Suetonius, in Caligula c. 5.
d Phalaris epiſt. 83. ad filios Steſichori, de morte patris.
e Iulius Pau. lib. 1. recept. Senten. tit. 21. c. 3.
f Statius, li. 2.
g Plutarchus, in problema. 25.
h Diodor. Siculus, li. 17. in 12. anno Alexandri.
i in ſtatutis militum Hieroſolymita. tit. 4. qui de hoſpitalitate inſcribitur. c. 22.
k l. parentes, l. 23. de iis qui notan. infa. li. 3. P. tit. 2. ſic intellige glo. finaleius tit.
l l. vxores, l. 9. de iis qui notã. infa. in P.
m Vlpia. in l. liberorum. l. 11. de iis qui notan. infam. in P.
n Ouid. in 2. Faſtorum.

*Eſt tamen & ratio, Cæſar,quæ mouerat illum,*
*Errorémque ſuum,quo tueatur, habet.*
*Quod ſatis eſt vtero matris dum prodeat infans,*
*Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.*
*Per totidem menſes à funere coniugis vxor,*
*Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.*

Annus autẽ poſteà lugẽdi mulieribus viduis à tẽpore mortis mariti impoſitus eſt,& nõ lugẽtibus aut intra id tẽpus nuptias repetẽtibus,pœna dicta infamiæ [o],cui & aliæ additæ [p]: maximè propter metum,ne familiarũ fieret cõfuſio, & turbaretur generatio prioris mariti [q].Et proinde tẽpus interceptum anni in properãte ad ſecundas nuptias,infamia iure ciuili punitur tantùm remiſſa infamia, ſi nõ ferat inſignia luctus [r].Remiſſa etiã iure canonico pœna nuptias acceleranti intra tẽpus luctus [s].In Chubda tamẽ ciuitate:quæ eſt iuxta ciuitatẽ Tangaſt in finibus Indię,vnde Turcę præfectum mortuum,lege ita iubente,coniuges eius perpetuò lugent,neq; vnquam à ſepulchro diſcedũt pulla veſte indutæ,& capite nouacula raſo [t]. Seneca porrò [v], annuũ tẽpus fœminis ad lugendum conſtitutũ fuiſſe à maioribus ſcribit, non vt tandiu lugerẽt,ſed ne diutius. Viris lugẽdi legitimum tempus nullũ eſt,quia nullũ eſt honeſtum. Sequuntur tamẽ rectè mores locorum,in quibus 14
degunt.Modus funerũ & luctus etiã. varius, eáq; de re cauit lex decemuiralis:*Extenuato ſumptu tribus ricinijs & vinculis purpuræ: & decem tibicinibus, tollitque lamentationem,*vt ait Cicero [x]: & Solon apud Plutarchum [y], *Mulieres,* inquit, *genas ne radunto, néve leſſum, funeris ergò, habento* [z]. Laniabant quippe genas & faciem,qui olim lugebãt,vt innuit de Anna Didus ſorore loquẽs Virgilius [a],

*Audiit exanimis,trepidóque exterrita vultu*
*Vnguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis*
*Per medios ruit,ac morientem nomine clamat.*

Diuellere & comam in luctu moris,vt facit apud Homerũ [b] Agamemnon & Actianus. Addebatur & funeribus Tibia,vt Ouidius [c]:

*Cantabat mœſtis tibia funeribus.* Et Statius [d],
*Cum ſignum luctus cornu graue iungit admiſſa*
*Tibia,cui teneros ſuetum producere manes.*

Aderat & aliquãdo tuba, verùm in nobilium funeribus olim tuba,in pauperũ & plebeiorũ tibia canebant antiquij [e]. Eò pertinet quod ſcribitur à D. Matthæo, defuncta filia cuiuſdam principis, rogatum ab eo Dominum Ieſum Chriſtum, illuc perueniſſe, & inueniſſe inibi tibicines & turbam tumultuãtem [f]. Erat & funus cenſorium vſitatũ ſæpe maioribus,quo mortui cæremoniis omnibus & pompa ampliſſima efferrentur, ſolitũ non niſi magnis viris & de repu. bene meritis tribui. Imperabat præconi ſuo prætor ex ſenatus decreto,vt tale funus indiceret: inde funus indictum apud Suetoniũ [g]. Et apud Pompeium feſtum [9]. indictiuum. Celebritas ſupremi diei & officium funebre quod in funere exequimur,exequię ſunt. Adeſt & pompa,& exequiarũ maior ſolemnitas 15
in ſepeliendis viris de Republica benè meritis, vt in Lucilio Longo, funus factum apud Cornelium Tacitum [h]: Auguſto Octauiano, apud Dionem Caſſium [i]. Aderant in funere ducendo accenſę faces [k], lecti funebres [l]: præcedebant ſacerdotum collegia [m], & præferebantur omnia mortui ornamenta, maiorúmque imagines. Procedebat funus more priſco, ſequebantur homines, quaſi poſt ipſum defunctum morituri ſubſequuturíque, à quibus dicebatur, *vale, nos te ſequemur.* Inde & dictæ exe-

o l. 1. de iis qui not. infa. in P.
p in l. 1. C. de ſecund. nupt. lib. 5. tit. 9.
q l. liberorũ. §. etſi talis, de iis qui not. infa. in P.
r l. decreto. l. 15. ex quibus cau. infa. irroge. lib. 12. C. ti. 12.
s c. pen. de ſecund. nupt.
t Niceph. Calix lib. 18. Hiſtor. c. 30.
v Seneca lib. 7. epiſtol.
x Cicer. 2. de legib.
y Plutarch. in vit. Solon.
z Cic. 2. de legib.
a Virg. 4. Aeneid.
b Homer. Il. 10.
c Ouid. 6. Faſt.
d Statius, in Thebaide.
e Turneb. in 2. Cicer. de legib.
f D. Matthæi, cap. 9.
g Suetonius, in Iulio c. 84.
h Corn. Taci. li. 4.
i Dion. Caſſius, li. 48. Hiſt. Roma.
k Cornel. Tacit. dum agit de Auguſti funere. Virgil. in lib. Aeneido, dum de Pallantis fun. exeagit.
l Florus li. 48. epito. Liuij.
m Appian in Sylla funere.

quiæ, vt apud Donatum legitur in illud Terentianum, *funus interim procedit, nos ſequimur.* Et ſi aliquando alius ordo ſeruatus, præcedente pompa, ſequente mortuo, vt apud D. Hieronymum legitur de funere Bleſillæ [a]. Legimus auté & apud D. Lucam in funere filij viduæ turbam ciuitatis multam adeſſe, cùm Dominus eum ſuſcitauit [b].

a D. Hierony. epiſt. ad Paulum de dormitione Bleſillæ. b D. Lucas, c. 7.

16 Simpliciores homines aliquando decedentes iubebant ſe ſepeliri, ſe cúmque ornamenta quædam: quod non faciendum tamen Iuriſconſulti tradunt, nec voluntatibus defunctorum circa ſumptus illegitimos obediendum [c]. Inuehitur in eos, qui ſepulchra magnifica, vt trophæa, ædificant, D. Chryſoſtomus [d]. Scribit tamen Ioſephus [e], Salomonem, Dauidem patrem cum multis diuitiis ſepeliiſſe, & ab eius ſepulchro Hircanum pontificem, vt liberaret ciuitatem ab obſidione Antiochi filij Demetrij, accepiſſe tria millia talentorum, Herodémque partem accepiſſe. Refert Athenæus [f], aliqué aureos nummos multos deglutiſſe cùm in extremis laboraret, & ita mortuum alium in ſago aurum conſuiſſe eóq; ſe induiſſe, & iuſſiſſe familiaribus ſuis, vt eum ita indutum ſepelirent, neque vrerent, aut cultum

c l. at ſi quis. §. funeris, & ſequentib. de religio. & ſumptib. funer. l. fi. §. fin. de aur. & arg. lega. l. ſeruo alieno, §. fin. de leg. 1. d D. Chryſo. homil. in Pſal. 38. tomo. 1. e Ioſephus, li. 7. ant. q. c. 15. f Athenæus, lib. 4. tit. 18.

17 quendam adderent. Syracuſij funebré pompam priſco more ſupra modũ ſumptuoſam excoluerunt, ſumptus tamé in funeribus cõſuetos, poſteà præſcripto modo coercuerunt, adiectis etiam in lege funerum actionibus [g]. Cyrus [h] rex Perſarũ moriturus iam, & ſepulturam ſibi eligens, iuſſit filiis ſuis, vt corpus ſuũ tantùm terra conderent, vt intra commune omnium rerũ matris gremiũ,

g Diodo. Sicul. li. h Xenophon, li. 8. Cyripæd.

18 non autem auro vel argento. Sepeliebantur enim antiquitus mortui terra [i], non autem vrebantur nec Romæ quidem, vſque ad tempora Syllæ [k], qui voluit cremari, metuens, ne talionem reciperet erutorum corporum ſepultorum [l]. Et ſcio barbarorum quoſdam corpora ſuorum vulturibus lanianda inſepulta proieciſſe: alios in flumina, alios ſuos ſenes de rupibus præcipitaſſe, vt Hyperboreos [m]; alios viuas vxores cum cadaueribus maritorũ in rogum iniicere ſolitos, vt Erulos [n]. Sed hæc ſilenda potius puto: vt ritus crudeles Scytharum in ſepultura regum, cum quibus & quinquaginta regis miniſtros iugulabant [o]. Et Indorum, cum quorum cadaueribus vxores vi-

i Geneſ. 23. 47. 49. 50. Tobiæ, 4. k Cicero, 2. de legib. l Plini. lib. 7. c. 55. m Plinius, li. 4. c. 12. n Procopius, li. 2. de bello Gothico. o Herodotus, in Melpom. p Valer. Max. lib. 2. c. 2.

19 tam relinquebant [p]. Inuentum Phrygum, Præficæ ſunt: quæ erant mulieres cõductitiæ, quæ ex aliorum animo, mortes quæ ad ſe nihil pertinebant, cum mercede deflebant. Neniámque, quod Phrygium vel Hebræum eſt vocabulum, ſeu Latinè leſſum agebant ad tibiam. Quod innuit Varro [q], *ibi*, inquit, *a muliere quæ optima voce eſſet, Pergama laudari, deinde Næniam cantari ſolitam ad tibiam, & ad fides eorũ, qui ludis Troicis curſitaſſent,* Hæc mulier olim vocitata fuit Præfica, vſque ad ſecundum Punicum bellum. Et Papinius [r],

*Vt Pharios aliæ ficta pietate dolores,*
*Migdonióſque colunt, & non ſua funera plorant.*

q Varro. lib. 4 de vita popu. Roma. r Papinius, in Epicedio patris.

## De Xenodochiis, & aliis piis locis, Cap. 15.

1 *Remiſſiuè de his ibidem.*

De Xenodochiis, ptochotrophis, & aliis collegiis piis & religioſis, diximus in perſonis eccleſiaſticis ſuis locis, & de differentia beneficiorum horum, & aliorum, nempe lib. 15. c. 28.

## De feriis, feſtíſque, & pro feſtis diebus. Cap. 16.

Lib. 2. P. tit. 12. Lib. 2. Decreta, tit. 9. Lib. 3. C. tit. 12.

1 *Inſtitutionis feſtorum cauſæ.*
2 *Diuiſio dierum in feſtos, profeſtos, & interciſos.*
3 *Feriæ, publicæ, familiares, propriæ: publicæ rurſum, ſtatiuæ, conceptiuæ, imperatiuæ, aut nundinæ, & de ſingulis: Item de nomine feriæ.*
4 *Feriarum, aliæ in honorem Dei, quædam ad homines pertinent.*
5 *Statiuæ feriæ, quæ apud Hebræos, & Ethnicos.*
6 *Feſta nobis Chriſtianis, quæ mobilia & immobilia.*
7 *Quæ feriæ conceptiuæ Ethnicis, & nobis.*
8 *Quæ feriis meſſium aut vindemiarum tractari à magiſtratibus poſſunt: idem nume. 20. 23. 25.*
9 *De feriis nundinarum.*
10 *Feriæ publicæ vel alterius lætitiæ, de feſto ſeruorum, cantorum, & de aliis, lagenophoria, ſaturnalibus, carniſpriuio, & Iudæorum ſaturnalib. de feſto phurim, ſeu ſortium & aliis eorundem.*
11 *Veneris feſtum de guſtandis vinis.*
12 *De feriis imperatis ſeu repentinis aut indictis ex variis cauſis captarum ciuitatũ, victoriarum, renouati imperij, vel ob alias res proſperè geſtas, & in honorem principis, aduentus iucundi principis. Conſtantini & Helenæ feſtum: ob luctum, & indictum quale ieiunium Iudæorum ob incenſam Hieroſolymam.*
13 *Romanis feſtũ nullum atratũ, vt aliis nationibus.*
14 *Ante proditos faſtos pontifex iunior futurus foras nunciabat: & quomodo luna obſeruata.*
15 *Incipiebant apud Hebræos, & Romanos menſes à luna noua, & inde faſti computabantur.*
16 *A quibus abſtinendum feriarum diuinarum tempore, & de ſuperſtitioſis in eo Iudæorum.*
17 *Nundinæ, & mercatus diebus feſtis inhibiti.*
18 *Venari feſtis diebus à Carolo Magno prohibitum.*
19 *Nefaſti & faſti dies, cur dicti Iuſtitij.*
20 *Quæ tempore feſtorum iudicialia non poſſunt fieri, & quæ poſſint.*
21 *Feſtis diebus induciæ olim inter hoſtes & exercitus.*
22 *Capite damnati ob myſteria diuina violata.*
24 *Quid denicales feriæ, & quid in his prohibitum agere: & quæ feralia & parentalia.*
26 *Feſti dies interdum ſi plures ſint quàm operibus vacari poſſit, reſtringuntur & expunguntur ab Epiſcopo, & quomodo.*
27 *Quibus ſacris diebus pius Chriſtianus animum intendere debet, & quæ debeant ex abuſu recepta reiici.*
28 *De non colendis calendis Ianuarij.*
29 *Strenæ calendis Ianuarij dantur.*

Plato tradit [s], Deum, genus hominum 1 laboribus natura preſſum, miſeratum, haud abs re in laborum remiſſionem, ſolemnia illis ſacra, feſtáque in ipſorum Deorum honorem inſtituiſſe. Si verum eſt quod ait Democritus apud Stobæum [t], quod βιὸς ἀνεόρταστος μακρὴ ὁδὸς ἀπανδόκευτος, id eſt, *vita ſine feſtiuitatibus, longa eſt via ſine diuerſoriis*, ſumma fuit Dei prouidentia, & etiam ſecuta humanæ experientiæ neceſſitas, dies quoſdam ab opere conſueto quieſcentes conſtituere, & humanam hanc laborum firmitatem

s Plato, 2. de legib. t Stobæus, ſermone de auaritia.



tatem à laboribus aliquando recreare, non in via deficeret, vtque terreſtribus ſudoribus intermiſſis, animus ad maiora & cœleſtia cõſideranda raperetur: & eum à tẽpore quo labori addictus eſt in peccati vltionem [a], agnoſceret, & veneraretur, & placaret. Docuit id exẽplo primùm Deus, cùm per ſex dies vniuerſa, quę cœlo maríque continentur, creauit, & requieuit die ſeptimo [b], qui ideò dicitur ſabbathũ, id eſt quies: vnde & poſteà, ſanctus dies quilibet ſeptimus fuit, quia ſabbathi requies [c]. Sequutæ & aliæ feriæ, quas vt euoluamus facili negotio, præfabimur quod de diſcrimine dierum apud Romanos tradit Macro-

a Geneſ. 3. b Geneſ. 2. c Exod. 15. Leui. 23.

2 bius [d], annũ in mẽſes, mẽſes in dies diſtribui. Dies autem omnes aut feſtos, aut profeſtos, aut interciſos vocari ex Numę diſtinctione, feſtos diis dicatos: profeſtos hominibus, ad rem publicam & priuatam gerendam: interciſos, Deorum hominúmque communes. Feſtis inſunt ſacrificia, epulæ, ludi, ferię: profeſtis, dies faſti, comitiales, comperendini, ſtati, pręlaries, Erant dies agonales, vt ait Varro, 5. de lingua latina, per quos rex in regia arietẽ immolabat: dicti ab agoni, eo quod interrogabatur princeps ciuitatis, dum princeps gregis immolabatur à ſacrificulo num ageret, id eſt, num ſacrificaret. Ouidius innuit [e].

d Macrob. li. 1 Saturnal. c. 16.

*Quatuor adde dies dictis ex ordine Nonis,*
*Ianus agonali luce piandus erit.*
*Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa miniſter,*
*Hoſtia cœlitibus quo feriente cadit:*
*Qui calido ſtrictos tincturas ſanguine cultros*
*Semper agatne, rogat, nec niſi iuſſus agit:*

e Ouidius 2. faſtorum.

Loco principis & iubebat ſacrificulo vt ageret magiſtratus, vt meminit Dionyſ. Halicarnaſſæus in 6. Et Ouidius [f] ad Græcinum conſulem.

f Ouidius 4. de ponto, eleg. 9.

*At cum Tarpeias eſſes deductus in arces,*
*Dum caderet iuſſu victima ſacra tuo.*

Quare dum magiſtratus ſacrificia facerent, vel auſpicia captabant, per præconem clamante ſacrificulo iubebant, hoc age, vt liquet ex Plutarcho in Numa, & in Marcio Coroliano. In interciſis quibuſdam horis fas eſt ius dicere, quibuſdã non fas. nam quo tempore hoſtia cædebatur, fari nefas erat, & cùm adoleretur: inter cęſa & porrecta, licebat [g]. Et ſic de nefaſtis & faſtis agens Ouidius ait [h],

g Hęc & Varro. li. 5. de ling. Lati. h Ouid. lib. 1. Faſtor.

*Nec toto præſtare die ſua iura putaris,*
ſcilicet prætorem,
*Qui iam faſtus erit, manè nefaſtus erat,*
*Nam ſimul exta Deo data ſunt, licet omnia fari,*
*Verbaque honoratus libera prætor habet.*

3 Feriarum rurſum, alię publicę, aliæ familiares, ſeu proprię familiarum. Publicarum genera quatuor, aut enim ſtatiuæ ſunt, aut conceptiuæ, aut imperatiuę, aut nundinę. Ferię dicuntur, dies quibus ceſſatur ab opere aliquo, dictę, quòd illis vel ferirentur hoſtiæ, cultuíque diuino dabatur opera, à ferendis epulis. Et per extenſioné dicuntur etiam ferię, dies ſex poſt dominicũ, quos nomine planetarum & idolorũ dicebãt Ethnici, lunæ, martis, mercurij, &c. Quibus ex inſtituto Syluestri papę nominibus omiſſis, vel ab eccleſia exploſis, ferię, dicti omnes dies, quòd omnibus diebus Deo vacandum ſit, quod vide latè explicatũ apud Brunum [i]. Ferię etiam dictę ſunt, dies in quibus ab aliquo opere vacui, dabant homines vel dare poterant operam aliis negotiis, quales ſunt ferię nundinarum, meſſium, & vindemiarũ, in quibus, vt dicemus, in primis ſilent opera ruſtica, & lites: in aliis vigent, & vacatio quoque liti-

i lib. 6. de cęremoniis, c. 6.

tium eſt ſeu iuſtitium. Proinde ex quatuor generibus feriarum, quædam ad honorem Dei, quæ- 4
dam ad homines pertinent: & earum quæ ad homines pertinent, quędam pro veneratione principis, quædam pro vtilitate ſeu neceſſitate hominum, quędam ad publicã lætitiam vel luctum.
Statiuæ feriæ ad Dei honorem pertinentes ſunt 5
illæ, quæ annis certis ſtatis, & reuolutis contingunt diebus & menſibus in faſtis ſeu Kalendariis annotatæ. Quemadmodum apud Hebræos feſtum expiationis quotannis decimo die ſeptimi menſis, qui in 9. Octobris noſtri incidit, celebratum eſt: quo vicino die mandauit Deus ieiunium ſeruari [k], vocabãt, יוםכפורים iom chaphorim, Erat & illis in mẽſe Thiſri, qui in die 21. Octobris incidit, feſtum הושענה רבה hoſceana raba, feſtum palmarum grande: ſeptimus dies tabernaculorum, quo canunt lætaniam Iudæis, cuius formam propoſuit Andræas Oſiander [l], Et 15. die ſeptimi menſis Thiſri, id eſt, 15. Octobris inchoabatur feſtum Tabernaculorum, quod durabat ſeptem continuos dies, vt repeteretur memoria diuinæ protectionis populi in deſerto [m], vocant Hebræi feſtum סוכות ſocot, Gręci σκηνοπηγίαν. Erat & illis prima die menſis ſeptimi, זכרון תרועה zecron terogna, feſtum tubarũ quod illi vocant, memoriam clangoris, per quam dicunt commonefieri populum de liberatione Iſraëlis ac immolatione [n]. Erat & illis ſtatum feſtum ſeptimo quoque die quod ſabbathum, requies ab opere hominum & iumentorum & boum [o], & ſeptimus annus terræ [p]. Erat dedicatio noui templi, eo abſoluto poſt reditum ab exilio Babylonico 23. Martij [q]. Apud Ethnicos & idololatras, etiam gentiles, erant feſta ſtata, vt 15. die Februarij celebrabant Romæ lupercalia, & diem dictum februarum [r]. Quirinalia ſeu feſtum ſtultorum 18. Februarij, & eodem die feralia [s]. Et Chariſtia, feſtum 19. Februarij, à cognatis in familiis celebratum.

k Leuitici. 23. l Andreas Oſiander, in annotatio. quas adiecit Harmoniæ euangel. lib. 3. 36. m Leuit. 23. D Ioan. euã. c. 7. n Leuit. 23. o Exod. c. 23. p Exod. 22. Leuit. 25. q Ioſephus, li. 11. cap. 4. r Ouid. 2. Faſtor. s Ouid. 2. Faſtor.

*Scilicet à tumultis, & qui periere propinquis.*
*Protinus ad viuos ora referre iuuat* [t].

Erat ex quinquatriis vltima dies 23. Martij, quæ tubiluſtrum.

*Summa dies è quinque, tuba luſtrare canora*
*Admonet, & forti ſacrificare die* [v].

Targelia, feſtum Apollinis [x] 7. Aprilis. Robigalia ad rubiginẽ à ſegetibus arcendã 25. Aprilis [y]: vt eodem die Athenis feſtum θαργηλιῶνος, Lemuria, ſacra nocturna, menſe Maij celebrata nocte ad fugandos à domibus lemures [z]. Docet & Euſebius Pamphili [a], gentiles quoq; ſeptimã quamq; diẽ in veneratione habuiſſe, ex Heſiodo, & Homero. Plyntheria celebrabãtur Athenis & in Pyręo quo tempore & Palladis claudebatur templũ, quod feſtum tam neceſſariũ aliqui ſibi, ac vniuerſum ciuitati eſſe arbitrabãtur, vt nullus Athenienſium etiã ſumma coactus neceſſitate, aliquid die illa operari auderet [b]. Fiebátq; 25. die menſis θαργηλιῶνος 25. Aprilis, qua die Alcibiades ab exilio reuerſus eſt [c]. Apud nos, qui Chriſtum dominum 6
& Deũ adoramus & colimus, ſtati dies feſti plures ſunt, vocantur & feſta immobilia, & mobilia: immobilia, vt dies dominicus [d], qui Sabbathũ Iudæũ antiquauit, quo reſurrexit dominus à mortuis ſeptenis recurrẽs ſingulis diebus, quo danda opera hymnis, & Dei laudibus, omni labore corporis remiſſo [e]: vt nec eo die ieiunãdũ [f], nec in oratiõe humilitatis proſternẽda eſſe corpora, quia lætitiæ dominicæ reſurrectionis eſt, placuerit [g].

t Ouid. eod. v Ouid. 3 Faſt. x Suidas. y Plinius, lib. 18. c. 29. z Ouid 5. Faſtor. a Euſebius Pãphi. lib. 17. de præparat. euãgel. c. 7. b Xenophon. lib. 1. rer. Græcar. c Plutarch. in Alcibi. d ſic nuncupatur Apocal. c. 1. de hoc Leo põti. max. epi. 79 & Niceph. Cal. li. 7. c. 46. e in concilio Matiſconẽ. c. 1. in concil. Cabilionen. c. 18. Agathenſi ca. 47. Aurelia. c. 2. can ieiunia, de conſecrat. diſt. 2 ca. quid die, 5. diſt. f cap. ieiuniũ. & c. ſeq. de cõſecrat. diſt. 3 c. placuit. eod. g ca. quoniam de conſecrat. diſt. 3. c. ſi quis presbyter. 30. diſtin.

Sunt

Sunt alij dies feſtiui, certis temporibus conſecrati in honorem Dei, & myſteriorum eius, & in venerationem Martyrum, aliorumque Sanctorum eius, vt & ipſi apud Deũ noſtri memores ſint, vnde à D. Auguſtino vocatur memoriæ Martyrũ [a]. Neque enim reuocãdum in dubium duco, quod fides eccleſiæ Catholicæ credit firmiter, pios & ſanctos viros, etſi ex hac vita diſceſſerint, tamen memoriam noſtri facere apud Deum, à nobis interpellatos, vt ſe facturum D. Petrus poſt obitum dixit [b]. Et ex veteri & nouo teſtamento diuinæ legis ſatis conſtat, vt non niſi malitioſè calumniari quis veritatem poſſit, veluti ex Pſalmo 31. clarum, *pro hac orabit*, inquit, *ad te omnis ſanctus, &c. Et ſi ſteterint Moyſes, &c.* Hieremiæ 15. Docet & Angelus apud Thobiam [c] de orationibus ſanctorum. Et Angelus eſt pro populo apud Zachariam orans [d], & apud Hieremiam [e], Angelis porrò ſancti & beati ſimiles ſunt [f]. Omitto orationem Oniæ mortui pro populo [g], & quæ Cyprianus [h], & Hieronymus [i] ſcribunt D. Ignatius etiam [k] *dies feſtos*, inquit, *nolite inhonorare*. Et D. Gregorius Nazianzenus teſtatur [l], nos feſtos in honorem martyrum veritatis celebrare, vt quorum certamina veneremur, eos imitemur. In ſumma qualia ſũt feſta immobilia apud nos, docebit te Gratianus [m], & Gregorius [n] 9. quibus addẽtur & alia in iure [o] expreſſa, & ſi qua alia ab epiſcopo, clero, & populo recipiantur, ratione quadam ſpeciali [p]. Mobilia porrò feſta, conceptæ feriæ dici poſſunt: quæ quando celebrandæ ſint, ſingulis annis antè à pontificibus prædicitur, veluti Paſcha, Rogationes, Aſcenſio Domini, Penthecoſte, Corpus Chriſti. Erant & feriæ conceptiuæ apud Ethnicos, Latinæ, ſementinæ, paganalia, compitalia [q]. Pro veneratione principis, & aliorum heroum, ſtatiuæ etiam feriæ ſunt: ſi natalis dies eorum obſeruetur feriatus, ſi dies initiati imperij [r], vt decretum à Triumuiris Romanis, vt qui ſenatores, vel ſenatorum filij, natalem Cęſaris diem lauro coronati non celebraſſent, ij mulctam decies HS. penderent [s]. Adrianus die natali ſuo mille ferias edidit [t]. Cúmque Iulia Octauiani Cæſaris neptis ex ſorore, vxor Agrippæ, Caium peperiſſet, ſacrificium perenne natalibus eius, cum quibuſdam aliis decretũ eſt: priuatim autem ædiles natalibus Auguſti, ludos equeſtres & venationem ediderunt [v]. Megaleſia, ludi celebrati in honorem magnæ matris, vt dicebant deorum Ouid [x]. 5. Aprilis, vel ſecundùm Liuium [y] idibus Aprilis. Athenis quotannis celebrata ſunt πυανέψια, feſtum inſtitutum in memoriam fœlicis reditus Theſei, qui interfecto Minotauro in inſula Tauro, & liberatis Athenienſibus à difficili tributo, ſecum ex Creta obſides Athenienſium liberos incolumes reducens, die 8. Octobris, vrbem ingreſſus eſt [z]. *Sicuti* etiam μετοίκια celebrabant 16. Iunij in honorem Theſei, quòd is in vnam vrbem, quam appellauit ἀθήνας, ſparſos antè coegerit [a]. Thucydides vocat hoc feſtum συνοίκια [b]. Sicyonij celebrabant feſtum σωτήρια in honorem Arati 5. Nouembris, eò quòd ille hoc die Antheſterionis mẽſis, patriam à ſeruitute triſti regum Macedonicorum in liber-
8 tatem vindicauerat [c]. Ad vtilitatem hominum ſunt & neceſſitatem ruſticæ ferię vindemiarum, & meſſium, quæ conceptiuę ſunt, & indicuntur à præſidibus prouinciarum, iurgiorúmque clauditur campus, vt liberius colligendis fructibus nauetur opera [d]: paucis exceptis, quæ ſuadent ius

a D. Auguſt. lib. 22. de ciui. Dei, c. 10.
b 1. Petri, c. 1.
c cap. 32. & in cap. 8. Apocalypſ.
d Zachar. 1.
e Hieremiæ, cap. 29.
f Lucæ, 20.
g 1. Machab. 15.
h Cypria. epiſtol. 1. lib. 1. & 3. lib. epiſto. 6.
i Hierony. cõtra Vigilantiũ
k D. Ignatius epi. 8. ad Tharſenſes.
l Gregor. Nazianze. lib. de pauper. aman.
m in ca. 1. de conſecr. diſt. 3.
n in c. cõqueſtus, de feriis apud Gregor.
o ca. crucis de cõſecrat. diſt. 3. cle. ſi dominum, de reliq. & vener. ſanct. & c. fin. de feriis, c. ſi. de ſenten. excomm. in 6. in l. pridie, de fer. in P. l. dies, l. omnes, C. eod.
p ca. pronunciandum, de conſecr. diſt. 3. in conci. Magunt. c. 36.
q Macrob. lib. 1. Satur. c. 16. ex Varrone, 5. de ling. Latin.
r l. omnes dies l. 6. de feriis, C.
s Diõ Caſſius, lib. 47. Hiſtor.
t Aelius Spartia. in Adriano.
v Dion Caſſius, lib. 60, Hiſtor.
x 4. Faſtorũ.
y Liui. li. 9. decad. 3.
z Plutarc. in Theſeo.
a Plutarc. in Theſeo.
b Thucydid. lib. 2. pa. 40.
c Plutarc. in Arato.
d l. publicas, cum 2. ſequẽt. C. de feriis. li. 3. tit. 12. l. 1. eo. tit. lib. 2. P. tit. 12. c. ſignificauerunt, de iudic. apud Gregor.

etiam dici iis temporibus, vt in cauſis, quæ ſummariè & de plano expediri mandantur, vt clem. ſæpè de verb. ſignifi. l. miles, §. ſexaginta, ad l. Iul. de adulte. in P. ſi res, de qua agitur, tempore dilato ſit peritura [e]: ſi tutores vel curatores dandi ſint [f], vel amouendi: ſi alimenta petantur. ſi miſſio in poſſeſſionem ventris nomine facienda: ſi ætas probanda, &c. de quibus in l. 2. & 3. de feriis in P. volentibus quoque & conſentientibus litigantibus vtriſque, etiam his feriis iudicium fieri poterit [g]: poſſunt & actus voluntariæ iuriſdictionis expediri [h], latrones comprehendi & torqueri [i], fiſcales & publicæ cauſæ agi [k]. Conſtituuntur autem iſtæ feriæ meſsium, & vindemiarum ex more regionis & conſuetudinis ſeruatæ [l]. Sicuti nec ſementinæ feriæ ſtatæ erant inſtitutæ ad procurandam maiorem ſegetem, tunc factæ quando ſemina iacta erant, Sicut innuit Ouidius [m],

*Ter quater euolui ſignantes tempora faſtos,*
*Nec ſementina eſt illa reperta dies.*
*Cùm mihi ſenſit enim lux hæc indicitur, inquit,*
*Muſa quod à faſtis non ſtata ſacra petis,*
*Atque dies incerta ſacris, ſic tempore certo,*
*Seminibus iactis eſt vbi fœtus ager.*

Nundinarum feriæ videntur contraria ratione 9
ſuperioribus inductæ, vel ad releuanda opera ruſtica, nam illæ paganorum ſunt & ruſticorum, quibus conueniunt negotiis propriis vel mercibus prouiſuri, vel leges accepturi, vel iurgia compoſituri, vt latè explicat Macrobius [n]. Interim autem auocabantur à rure [o]. Erant nundinæ feriæ poſt octauum diem, nam tot ruſtici laborabant, nono mercatum petebant. N*undinis*, inquit Plinius [p], *vrbem reuiſitabant, & ideo comitia nundinis habere non licebat, ne plebs ruſtica auocaretur. Quies ſomnúſque in ſtramentis erat*, & alibi [q], *vngues deſecari nundinis Romanis tacenti atque à digito indice, multorum pecunia religioſum eſt*. Ad vtilitatem etiam hominum, illæ 10
feriæ videntur inductæ, quæ lætitiæ conſecratæ ſunt. Sic fuerunt quędã feſta ſtatuta Clarotis ſeruis dictis, Cretenſium, in Cydonia: quibus liberi ciuitatem nõ ingrediebãtur, ſed ſerui rerum omnium erãt domini, atque liberos flagellare poterant ſi libuiſſet [r]. Erat & Cantorum feſtũ quod tempore feſti Dionyſiaci agebãtur, in quo ſinguli accedentes, veluti pręmium ſuis diis cantilenas perſoluebant [s]. Lagenophoria feſtũ in Alexãdria, quod fiebat decumbentibus conuiuis, & deferẽtibus ſingulis lagenam ſecum [t]. Erant & Saturnalia, de quibus latè Macrobius [v] & Lucianus [x]. Addidit huic feſto Caligula, vt lætitiã publicam augeret in perpetuum, vnum diem, vocauítque Iuuenalem [y]. C. Cæſar duos [z]. Sic quatuor fuerunt Saturnaliorum dies, ſecundũ Dionem quinque [a], ſecundum alios ſeptẽ, circa 14. Kal. Ianuarij. Apud nos ante quadrageſimam feriæ maximè gulæ & voluptatis in carniſpriuio. Inter Hebræos 15 [b]. Auguſti Iudęi celebrant cõuiuia credentes illa die mitigatã captiuitatem Babylonicã, & inchoari nouam anni partem. Et apud Iudęos feſtum פורים purim, ſortium, ſeu vrnarũ, 14. die mẽſis Adar. ſeu 14. Martij [c]. μαρδοχαικὴ ἡμέρα, quo die Iudęi extra Suſam habitãtes, à cęde ciuiũ vim parãtiũ deſiſtẽtes, epulis & hilaritatibus ſeſe dederũt, læti propter inſperatã cõuerſionẽ extremi periculi in ſummã tranquillitatem [d]. Súntq; hæc Iudæorũ Bacchanalia. Quibus diebus legunt. Hiſtoriam Heſter, vbi quoties fit mentio Amam, pugnis & malleis pulſant ſcamna in ſynagogis.

Habent

e l. 1. §. ſed excipitur, de feriis in P.
f l. 1. eod. tit.
g c. fin. §. fi. de feriis ap. Gregorium.
h l. actus omnes. l. 8. C. de feriis.
i l. pen. C. eo.
k l. publicas, C. de feriis.
l Paul. in l. præſides, l. 4. de feriis, in P. l. ſi in aliquam 17. de offi. proconſu. lib. 1. P. tit. 16.
m Ouid. 1. Faſtor.
n Macrob. li. 1. Saturnal. ca. 16.
o l. 2. de nundinis in P.
p Plinius, lib. 18. c. 3.
q Plinius lib. 28. c. 2.
r Athenæus lib. 6. cap. 6.
s Athenæus, li. 7. c. 1.
t Athenæus, vbi ſupra.
v Macrob. lib. 1. Satur. c. 2.
x Lucian. in Saturnal. ſeu Chronoſol.
y Suetonius, in Caligula. c. 17.
z Macrob. li. 1. Saturn. ca. 2. & c. 10.
a Dion Caſſius, lib. 59. & 60.
b Paul. Eberus in Calendario hiſtorico, in 15. Auguſti.
c 2. Machabæo. c. vlt.
d Eſter. c. 9.



Habent etiam & aliud feſtum, quod illis dicitur, שמחת תורה ſchomach thorah, lætitia legis, in qua exultant Iudæi: quòd hoc die finitur lectio quinque librorum Moſis, & inchoatur denuò primus, legitúrque prima סדרה ſedara: itaque nocte ſinguli accendunt ſuos cereos lychnos, 23. tiſri, ſeu Octobris [a]. Hócque ipſo die, Romæ Annæ perennæ feſtum geniale, quo coniuges cum liberis, vt ait Ouidius [b],

*Protinus errantes læti veſcuntur in agris,*
*Et celebrant largo, ſeque diémque mero.*

Et rurſum,

*---annóſque precantur,*
*Quot ſumunt cyathos, ad numerúmque bibunt.*

11 Erat & feſtum Veneris, deguſtandis vinis inſtitutum, ſecundum occaſionem quam refert Oui-
12 dius [c], & Plinius [d]. Erant quoque feriæ imperatæ, vel imperatiuæ, quas conſules vel prętores pro arbitrio poteſtatis indicebant: núncque & indicuntur ab aliis iudicibus vel principibus, & vocantur repentinæ. Princeps tamen ſolus generales has repentinas indicere poteſt, non etiam inferiores [e]. Imperabantur vt plerunque ob euentum quendam populo, vt ſi terræ motus, vel ſpectrum aliquod apparuiſſet: quibus & addebantur ſupplicationes publicæ, & orationes [f]. Et more Romano receptum erat, vt eſſet vnus præfectus vrbis, qui feriis celebrandis præeſſet: quod tamen officium intermiſſum eſt eo anno, quo ciuile bellum Cæſaris & Pompeij cœpit, & apud prætores poteſtas fuit [g]. Ob lætitiam publicam indictæ ſæpè feriæ, & poſteà ſæpè annis ſequẽtibus vſurpatæ: vt inſignis dies factus 13. Martij, qui Hebræis Adar, ob inſignem victoriam Iudæ Machabæi, proſtrata exercitu Antiochi duce Nicanoro [h]. Et ſi res quædam fœliciter ſuccedat, indicuntur aliquando feriæ [i], veluti cùm Iulius Cæſar viciſſet Cn. Pompeium in Hiſpania, triumphum Romæ egit, & feriæ quinquaginta dierum actæ [k]. Similiter diem, quo capta fuit Alexandria ab Octauiano, feſtiuum eſſe ſtatuerunt Romani, & ab eo ſequentium annorum numerandi initium ſumi [l]. Sic quia per decennium tantùm, primum fuit decretum imperiũ Octauiano Auguſto poſt victoriam Triumuiratus, eóque elapſu per aliud decennium renouatum eſt & continuatum: inde poſteà Imperatores, etſi ad vitam ſubirent imperium, tamen ſingulis decenniis pro imperij renouatione feſtum agebant. Quod & ſuo tempore factum teſtatur Dion Caſsius [m]. Ferias quoque indici extra ordinem ob res proſperè geſtas, vel in honorem principis, & in his iudicia facta reſtitui in integrum, tradit Vlpianus [n]. Et Imperator orientis Emanuel Comnenus primum diem Maij ob memoriam Conſtantini & Helenæ, feſtum eſſe voluit [o]. Proconſules quoque pro iucundo ſuo aduentu, dum in aliquam celebrem prouenirent ciuitatem, vel caput ſuæ prouinciæ, ferias quæ ſecundũ mores & conſuetudinem, quæ retrò obtinuiſſent, dabant [p]. Ob luctum feriæ etiam aliquando ſtatutæ. veluti Iudæi [q], ieiunium ſtrictiſſimè ſeruant, incedentes nudis pedibus, & humi ſedentes, & cùm alias partes bibliorum recitant continentes triſtem aliquam hiſtoriam, tum threnos hiſtoriæ ter perlegunt: quia hoc die credant incenſam fuiſſe Hie-
13 roſolymam à Nabuchodonoſore, & Tito [r]. Apud Romanos, nullum erat feſtum atratum vel lugubre, nec planctus ob raptos Deos, nec lamenta mulierum, qualia ſacra Græci faciunt, raptã Pro-

a Paulus Eberus. in Calẽd. in 23. acto.
b Ouid. 3. Faſtor.
c Ouid. 4. Faſtor.
d Plinius, lib. 18. cap. 19.
e l. à nullo iudice, l. 4. de feriis. C.
f vide Liuiũ 1. lib. decad. 4. & li. 1. decad. 3.
g Dion Caſſius, lib. 41. hiſtor. Romanæ.
h 2. Machab. ca. fin. Ioſeph. li. 12. de bello Iudaico c. 17.
i l. 1. C. de feriis.
k Dion Caſſius, lib. 43. hiſtor.
l Dion Caſſius, li. 51. hiſt.
m Dion Caſſius lib. 53. hiſtor.
n Vlpian. in l. ſed & ſi per prætorem, l. 6. §. ſi feriæ, ex quibus cauſ. maio. lib. 4. P. tit. 6.
o lib. 2. cõſtitutionũ iuris orientalis, in cõſt. eius 2. tit. περὶ ἀπράκτων ἡμέρων, ſeu de feriis.
p Vlpi. in l. ſi aliam. l. 7. de offic. proconſ.
q in באב תשעה ſeu 9. Auguſt.
r Paul. Eber. in Kalend. hiſtorico in 9. Auguſti.

ſerpinam caſúſque Bacchi referentia, & id genus alia [s]. Priſcis temporibus antequam faſti à Cn. 4
Flauio ſcriba, inuitis patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori hæc prouincia delegabatur, vt nouæ lunæ primum obſeruaret aſpectum, viſamque regi ſacrificulo renunciaret. Itaque ſacrificiò à rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id eſt, vocata in capitolium plebe iuxta curiam calabram, quæ caſę Romuli proxima eſt, quot numero dies à calendis ad nonas ſupereſſent pronũciabat. Quod poſt nouam lunam oportet nonarum die populares, qui in agris eſſent confluere in vrbem, accepturos cauſas feriarum à rege ſacrorum, ſcituróſque quid eſſet eo menſe faciendum: vnde & quibuſdam nonæ dictæ putantur, quaſi initium obſeruationis, vt refert Macrobius [t]. Nunc etiam inter Catholicos, ſingulis diebus dominicis, curio vel eius vicarius, ex ſuggeſtu parochis calatis & congregatis, explicat, quæ feriæ in hebdomada vocationẽ ob operibus ſeruilibus habent: quæve in honorem Dei ſacratæ ſint. Incipiebat menſis ex inſtitutione Romuli à noua luna, & ab eius 15
apparitione faſti & nefaſti dies declarati. Sicut & apud Hebræos menſes lunares, & primus dies Neomeniæ ſeu Kalendarum, in quo proprium ſacrificium deſtinatum Deo erat [v], & vt Eccleſiaſticus ait [x] à luna ſignum diei feſti, & ἕλληνες ἐν τῇ νουμηνίᾳ τοὺς θεοὺς σεβόμεναι, τὴν δ' δευτέραν ἥρωσι καὶ δαίμοσιν ἀποδεδώκασι, vt ait Plutarch. [y] Et Græci in noua luna ſolebant deos venerari, in ſecunda die heroës & dæmonas. Feriandi vel colendi leges iam poſitæ ſunt. Nam & Deus dum feſta ſan-
xit [z], adiecit à quibus abſtinendum ſit: *memento vt diem ſabbathi ſanctifices, ſex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, ſeptimo autem die ſabbathum Domini Dei tui eſt: non facies omne opus in tu & filius tuus, & filia tua, ſeruus & tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena qui eſt intra portas tuas, &c. Omnis qui fecerit opus in hac die, morietur: qui polluerit hoc, morte moriatur* [a]. Conqueritur & Dominus [b], quod in hac die ſabbathi calcarent Iudæi torcularia, & onerarent aſinos & imponerent vuas, ficus, & alia, & in ſabbatho venderent, emerẽntve piſces & alia venalia. Explicant Rabini hoc præceptum [c], vt prohibeat fieri hoc die quicquid ad acquiſitionem panis aut veſtium, pertinet, qualis agricultura, ſeminatio, demeſſio, trituratio, ventilatio commolitio, ſubagitatio, decoctio: detonſio lanæ, dealbatio carptio, coloratio, &c. ſed his addunt alia vana, hoc die non ambulandum ſuper herbam, ne pedibus eam auellas: non conſcendendam arborem, nihil in ea ſuſpendendum, ne ramum aliquem frangas: non poma decerpenda, non tergendas veſtes vino vel oleo madefactas, non obſtruendum manu vas effundens vinum, non ponẽdum pomum ante ignem, non lauandas manus, non venandum pulicem ſi ſaltet tantùm, ſecus ſi pungeret: pulices occidi non poſſe, pediculos poſſe, & alia ſimilia ſuperſtitioſiſſima, quæ Dominus noſter Ieſus Chriſtus exprobrat illis. Non reprobauit autem ſanctificationem ſabbathi, in cuius locum ſucceſsit dies dominicus colendus [d], ſed hypocriſim, & leuem illam ſuperſtitionem. Sic etiam & in alis feſtiuis diebus, Deus ſtatuit eſſe abſtinendum ab operibus ſeruilibus, & à corporalibus & quæſtuariis artibus, & tunc affligendas animas, & offerẽda holocauſta domino [e].

Et iure

s Diony. Halicar. lib. 2. antiquita. Roma
t Macrob. li. 1. Saturnal. c. 25.
v Nume. c. 21.
x Eccleſi. c. 43.
y Plutarch. in Problemat.
z Exodi, c. 20. Deute. 5.
a Exodi. 31.
b Eſdræ, c. fin.
c in libr. מצות לא תעשה mitzoth lotagnaſceh, id eſt præceptorum negatiuorum, præcept. 65.
d ex eccleſiæ conſtitut. Archidia. in can. ieiunia. de cõſecr. diſt. 3.
e Leuit. c. 23.

17 Et iure humano, mercatus & nundinæ diebus fe-
ſtis Deo dicatis prohibentur: cui ſi quædam con-
traria obrepſerit conſuetudo, ea velut impia reii-
cienda eſt [a], cùm difficile ſit inter emẽtes & ven-
dentes, non interuenire peccatũ [b]. Atque in con-
ſtitutionibus Caroli Magni, Aquiſgrani habitis,
ſic ſtatutum, *Ne diebus dominicis opera ſeruilia
fiant, non ruralia, non vineam colant, non campum
aren t, non fœnum ſecent, non ſepem ponant, non ſyl-
uas extirpent, non arbores cædant, non petras, non do-*
18 *mos extruant, non hortum colant, ne ad placita conue-
niant, non venationes exerceant. Fœminæ ne texant,
ne capillent, non conſuant, nec acu picturas faciant,
non lanam carpant, ne linum percutiant. Nec pu-
blicè veſtimenta lauent, non verueces tondeant. Li-
ceat autem,* inquit, *tria carraria facere opera, ſcili-
cet hortalia carra, victualia, & ſi neceſſe ſit corpus ad
ſepulchrum mortui ducere.* Prohibentur autem &
opera ruſtica ſeruilia [c], vt liberius orationibus
vacaturi ad eccleſiam perueniant. *Non licet*, in-
quit, concilium Altiſidorenſe, *die dominico boues
iungere, vel alia opera exercere* [d]. Sic & lites & iur-
gia tempore maximè feſtorum ad honorem Dei
19 introductorum, quieſcunt [e]. Et ita intelligendam
puto l. ſi feriatis, l. 6. de feriis & dilationibus. Erant
idcirco dicti dies nefaſti, quibus iuſtitium indi-
cebatur, cùm non licebat lege agere, & prætor
illa verba tria effari efficaciter non poterat *do, di-
co, addico* [f]. Ouidius de diebus [g].

*Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur,*
*Faſtus erit, per quem lege licebit agi.*

Atque nunc in feriis ob honorem Dei intro-
20 ductis ſolemnibus, neque etiam cõſenſu partium
iudicium fieri poteſt: & ſi fiat, nullũ eſt, quamuis
in feriis vindemiarum & meſſium conſenſus ge-
ſtum firmet [h]. Sicut & tempore feriarum repen-
tinarum, ob geſtam rem fœliciter indictarum,
appellare liceret [i]. Et ad comparendum die
feriato, non tamen vt reſpondeatur die feria-
to [k], citatio in ius valet [l]. Die dominica potiſ-
ſimùm iudicialis omnis actus quieſcere debet,
& tuti ſunt, veluti per inducias inter ſe litigantes,
& fœderis interuallum, ceſſâtque vox horrida
21 præconis [m]. Et ita nec carcerari hoc die poſſint.
Imo tempus feriarum feſtorum dierum, pacem
ſeu inducias inter hoſtes conſtituit, ſecundum ius
aliquod [n]. Sicut & in ſolẽni feſto Apollinis Thym
brei inter Troianos & Græcos, requies bellandi
per inducias eſt interpoſita, vtroque exercitu ſa-
crificio inſiſtente [o]. Et abſtinebant à pugna Ma-
chabæi tempore Sabbathi ab initio, donec male
id ceſſiſſe, vrgente hoſte experti ſunt [p]. Et nar-
rat Dion Caſſius [q], Iudæos non fuiſſe auſos bel-
lare contra Pompeium, templum defendentes
22 Hieroſolymitanum, & ideò expugnatum ab eo,
aliter verò nunquam expugnandum. Plures &
de violatis templis apud Athenienſes capite dam-
nati ſunt. Sic Euandrum violaſſe myſteria popu-
li capitis præiudicio ſtatutum eſt, deferente eum
Therpienſe Menippo homine Care, quòd Me-
nippum à ſe actione mercatoria damnatum, cùm
prius, vt aiebat, apprehẽdere potuiſſet nuſquam,
in myſteriis hominem nactus arripuit, & ob hoc
condemnatus, nullius alterius criminis reus, vt
ait Demoſthenes [r] qui & Cteſiclem damna-
tum ea de violatione alterius generis ſcribit [s],
tantus etiam Ethnicorum fuit in eos quos puta-
bant religioſos, cultus, vt in illis putarent indi-
gnum, & impium, mala vel verba facere. Sic
Suid. l. Faſto:

a c. .de feriis, & ibi Hoſtien. & Panor.
b ca. qualitas, de pœn. diſt. 5.
c can. 1. & 2, 15. q. 4.
d concil. Altiſidorenſi, ca, 16.
e l. 2. & 3. & l. omnes dies, & l. fi. C. de feriis.
f Varro, 5. de ling. Latin.
g Ouid. 1. Faſtorum.
h c. fin. de feriis.
i l. 1. C. de feriis.
k l. 1. de feriis, in P.
l vide latè de hoc glo. in ca, fin. 15. q. 4. & Angel. Clauaſ. in ſumma, in verbo feriæ, num. 37.
m l. fin. §. fin. C. de feriis.
n c. 1. de treuga & pãc. libr. 1. decret. tit. 34.
o Dictys Cretenſ. lib. 4. de Bello Troiano.
p 1. Mach. c. 2.
q Dion Caſſius, lib. 37. hiſtor.
r Demoſt. cõtra Mydiam.
s ead. oratio.

*Proſpera lux oritur, linguis animique fauete:*
*Nunc dicenda bono ſunt, bona verba die.*

Et Tibullus, lib. 2. Eleg. 1.

*Dicamus bona verba, venit natalis ad aras,*
*Quiſquis ades, lingua vir muliérque faue.*

Et iterum Ouidius lib. 15. Metam.

*--cognouit numina caſtus*
*Euinctus vitta crines albente ſacerdos:*
*En Deus eſt, Deus eſt, linguis animiſque fauete*
*Quiſquis ades dixit, &c.*

Cæterùm duo capita efficere poſſunt, vt veti- 23
ta permittantur, neceſſitatis inquam, & pietatis.
Neceſſitas facit licitum, quod alioquin fieret illi-
citum, & ſic pugnarunt iuſtè inuaſi Machabæi [t].
Sed licet halecia tempore feſtorum, dum occur-
runt piſcari [v]: & vrgente & ſæuiente tempeſtate,
maturos fructus alioquin conſumendos, collige-
re: licet & experiri actionibus quæ alioquin peri-
turæ ſunt, ad conteſtationem vſque [x]: petere miſ-
ſiones in poſſeſſionem ventris nomine, rei ſer-
uandæ cauſa, legatorum, fideicommiſſorum: pe-
tere alimenta: hæc enim ad neceſſitatis cauſam
pertinent [y], ſingulari iure & receptũ, ob publicã
fidem & neceſſitatem, vt in eum qui quid nundi-
narum nomine acceperit aduerſus communem
vtilitatem, omni tempore ius dicatur [z] & in la-
trones, & quietem publicam turbantes [s]. Eò for-
ſan pertinent, ſi benè examinentur, quæ licere di-
xit Virgilius [b] facere per ferias agricolis.

*Sant & enim quæ feſtis exercere diebus*
*Fas & iura ſinunt, riuos deducere nulla*
*Relligio vetuit, ſegeti prætendere ſæpem,*
*Inſidias auibus moliri: incendere vepres,*
*Balantúmque gregem fluuio merſare ſalubri.*

Secundum etiam Columellam [c], feriis, ritus
maiorum etiam permittit ruſticis hæc, *far pinſere,
faſces incidere, candelas ſebare, vineam conductam
colere, piſcinas, lacus, foſſas veteres tergere, & pur-
gare, prata ſicilire, ſtercora æquare, fœnum in tabu-
lata componere, fructus olueti conductos cogere, ma-
la, pira, ficus pandere, caſeum facere, arbores ſeren-
di cauſa collo vel mulo clitellario adferre, ſed iuncto
aduehere non permittitur, nec apportata ferre, neque
terram aperire, neque arborem collucare, ſed nec ſe-
mentem quidem adminiſtrare, niſi prius Catulo fe-
ceris: nec fœnum ſecare, aut vincire, aut vehere. Ac
nec vindemiam quidem cogi per religiones pontifi-
cum feriis licet, nec oues tondere, niſi catulo feceris:
defrutum quoque facere, ac defrutare vinum, licet:
vuas, itémque oliuas condititi legere licet. Pellibus
oues veſtiri non licet: in horto quicquid olerum cau-
ſa facias, omne licet: Feriis publicis hominem mor-
tuum ſepelire non licet. Marcus Portius Cato, mu-
lis, equis, aſinis, nullas ferias eſſe dixit. Idémque bo-
ues permittit coniungere lignorum & frumentorum
aduehendorum cauſa. Nos apud pontifices legimus,* 24
*feriis tantùm denicalibus mulos iungere non licere,
cæteris licere: Denicales,* inquit Feſtus, *feriæ cole-
bantur, quando hominis mortui cauſa familia pur-
gabatur: erántque feriæ priuatæ, vt feralia: & pa-
rentalia publicæ.* Feralia porrò officia, quæ inferis
defunctíſque exhibentur [d]. Hæc tamen omnia, 25
quæ ex Columella recitauimus, hodiè non licent
in ſacris feriis, nec in interciſis diebus, niſi ſacris
peractis, & neceſſitate vrgente, atque diſpenſa-
tione quadam: neque vir ille in veteri teſtamen-
to, qui ſabbatho ad ligna colligenda exierat, im-
munis à morte fuit [e]: Nec poteſt homo vllam cõ-
mutationem dare pro anima ſua [f] cui intentus
maximè his diebus eſſe debet: nec prodeſt vni-
uerſum

t 1. Machab. 2. cap. quod non eſt licitum, de reg. iur. cap. ſi nulla, 23. q. 8.
v ca. licet, de feriis.
x l. 1. §. fin. & l. 3. de feriis.
y l. 2. cod.
z l. 1. de feriis, in P. §. fin.
a l. prouinciarum, C. de feriis. l. 3. C. de epiſc. audien.
b Virgilius in Georg.
c Columella, lib. 2. de re ruſtic. c. fin.
d vide Ouidium, 2. Faſtorum.
e Nume. 15.
f Mathęi, c. 16.



uerſum mundum lucrari, & animæ ſuæ detrimẽ-
tum pati [a]. Anima plus, quàm eſca, & corpus [b].
veruntamen & mos regionis hîc ſequendus eſt [c],
cùm propter ſcandalum, tùm etiam, quia ſacris
peractis, quædam alicubi licent, quæ alibi vetan-
26 tur. Imò & aliquando, prout animaduertunt Epi-
ſcopi cum clero & populo, ex faſtis aliqua feſta
expunguntur, ſi nimia ſit copia, vt operandi ſit fa-
cultas. Sic Claudius Cæſar 4. conſul, multas fe-
rias, multa ſacrificia abrogauit: nam maior anni
pars his abſumebatur, non ſine magno Reipub.
detrimento, vt ſcribit Dio Caſſius [d]. Pietatis
cauſa diſpenſat etiam obſeruationem nefaſtorum
dierum [e], qualia ſunt ea etiam, quæ ad tutelæ vel
curatelæ cauſas pertinẽt, ad orphanos pauperes [f].
27 Sunt & pia opera hoc tempore potiſſimum ob-
ſeruanda, quod deputatur diebus feſtiuis ad ho-
norem Dei [g], ſacræ liturgiæ audiendæ, integræ [h],
& ſacræ conciones [i]. Abiiciendæ à Chriſtianis fe-
ſtiuitatibus comeſſationes, ebrietates, vt explicat
D. Ambroſ. [k] & D. Chryſoſt. [l] Abiiciendæ cho-
reæ [m], laruæ, theatrales ioci, & reliqua, quæ pro-
hibet cõcilium Baſilienſe [n]: cauendúmve, ne cum
paganis & gentilibus feſtiuos dies eorum cola-
mus [o]. Suſtulit Lucas Conſtantinopolitanus Pa-
triarcha, quæ aliquando fiebant in ſanctorum no-
tariorum (vt puto Euangeliſtarũ) feſto in orien-
te à notarijs pueros docentibus, cum ſcenicis per-
28 ſonis forum obeuntibus [p]. Prohibitum fuit in cõ-
cilio Turonenſi, ne ſecundum errorem antiquum
quiſpiam coleret calendas Ianuarij [q]. Et ex conci-
cilio Antiſiodorenſi ſub pontifice ſum. Deus de-
dit, anno Domini 613. non licet calendis illis ve-
cola aut ceruolo, vt ipſe loquitur, facere, vel ſtre-
nas diabolicas obſeruare, ſed in ipſo die omnia
beneficia tribuere quiſque iubetur, vt in cæteris
alijs diebus [r]. *Si quis*, inquit Zacharias Papa, *ca-
lendas Ianuarij ritu paganorum colere, vel aliquid
plus noui fecerit propter nouum annum, aut menſas
cum lampadibus & epulis in domibus præparare,
aut per vicos aut plateas cantores & choros ducere*
29 *præſumpſerit, anathema ſit* [s]. Solebant enim vete-
res Ethnici ſtrenas calendis Ianuarij dare inau-
gurandi anni cauſa, quas & accepit Octauius
Cæſar, & recuſauit Tyberius [t], qui & prohibuit
ne commercium ſtrenarum vltra calendas Ianua-
rias exerceretur [v]. Caligula autem edixit, ſtrenas
ineunte anno ſe recepturum: ſtetítq; in veſtibulo
ædium calendis Ianuarij ad captandas ſtipes [x].

a Matthæi 16. D. Lucæ 9.
b Matthæi ca. 6 l. ſancimus. C. de Epiſc. & cleric.
c ca. vtinam. 76. diſt.
d Dion. Caſſius. libr. 51. Hiſt. Roma.
e c. cõqueſtus, de ferijs, can. in ſumma. 15. q. 4.
f l. 2. de ferijs in P.
g c. nullus 44. diſt. c. ieiunia, de cõſe. diſt. 3.
h c. omnes fideles. & cap. miſſas. de cõſecr. diſt. 1.
i can. Sacerdotes, de cõſecr. diſt. 1.
k D. Ambroſ. tom 4. operũ, lib. de Elia. c. 17. & epiſt. ad Euſtochiũ de acceptis munuſculis, cap. comeſſationis 44 diſt.
l D. Chryſoſt. tom. 1 homil. 1. in 1. Geneſ.
m c. irreligioſa, de conſec. diſt. 3.
n ti. de ſpectaculis, in Eccleſia non faciendis, in pragma. ſanctio. in c. cũ decorum, de vit. & honeſt. cleric.
o in Laodicẽſi concil. can. 39. vide cano. non oportet. 18. diſt.
p lib. 2. iur. Orientalis' in eius ſanctionibus, tit. de ferijs notarior.
q Conci. Turonenſi 2. c. 16.
r Concil. Antiſiodor. c. 1.
s can ſi quis. 26. q. 7.
t Dion Caſſius. li. 57.
v Suet. in Tyberio. c. 34.
x Suet. in Caligul. c. 42.

## De vigilijs Eccleſiaſticis. Cap. 17.

1 *Feriæ ſacræ ieiunijs & vigilijs præcedentibus exceptæ.*
2 *Vigiliæ feſtorum quare dicantur, & de vigilijs Chriſtianorum.*
3 *Sacra nocturna paganorum.*

1 QVia feriæ feſtiuæ & venerationes ſan-
ctorum, eorúmq; memoriæ, ad bene-
ficia Dei mente repetenda, & ad gra-
tiam promerendã & impetrandam in-
ſtitutæ etiam ſunt, expedire viſum eſt eaſdem, po-
tiſsimùm maiores, cum aliquibus pijs actionibus
excipere, & mentes aliqua præcedente præpara-
tione expurgare. Quod & vigilijs & ieiunijs, Ec-
cleſia ab omni ætate Catholica perficit: ideò &
ferias quoque, ieiuniorum dies dixit, ſecundam,
quartam & ſextam hebdomadæ diem [y]. Veſpera 2
præcedens diei feſtiui venerationem, vigilia di-
citur: quia olim Chriſtiani ob cultum ſolemnita-
tis in orationibus pernoctabant [z]. Quemadmo-
dum etiam hodie in vigilia natiuitatis Domini-
cæ. Docet & vigilias obſeruatas in templis mar-
tyrum recurrentibus annuis eorum ſolemnitati-
bus Baſilius Magnus [a], dum inquit, πάλαι προκατα-
λαβόντες τὸ ἱερὸν τοῦτον τῶν μαρτύρων σηκὸν, ἐκ μέσης νυ-
κτὸς τὸν θεὸν τῶν μαρτύρων διὰ τῶν ὕμνων ἐξιλεούμενοι,
διεκαρτερήσατε μέχρι τῆς σήμερον, τὴν ἡμετέραν ἄφιξιν
ἀναμένοντες ὑμῖν μὲν οὖν καὶ ὕπνου καὶ ἀναπαύσεως τὴν εἰς
τοὺς μάρτυρας τιμὴν, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ λατρείαν προτιμῶσιν
ἕτοιμος ὁ μισθὸς, i. *iã inde ex media nocte venientes ad
ſacrũ martyrũ templũ Deũ ipſum martyrũ per hymnos
laudantes ſuſtinuiſtis vſque ad hanc diem, noſtrũ ad-
uentum expectantes. Vobis quidem igitur, & ſomni
& quietis, quæ in honorem martyrum, & Dei ado-
rationem impendiſtis præſto eſt merces.* Atque idẽ
Aſilius alibi [b], hanc formulam vigilandi, & ante-
lucano tempore ſurgendi & eundi ad eccleſias, &
inibi pſallendi, communem fuiſſe & obſeruatam
tradit Ægyptiis, Libiis, Thebeis, Palęſtinis Ara-
bibus, Phinicibus, Syriis, & iis qui ad Eufratem
habitant. Nec tantùm feruente fide in feſtis mar-
tyrum hoc fiebat, ſed etiam quotidie in eccleſia
primitiua, cuius veſtigia adhuc in benè ordinatis
monaſteriis, & aliis eccleſiis collegiatis manent:
& in hoc à priſca puritate & religione deflecti-
mus, quòd anteà omnes catholici, laici, & clerici
antelucanis precibus adeſſent, hodie vix etiam
clerici. Huius & teſtis eſt, omni exceptione, ma-
ior Plinius Nouocomenſis [c], qui de Chriſtianis
ſcribẽs ad Traianum, ait: *Affirmabant autem* (ſci-
licet Chriſtiani) *hanc fuiſſe ſummam, vel culpæ
ſuæ, vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem
conuenire, carménque Chriſto quaſi Deo dicere ſe-
cum inuicem, ſeque ſacramento non in ſcelus ali-
quod obſtringere: ſed ne furta, ne latrocinia, ne adul-
teria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum
appellati abnegarent: quibus peractis morem ſibi
diſcedendi fuiſſe, rurſumque coëundi ad capiendum
cibum, promiſcuum tamen & innoxium &c.* In
Carthaginenſi concilio 4 [d]. *Clericus qui abſque
corpuſculi ſui inæqualitate vigiliis deeſt, ſtipendiis
priuatus excommunicetur.* In concilio Antiſiodo-
renſi [e]. *non licet in vigilia paſchæ ante horam ſecun-
dam noctis, vigiliam expedire: quia in illa nocte non
licet bibere, nec in natali Domini, nec in reliquis ſo-
lemnitatibus.* Et rurſum. *non licet compenſ.is in do-
mibus propriis, nec vigilias in feſtiuitates ſanctorum
facere, nec inter ſentes aut arbore ſacriuas, vel ad fon-
tes vota exſolueres: ſed quicunque votum habuerit, in
eccleſia vigilet, & matriculæ ipſum votum aut pau-
peribus reddat &c.* Et Cyrillus Hieroſolymita-
nus [f]. *nocte ad ſapientiam nihil cõmodius, hac enim
perſæpe de Deo cogitamus, lectioni, contemplationi
diuinarum ſcripturarum vacamus, pſallitur, ortatur.*
Erant & apud Ethnicos ſacra quędam nocturna 3
quæ defendit à ſuſpicione turpitudinis Diony-
ſius apud Euripidem [g],

*Pentheus,* Τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς,
*Dionyſius,* Νύκτωρ τὰ πολλά: σεμνότητ' ἔχει σκότος.
*Pentheus,* Τοῦτ' εἰς γυναῖκας δόλιόν ἐστι, καὶ σαθρόν.
*Dionyſius,* κἂν ἡμέρᾳ τό γ' αἰσχρὸν ἐξεύροι τις ἄν? id eſt.
*Pen.* *Noctu-ne, an interdiu hæc ſacra (id eſt origia) peragis?*
*Diony.* *Noctu plerunque: habent religionẽ tenebræ.*
*Pen.* *Hoc in mulieres doloſũ, & vitio obnoxiũ.*
*Diony.* *Quin & in die quis inueniat turpitudinẽ?*

y c. presbyter 82. diſtin. c. de illis, 11 q. fina. can. qui compulſus. 22. q. 5. c. ieiunia. de cõſecra. diſt. 3.
z c. noſſe. 56. diſt.
a Baſili' Mag. in Pſalm. 114.
b Baſil. Magn. epiſt 63. clericis eccleſiæ Neoceſarianę
c Plini. li. 10. epiſt. de Traiano ad Chriſtianos.
d concil. Carthagi. 4. c 49.
e concil. Antiſiodorenſ. c. 11. fuit celebratũ ſub Papa qui Deus dedit, anno Domini. 613.
f Cyrill. Hieroſolymit. catheche. 9. illuminat.
g Euripid. in Bacchiis art. 2.

Cùm tempore Neronis eſſet ortum incendium,
matronæ Romanorum etiam gentiles,ad placan-
dos Deos ſuos, & propitiarunt Iunonem , lecti-
ſternia & priuilegia obſeruauere fœminæ,quibus
mariti erant,vt author Cornelius Tacitus [a].

a Cornel. Tacit. lib.15. annal.

## De obſeruatione ieiuniorum. Cap. 18.

Lib.3.Decretal.tit.46.

1 *Ieiunium generaliter quid.*
2 *Ieiunij diuiſio,in profanum, & ſacrum,& quæ illa.*
3 *De vſu & abuſu ciborum.*
4 *Ieiunium profanum,aliud naturale, aliud morale, & quæ illa.*
5 *Ieiunium ſacrum , vel corporale , vel ſpirituale. Corporale,pœnitentiale, vel eccleſiaſticum,&c.*
9 *Abſtinentia ſola aliud,quàm ieiunium.*
7 *Sabbatho ieiunare aliquando prohibitum , & in dominico.*
8 *Abſtinentiæ à carnibus inſtitutæ rationes.*
9.11.*Dies ieiunijs qui aſsignati,& de quadrageſima.*
10 *Quibus diebus non ieiunatur.*
11.13.*De modo ieiunandi,& à quibus abſtinendum.*
14 *De tempore edendi in die ieiunij.*
15 *Quæ perſonæ , & quando ieiunare teneantur. Item de ieiunijs , quæ de præcepto , aut de concilio ſunt.*
16 *Quæ excuſant à ieiunio , quod de præcepto eſt.*

1 POſt vigiliarum & feſtorum tractatio-
nem , & cognita inſtitutione eorum:
operæ pretium duxi , & de ieiunijs
tractare.Ieiunium generaliter eſt , ab-
ſtinentia à cibo, vel dies,in quo abſtinetur : vnde
& per tranſlationem,ieiuni dicuntur ab his, quæ
non guſtarunt : quibus contrarij ſaturi, qui copiã
habent,nec illis indigent. Et proinde in vniuer-
ſum tot poſſent conſtitui ſpecies ieiunij,quot ab-
2 ſtinentiæ & priuationis. Cæterùm nos diuidemus
primùm ieiunium,in profanum & ſacrum:profa-
num : quando alia ratione quis ieiunat, quàm vt
conſulat animæ. Sic ieiunare dicitur , & qui non
comedit, & adhuc qui comedere non poteſt, vel
non habet quod comedat,vel qui diæta morbum
corpore expellere nititur.Quæ ieiunia per ſe me-
ritoria non ſunt ad ſalutem animæ , nec ad iram
Dei placandam. Eſt enim edere & bibere, actus
naturalis ad reparationem corporis huius quoti-
die pereuntis [b].Et eſcæ per ſe, vſu adiaphoræ,bo-
næ in ſubſtantia qua creata ſunt: *Vidit enim Deus*
*omnia quæ fecerat , & erant valde bona* [c]: Sed nec
eſca per ſe nos commendat Deo [d].Et regnum
Dei non eſt eſca & potus:nec quod intrat per os,
ſecundum ſe,coninquinat hominem , vel non lo-
tis manibus manducare [e], ſed intentio, & quod
3 malum ex corde exit. Et abuſus rerum & eſca-
rum,peccatum habent: dicitur autem quis abuti,
quando contra prohibitionem vtitur. Prohibitio
tamen malum vſum,non malam rem facit: veluti
arbor vitæ ſcientiæ boni & mali, bona per ſe &
optima, at prohibitio non comedendi, comeden-
ti mortiferam fecit : quia ibi contemptus , & in-
4 obedientia , & tranſgreſſio præcepti [f]. Ieiunium
idcirco profanum , & ad naturam , & ad virtu-
tem,& ad ſalutem pertinere poteſt : itaque erit ſa-
lubre corpori naturale , & morale ſalutare eſt,
quod virtutis & corporis cauſa inducitur:natura-

b l.proponebatur,de iudi. in P.
c Geneſ.1.
d 1. Corint. 8.
e Matth.15.
f Geneſ.c.2. & 3.

le dum quis ſemper non guſtat nec edit,nec om-
nia,nec omni tempore, vel nullo , vt dum D.Pe-
trus dicebat Deo, ſe nũquam immundum ediſſe,
ideò nec ſerpentes,nec bufones,aliáve reptilia ſi-
bi viſione oblata,manducaturum [g].Nerua cõſue-
tudinem Tiberij Cæſaris non ferens , abſtinentia
vitam finiuit [h]. Morale eſt, cùm quis ratione vir-
tutis,temperantiam ſequutus, ſobriè viuit , neque
comeſſationibus ſe ingurgitat : eſtque morale di-
ſcreta & moderata refectio [i]. Ieiunium ſacrum 5
eſt,vel ſpirituale vel corporale : & corporale , vel
pœnitentiale,vel Eccleſiaſticum. Spirituale eſt, à
peccatis abſtinere , quod debet ſeruari omnibus
diebus , & hoc præſtantius ieiunium , diſſoluere
colligationes à peccatis [k]. Et ad hoc omnia alia
ieiunia nos dirigunt, vt abſtineamus ab illicitis [l].
Sic Gregorius Nicæus [m] , eſt ieiunij & abſtinen-
tiæ genus, quod à corpore & materia ſeiunctum
eſt:cúmque animam duntaxat reſpiciat,ea re per-
ficitur,vt à vitijs temperemus. Atque huius ieiu-
nij gratia etiam illud inductum eſt, vt à vitijs ab-
ſtineamus. Et ideo ieiunandum docet & corpore
& vitijs,vt effectum ieiunium habeat legitimum:
nã Iudas ieiunauit & corpore, non tamen à vitijs.
Et ſpiritus mali ieiunant ab eſcis,attamen iniquiſ-
ſimi: ieiunarunt & Iudæi Chriſtum cruci figẽtes.
Hócque ieiunium improbat Eſaias [n]. Ieiunium
corporale ſacrum,eſt abſtinentia à rebus comeſti-
bilibus ob diuinam reuerentiam ad carnis mace-
rationem completa. *Ieiunamus* , inquit Cyrillus
Hieroſolymitanus [o],*à vino & carnibus abſtinentes,*
*non quod hæc tanquam abominationes oderimus , ſed*
*quod præmium expectamus , vt ſenſibilia deſpicientes,*
*ſpirituali deinceps & intellectuali menſa fruamur:&*
*nũc ſeminãtes in lachrymis,vt in futuro ſeculo in exul-*
*tatione metamus.*Iubebant & Theologi Paganorũ,
antequã ad ſuos Deos accederent,& myſteria ca-
codæmonum tentarent, animam abſtinentia ani-
malium & ieiunijs purgare [p].Pœnitentiale corpo-
rale ieiunium eſt,quod ad humiliationem animæ
pertinet, & ad placandam iram Dei ob peccata
cõmiſſa.Sic filij Iſraël pugnaturi cõtra Philiſteos,
ieiunarunt in die illa,atque dixerunt, *tibi peccaui-*
*mus Domine* [q]. Ieiunauit Dauid propter infirmi-
tatem filij ſui paruuli [r].Et audita prophetæ com-
minatione ieiunauit Achab Rex Samariæ,& dor-
miuit in ſacco [s]. Et Dauid ait: *Humiliabant in ie-*
*iunio animam meam,& oratio mea in ſinu meo con-*
*uertetur* [t]. Sic prædicente Iona ſubuerſionem Ni-
niuæ [v], Niniuitæ crediderunt Domino, & prædi-
cauerunt ieiunium , & veſtiti ſunt ſaccis à maiore
vſque ad minorem.Factúmque edictum à Rege,
vt homines , & iumenta,& boues , & pecora non
guſtarent quicquam , nec paſcerentur, nec bibe-
rent,operirentur ſaccis & clamarent ad Dominũ
in fortitudine,&c.Et ita pœnitentiam agẽtes ob-
tinuerunt ſentẽtię dilationẽ ſeu retractationem [x].
De hoc Ioel meminit, dum ait , *Conuertimini* , in-
quit Dominus , *ad me in toto corde veſtro,in ieiunio,*
*fletu,& planctu* [y].Et ita qui exomologeſes audiũt
& iudicant, Sacerdotes confitentibus ieiunia in-
iungunt pœnitentiæ cauſa [z]. Solent dæmones
peiores oratione & ieiunio edomari [a]. Ieiunium
vulnera curat delinquentis, & curatos ſanctifi-
cat [b], ſatisfacit pro commiſſis [c] & à viuentibus
factum, poteſt prodeſſe mortuis [d]. Ieiunium Ec-
cleſiaſticum, eſt abſtinentia carnium & aliorum,
quæ indicitur ab Eccleſia , certis & ſtatis diebus
facienda , cùm vnica tantùm cibi ſumptione
moderata [e] , & ſine neceſſitate n violan-
da.

g Actuum 10. & 11.
h Dion Caſſius lib.58.
i c.non dico, & c.ſi tibi.de confec. diſt.5. D.Auguſt.li.2. q.Euang.c.18.
k Eſaiæ 58.
l can.ieiuniũ, de conſecrat. diſt.5.
m Grego.Nicæus ora.1.de pauper.amandis.
n Eſaiæ c. 58.
o Cyrill.Hieroſol. catech. illuminat.4.
p Porphyr.li. de abſtinent. animal.
q 1.Reg.c.7.
r 2.Reg.12.
s 3.Reg.21.
t Pſal.14.
v Ionæ c.4.
x Vide cano: vnuſquiſque. c. incommutabilis. cap.non ſemper. 22.q. 4.
y Ioel.c.2.
z vt in c.preſter.72. diſt. cũ ſimilibus.
a vide Baſil. ſerm.de ieiunio 1.& 2. & latè de vtilitate iniunij differentem.
b c. ſicut tibi. de cõſe.diſt.5.
c c. igitur.76. diſt.
d can.animæ. 12.q.2.
e c.de eſu.de conſec. diſt 5. c. denique. 4. diſt.



6 da [a]. Abſtinentia carnium genus eſt, quæ & ſine
ieiunio eſt , vt in diebus veneris & ſabbathi ab-
ſtinetur à carnibus , & tamen ieiunium non eſt,
nam bis comedere licet & pluries,dummodo ab-
ſtineatur à carnibus , excepto die Natali Domini,
qui ſi incidat in ſextam feriam quam vocãt diem
veneris,vel ſeptimam, quam ſabbathum habet di-
ſpenſationem carnes comedendi [b] : niſi voto à
7 carnibus abſtineat quis. Ieiunare ſabbatho , ali-
quando permiſſum non fuit : nam & D.Ignatius
ait , *quicunque dominicam aut ſabbathum ieiunaue-*
*rit , præter vnum ſabbathum Paſchæ , ipſe eſt Chriſti*
*interfector* [c]: quod & prohibitum in canone Apo-
ſtol [d]. Moſcouitæ etiam ſeu Rutheni,in ea adhuc
ſunt opinione , ſabbathi ieiunare , eſſe obſeruare
ſabbathum contra legem Dei [e]. Veruntamen hîc
Eccleſiæ rigor maior fuit aliquando,nam in con-
cilio Elibertino Hiſpaniæ celebrato [f],circa Sylue-
ſtri Papæ primi tempora,ſtatutum his verbis: *Er-*
*rorem placuit corrigi , vt omni ſabbathi die ieiunium*
*ſuper poſitionem celebremus*: Et rurſum Innocen-
tius primus ſum.Pont.decreuit [g], quòd ritè omni
ſabbatho ieiunetur : quia feria ſexta,& ſabbathũ
ambo dies triſtitiam Apoſtolis, vel his qui Chri-
ſtum ſecuti ſunt,induxerunt,qui in die dominico
exhilarati nõ ſolùm ipſum feſtiuiſſimum eſſe vo-
luerunt, verùm etiam per omnes hebdomadas
frequentãdum eſſe duxerunt.Excepti ſunt tamen
dies ſabbathi in quadrageſima , ſecundum teno-
rem concil.Conſtantinopol.6.[h] In quo ſic ſtatui-
tur , *Quoniam intelleximus in Romanorum ciuitate*
*in ſanctis quadrageſimæ diebus in eius ſabbathis ie-*
*iunari præter Eccleſiæ traditam conſuetudinem , ſan-*
*ctæ Synodo viſum eſt,vt in Romanorum Eccleſia Ca-*
*non inconcuſsè obtineat, qui dicit , Si quis clericus in-*
*uentus fuerit in ſancto Dominico vel ſabbatho ieiu-*
8 *nans , præter vnum & ſolum,deponatur:ſi autem lai-*
*cus,ſegregetur.* Recepta iſta abſtinentiæ à carnibus
inſtitutio,tum potiſſimum vt anima , à carnalibus
cibis abſtinente corpore, ſit expeditior , vt etiam
docet 4.libris Porphyrius.De abſtinentia anima-
lium , & alij ſupra notati , tum etiam ad politiam
humanam coponendam vt alternatis piſcium &
carnium vicibus & animalia terreſtria creſcant,
& aquatilia inutilia non ſint : dehinc vt voracitas
cohibeatur, aduerſum quam, vt ſuo tempore re-
gnantem D. Paulus ſcribit,dicens [i]. καλὸν γὰρ χά-
ϱιτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν , οὐ βρώμασιν ἐν οἷς οὐκ ὠφελή-
θησαν οἱ περιπατήσαντες , i.*bonum eſt gratia ſtabilire cor*
9 *non eſcis,in quibus ambulantes non proficiunt.* Dies
ſtati & ieiunijs ab Eccleſia ſtabiliti ſunt , quadra-
geſima,quatuor,vt dicimus, tempora, vigiliæ fe-
ſtiuitatum:quæ in feſtis ſeu in calendarijs Eccle-
ſiaſticis notantur ſecundum iuris præſcripta [k], &
conſuetudinem cuiuſque Eccleſiæ [l], Quadrage-
ſima, eſt veluti decima Deo conſecrata omnium
dierum totius anni,quo Deus nobis vita & gratia
ſua frui ſua ineffabili miſericordia permiſit, ideò
diligenter eius ieiunium ſeruandum [m].In quadra-
geſima 42.dies ſunt: ſubtrahe ſex dies dominicos,
quibus nõ ieiunatur,remanent 36.dies,quibus ie-
iunatur,qui pro decima 365.dierũ,qui annũ perfi-
ciunt.Addũtur autem his 36.diebus quatuor dies,
qui dominicam quadrageſimæ præcedunt,vt im-
pleatur ſacer quadragenarius numerus,quem ſuo
ieiunio Dominus noſter Ieſus Chriſtus cõſecra-
uit [n].D.Ambroſius hos quadraginta mãſionibus,
quas fugiẽtes Pharaonẽ fecerãt in deſerto Iſraëli-
tæ,comparat:noſtráque caſtra quadrageſimã eſſe
perpulchrè docet [o] , & eam indictam à domino,

a c.ieiunia in eccleſia.de cõſecrat.diſt.5.
b in c.fin. de obſerua. ieiunior.can.quia dies. de conſec.diſt.5.c.obſeruanda. 76. diſt.
c D.Ignat.ep. 8. ad Philipp. d.65.
e Sigiſmũdus liber Barro,in commẽtarijs de rebus Moſcouiticis.
f Concil. Elibert.c.26.
g In decretis Innocent. 1. can.4.&in c. ſabbatho. de conſec,diſt.3.
h Concil.Cõſtantinopol.6. c.55.
i ad Hebræ.c. final.
k in cap.2.de obſer. ieiuni.
l c.quieſcant. §.1.de ver.ſig. c illa.12.diſt.
m in c.ſtatuimus.cũ 2.ſeq. 76 diſtin. can. ſolent. de cõſecr.diſtin.1.c. ieiunium,& c. quadrageſima de conſecrat. diſt.5.
n c. quadrageſima, de conſecr.diſt 5.
o D. Ambroſ. tom.3. ſermo. 5.& ſerm.24.

qui eam ieiunauit , graue peccatum eam non
ieiunare.D.Auguſtinus [p] , quadrageſimam quo-
que & numerum quadragenarium non eſſe ab
hominibus conſtitutum , ſed diuinitus conſecra-
tum aſſerit,nec terrena cogitatione inuẽtum, ſed
cœleſti maieſtate præceptum, non tam præceptũ
ſacerdotum, quàm Dei. D.Hieronymus quadra-
geſimam quoque ex inſtitutione apoſtolorũ eſſe
teſtatur [q]. Apud Clementem [r],ſanctio hæc apo-
ſtolica eſt, *vobis ieiunium quadrageſimæ, continens*
*memoriam legislationis & conuerſationis domini,*
*celebretur hoc ieiunium ante ieiunium paſchæ , quod*
*incipiens à ſecunda ſabbathi deſinat in paraſceuem:*
*poſt quos dies,ſoluto ieiunio , aggredimini ſanctam*
*paſchæ hebdomadam : ieiunantes in ea omnes cum*
*timore & tremore, orantes per eos dies pro iis qui*
*pereunt , &c,* D.Ignatius [s] ad Philippenſes , *qua-*
*drageſimam nolite pro nihilo habere , imitationem*
*enim continet cõuerſationis Dei : hebdomadam paſ-*
*ſionis etiam nolite deſpicere : quarta verò & ſexta*
*feria ieiunate , reliquias pauperibus porrigentes.* In
hac eſſe abſtinendum à carnibus & iis quę tra-
hunt ex illis originem,vt à lacticiniis & ouis pla-
cuit [t]. Alia ieiunia in quatuor anni temporibus
inueniuntur decreta [v],Erat & apud Hebręos ieiu-
nium quarti, ieiunium quinti, & ieiunium ſepti-
mi , & ieiunium decimi menſis [x]. Sunt & dies
tres rogationum in aſcenſione Domini [y]. Nec in
cœna Domini ſoluẽdum eſt ieiunium [z].Ieiunan-
dum in quinquageſima,& aduentu, maximè cle-
ricis & presbyteris [a]. Non ieiunatur die Domini- 10
co,ne ſequamur errores paganorum [b].Nec à tem-
pore paſchali , vſque ad pentecoſtem [c] : etſi ieiu-
nantes illo tempore ob deuotionem arguendi nõ
ſint [d]. Item ſi vigilia alicuius feſti in diem domi-
nicam incidat, non eſt tunc ieiunandum, ſed ſab-
batho præcedente [e]. Modus ieiunandi ex rebus 11
ipſis, quibus abſtinetur , ex tempore & perſonis
elicitur. Generalis quippè regula eſt,vt diximus,
in diebus ieiunij abſtinendum eſſe à carnibus : &
vltrà, in quadrageſima ab iis quæ à carne originẽ
habẽt Verùm & cum iſtis moderatio cibi permiſ-
ſi etiam eſt adhibenda [f]. Ideo & à magnis piſci-
bus,& à cibis laſciuiæ,& potibus abſtinẽdum eſt
hoc ieiunij tempore [g]. In regione Palmariæ,nu-
per in nouo orbe detecto,inuẽti ſunt incolæ Au-
guſto,Septembríque menſe quinque ac triginta
dies abſtinere , non modò à carnibus , quas aſſe-
quuntur optimas, ſed & à piſcibus,& alia re, quæ
ſanguinem nutriat , hortenſibus & leguminibus
illos dies peragentes [h].Hilarion heremita in vaſta
& terribili ſolitudine degens, quindecim tan-
tùm caricas poſt occaſum ſolis comedebat [i]. Apud 12
Ruthenos ſeu Moſcouitas,diebus lunę,Mercurij,
& Veneris panis fruſto cum aqua contenti ſunt
ieiunantes in quadrageſima : reliqua per annum
ieiunia non ita ſtrictè ſeruantur. Ieiunant autem
poſt feſtum Pentecoſtes, quod eſt illis dies ſan-
ctorum omnium , vſque ad ferias ſancti Petri &
Pauli,dicúntque ieiunium Petri & Pauli.Deinde
habent ieiunium diuæ virginis, à prima Auguſti,
vſque ad aſſumptionem beatę Mariæ. Item ieiu-
nium Philippi,ſex hebdomadibus in aduẽtu Do-
mini,& dicitur Philippi.Nullius tamen ſancti vi-
giliam venerantur pręter decollationis S. Ioan-
nis Baptiſtæ.Carnibus autem abſtinẽt in ieiuniis 13
omnibus.Monachis tamen duriora ieiunia impo-
ſita,quos oportet eſſe contentos kumas, id eſt,
potu acetoſo,& aqua cum frumento mixta.Sacer
dotibus quoque aquam mulſam, & ceruiſiam

p D.Augu.to. 3.ſermo.36.
q D.Hierony. epiſto.ad Marcellum,aduerſus Montanũ, tom. 2. oper.
r Cmens.li. 5.conſtit.apoſto.c.13.& 14. & 18 & 20.
s D Ignat.ad. 8.ad Philipp.
t c.denique.4. diſt
v vide in can. ſtatuimus. 76. diſt.& c.1.2.3. 4.eod.
x Zachar. c.8, & in cap.ieiunium.76. diſt.
y ca. rogationes,de cõſec. diſt.3.
z can.non liceat,& ſeq.de conſecr.diſt.3.
a Hoſtiẽſis in Summa de obſeruation. ieiunio.§. quando ieiunandũ verſi.quid de aduentu,c. cõcilium,de obſerua.ieiunio.
b c.ſi qs tanquam. & can. ſi quis presbyter,c. ieiuniũ, 76.diſt.c.ieiuniũ & can.ne quis, de conſecr.diſt.2.
c c.ieiunium, §.ſi autem.76. diſt
d cap.poſt , & can.vtinã.76. diſt.
e c.1.2.de obſerua.ieiun.
f c.non dico, & ſeq.de conſecra diſt.5.
g can.deniq;. 4.diſt.
h Petrus Martyr, libr. noui orbis,& inſulis nouè repertis.
i Hier.in vita Hilarionis.

a Sigiſmund. Liber Baro in commẽtarijs rerum Moſcouitarum.
b c.ſolent.de confec. diſt.1.
c d.c.ſolent.

14 prohibitam tradit Sigiſmũdus liber Baro [a]. Tempus nullum in ieiunijs edendi in die, nec hora certa definita fuit: verùm placuit meridianam eſſe legitimam [b]. Ante peractas veſperarum orationes non edẽdum etiam placuit [c]: ſed veſperæ in Quadrageſimali ieiunio ante meridianam horam vel in ipſa dicuntur. Nec tranſigendum neceſſariò ieiunium abſque cibo duorum vel plurium dierum [d]: nec toto die abſtinendum [e], vt Agareni ieiunant [f], niſi ex cauſa [g]. At num bis comedere vel ſæpius bibere, ſoluat ieiunium optimè reſponſum eſt, morem regionum, vbi erimus ſequendum [h].

d can.non dico & c.ſeq.de conſec. diſt.5.
e ca.ſunt tibi, de conſecrat. diſt.5.
f gl in d can. ſunt tibi.
g can. quod à patribus. 75. diſt.
h ca. vtinam. 39.diſt. Angel. in Summa, in verbo ieiunium.nu.2.facit.c.conſiliũ. §.de feſtiuitate, de obſeru. ieiunij.
i c. cõcilium. de obſer.ieiu.
k c. rogationes,de conſecrat.diſt.3.
l c.ieiunia,de conſec. diſt.3.
m c.ſabbatho. ead.diſt.
n c presbyter. 72.diſt.
o vide Angel. Clauaſ.de hoc & ſeq.in Verbo ieiunium. num.15.

15 Circa perſonas, ſciẽdum eſt quædam ieiunia ab Eccleſia indici, aut de concilio, aut de præcepto: vnde quæ de concilio ſunt, nec eſſariò non obligant, vt ieiunia aduentus Domini [i], rogatiónum [k]: tertiæ, quartæ, & ſextæ feriæ [l], ſabbatorum omnium [m], & ſiqua alia ad pœnitentiam impoſita ſint, quæ redimi poſſunt: vt pro ſecunda feria, Pſalmos Dauidici Pſalterij dicendo, vel largiendo pauperibus vnum denarium [n]. At in ieiunijs, quæ de præcepto Eccleſiaſtico ſunt, obligatio trãſit in omnes mentis compotes, doli capaces, qui peccare poſſunt [o], quíve validi ad ieiunandũ ſunt,

16 niſi adſit cauſa excuſans. Excuſationis porrò cauſa legitima exiſtimatur ætas nondum attingens viceſimum annum, nam hæc ad omnia non tenetur ieiunia, ad quædam tamen [p]. Infirmitas corporis, ad quam & labor neceſſarius, qui deiicit vires, etiam excuſat, & mendicitas, quæ tum comedit, cùm ei porrigitur: mulieris prægnantis neceſſitas, quæ alioquin eſſet ieiunãs parricida partus quem vtero gerit: peregrinatio, & in ſumma, ſi quædam obeamus opera bona, quæ ſuo labore conficiant corpus, & debilitent vires, certè remiſſionem faciunt ieiunij: iam enim mortificatio corporis, quæ per ieiunium quæritur, aliundè præparatur. Cur dedicetur ieiunium, ex ſuperioribus conſtat, & ſimul eum Deo conſecrari, & eſſe finem eius animarum ſalutem, & corporis & animæ humiliationem, & vt anima in Deum alacrior fiat, & à pondere & nebula peccatorũ expurgetur: & ob alias cauſas, quas ex iam dictis facilè licet colligere.

## De primitijs. Cap.19.

Lib.3 Decr.Lib.2.in Sext.tit.13.Lib.3.Clement.tit.9.

1 *Primitia quid, & de more ſ[o]luendi antiquo.*
2 *Res, ex quibus decimæ debentur.*
3 *Perſonæ quæ recipiant, & quæ dant primitias.*
4 *De taxatione & modo primitiarum.*
5 *Finis & rationes primitiarum.*

1 RES aliæ, quæ ad Eccleſiaſtica iura pertinent, primitiæ ſunt rerum. Primitia, eſt pars ex rebus, quæ primùm nata vel collecta, Deo oblata, antequam vſibus noſtris, quæ eiuſdem ſpeciei ſunt, deputentur. Fuit hæc olim & nunc inter bonos religio, beneficum largitorémque rerum omnium Deum, munere aliquo primo, vt dominum honorare & venerari. Nec tantùm apud eos, qui Dei veri habuerunt notitiam, ſed & apud Ethnicos iure naturæ, & diuino primitiæ ſolutæ. Et priſci Romani, teſte Plinio [q], non guſtabant vina, aut nouas fruges, priuſquam Sacerdotes primitias libaſſent. Porphyrius quoque notat [r], primitias frugum ex omni antiquitate Deo fuiſſe oblatas.

q Plinius lib. 18.c.2.
r Porphyr.lib. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, de abſtinent.a animal.

Cain obtulit de fructibus terræ munera Deo, & Abel de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum [s]. *Loquere filijs Iſrael*, inquit Dominus ad Moyſem [t], *vt tollant mihi primitias, ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas*. Et iterum [v]. *Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filijs hominum, tam de hominibus, quàm iumentis, mea ſunt enim omnia.* Alibi etiam, *Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus* [x]. Atque in Deuteronomio [y] iubetur, vt deferãtur Sacerdotibus, & Leuitis primitiæ, in comſpectu Domini. Sicuti & in libro Numerorum [z], *Omnes primitiæ, quas deferunt filij Iſraël, ad Sacerdotem pertinent, & quicquid in ſanctuarium offertur à ſingulis, & traditur manibus Sacerdotis, ipſius erit.* Et rurſum [a], *Primitias frugum terræ deferes in domum Domini.* Con- 2
ſiderabis itaque hîc res, perſonas, & modum primitiarum. Res, ex quibus offerri debebant primitiæ, ponuntur Exodi 25.cap. At præcipuæ res ſunt, fruges omnes terræ, ex quibus primitiæ, vt dictum eſt, debentur & exiguntur, vt decimæ [b]. Primogenita omnia porrò animalium hodie iure hoc primitiarum non præſtantur. *Et qui dabant*, inquit D.Hieronymus, *primitias animalium, dabant vnum ex ducentis* [c]. Et ſi tot capita non haberent, ſecundum proportionem eius numeri ſoluendæ erant primitiæ [d]. Perſonæ porrò, & quæ 3
dare debent primitias, & quæ recipiunt, conſiderandæ ſunt: quæ dare debent, ſunt omnes quæ res poſſident. Sic enim ait Dominus, *Ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas* [e]. Súntque de præcepto primitiæ, & eas retinentes excommunicantur [f] in duobus caſibus, ſi conſuetudo ſit ſoluendi, & ſi miniſtri eius Eccleſiæ, cui debentur, indigent, & eas petunt: aliàs ſunt de conſilio [g]. Sic enim perpendo textum Exodi, *Ab omni homine, qui offert vltroneus* [h] *accipietis eas.* Spontanea namque eſt ibi oblatio. Et ſi conſuetudo ſit, à temporis initio, cuius non extet memoria non ſoluendi, peti non poſſunt [i]. Perſonæ quibus debentur, ſunt Sacerdotes [k]. Et illi ſcilicet, cuius Eccleſiæ ſint, qui offerunt, præpoſiti dantibus, qui pro eis, & pro rebus eorum preces offerunt Domino [l], ſunt illi Sacerdotes, parochi. Potiſſimùm ſi alius prælatus, puta prior decimas & primitias iure aliquo non accipiat, ſed tantùm partem prouentuum nomine quotæ à vicario perpetuo: nam ſi portio beneficij tantùm aſſignatur vicario, ius primitiarum & decimarum eſt prioris [m]. Habent Eccleſiaſticæ perſonæ iure diuino, primitias & decimas loco prædiorum, quæ ex eo iure non habent [n], ſed humano [o]. Quare primitiæ & decimæ 4
in ſolis Eccleſiarum bonis numerantur præcipuæ [p]. Apud Ethnicos primitiæ olim ad ſtatuas Mercurij in vijs collocabantur, quas viatores ederent, vt ait Suidas in verbo ἑρμαῖον. Modus & taxatio primitiarum in iure canonico non definitur, & proinde vel ad conſuetudinem, vel ad arbitrium præſtãtium recurrendum eſt [q]. Quanquam enim ab Hebræorum traditione D.Hieronymus in Ezechielem dicat eum definitum ad cohibendam Sacerdotum auaritiam: olim qui plurimum dabant, quadrageſimam rei partem nomine primitiarum dediſſe: qui autem minimum, ſupra quadrageſimam vſque ad ſexageſimam [r]. Paruam tamen primitiarum fuiſſe quantitatem iura teſtantur [a]. Idcirco primùm loci conſuetudo ſequenda: deinceps, ſecundùm caput 1. de decimis. Nec plus quadrageſima [off]erre poteſt [S]acerdos,

s Geneſ.4.
t Exod.25.
v Exod.13.
x Prouerb.3.
y Deuter.26.
z Nume.c.5.
a Exod.23.
b c.reuertimini.16.q.1. Malachiæ 3.
c D Hiero. in Ezechiel.gl.1. in c.1.§.his itaque 13 q.1.
d in gl c.1.in verbo, in primitijs.de decimis ap. Greg.
e Exod.23.
f c.preter hoc. §.1.32.diſtinct. Exod.22 Leu. 27. Deut.c 13. 14.2.Parali.22. Nume.18.
g Angel.Clauai.in ſumma in ver. primitiæ.nu.1.
h Exod.25.
i Henric.Bouhic in ca. 1. de decim.in fine.
k Num.5.can. 1. verſ. oportet.16.q.7.
l can.1. §.his itaque. 13. q.1. ca. moderamine, ca.doctos. 16.q.1.
m in quæſtio. Tholo.109.Aufrerius.
n Deut.10.
o ſecundum gl.in l.fi.§.patrimoniorum ſunt autem, in verbo pontifex de muneribus & hono.
p c.cauſa.c.13. de ver.ſig.
q D.Thomas, in 2.2. quæſt. 86. art.4. Inn. in c.1.de decimis.
r in c.1.§ fi.de decimis.



Sacerdos, nec minus ſexageſima laicus offerre. Erit & conſuetudo quoque locorum vicinorum inſpicienda [a], vt iudicatum refert Boërius, qui & latè quærit & diſputat quot actus ſufficiant ad hanc conſuetudinem [b]. In modo etiam primitiarum agrorum, illud obſeruatur, vt Sacerdos, ſeu curio ſtatim fructibus maturis non teneatur primitias accipere, ſed nouem diebus debeant eſſe apud matrem, id eſt, in ſpica, quæ eſt mater grani [c]. Sicut in decimis & primitijs agnorum & vitulorum, tempus in ſolutione expectandum, ſi velit Sacerdos, vt tandiu ſint apud matrem quandiu periculum eſt ſi ſeparentur, perituros [d]. Præſtandæ itaque erunt ſecundum eam normam, vel animaduertendum, ſi quæ data curionibus pro primitijs redimendis: Licet enim non ſecus, quàm Deo oblata primogenita à Sacerdotibus redimi
5 poterant [e], & decimæ [f]: Primitiarum autem fit præſtatio, vt Deo tanquam domino & auctori & largitori ex oblatione illa honorem debitum proteſtemur: dehinc vt eius adminiſtris neceſſaria ſuppeditentur, vtque ijs, à quibus ſacramenta percipimus, nos quoque temporalia ſpontè rependamus, vt in decimis latius, & ex ſuperioribus proximè probatis liquet.

a c.cùm olim. de conſuetud. c.catholica.11 diſt.can.illa.& ca.1.12.diſt.c. ex parte.c.ſuper eo,de cenſibus.
b Boeri.deciſ. 236. num.5. & in fine.
c gl.in l.ſtipulatio iſta. l.38. §. inter certã, in verbo incertámque,de verb.oblig.
d Oldrad. cõſil.236. incipit circa propoſitam quæſtionem eſt attẽdẽdum. Boer. deciſ.236. numer.2.
e Exod.13.
f Leuit.c.27.

## De decimis. Cap.20.

Lib.3.Decr.Lib.3.in Sex.tit.13. Lib.3.Clement.tit.9.

1 *Decima quid.*
2 *Decima, aut profana, aut Eccleſiaſtica: Item de decimis profanis tituli iure diuerſi.*
3 *Decimæ Eccleſiaſticæ quotuplicis generis. Et de decimis à principibus ſecularibus à beneficijs exactis. De Saladina & alijs ad liberandam terram ſanctam indultis, & qui illis reſtiterint.*
4 *Decimæ Eccleſiaſticæ à Clodoueo nobilibus quibuſdam conceſſæ in beneficium ſeu feudum.*
5 *Carolus Pulcher denegauit decimas Eccleſiarum Ioan.23. ſumm.Pontif. ob bellum in Ludouicum Barbarum: poſteà conceſſit.*
6 *Conceſſa Carolo VI.Regi Gall. à Petro Luna.*
7 *Impoſuit aliquando Bonifacius VIII. vniuerſis Eccleſiis Italiæ.*
8 *Dubitatur num hæ decimæ iure exigantur ab Eccleſiis.*
9 *Bonifacij conſtitutio de exigendis decimis, & de eodem Concilij Vienneſis.*
10 *Quæ beneficia immunia ſint à ſolutione decimarum Eccleſiaſtic. principib. conceſſarum.*
11 *Quæ beneficia contribuant huic decimæ.*
12 *Exactio harum decimarum inter Ethnicos aliquando.*

1 NEmo, vt opinor, ignorat, numeri nomen decimum dici, videlicet decimã alicuius rei partem: & proinde vim in nomine non faciam. Sed diſtinguam
2 decimam, quæ penditur ſuperioribus, in profanam, & Eccleſiaſticam. Decima profana, fuit ſpecies quædam tributi aliquándo à quibuſdam dominis rerum impoſiti, veluti Pyſiſtratus Tyrannus agrorum decimas ab Athenienſibus exegit. Quod innuit Suidas [g], dum ſcribit de origine prouerbij illius, καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν. Etiã Sphaceli dant immunitatem. Tradit enim inde emanaſſe, quod ferant Pyſiſtratum, qui decimam agrorum ab Athenienſibus exigebat, tranſeuntem aliquando ſenem rupes & ſaxoſa loca excolentem interrogaſſe, quos inde fructus caperet, illum autem dolores & fatigationes reſpondiſſe: túncque eius libertatem admiratum, decimæ immunitatem ei conceſſiſſe, atque ex eo Athenienſes, hoc prouerbium vſurpaſſe. Samuël iura regis populo Iſraëli regem petenti prædicens, inter cætera hoc adiecit [h]: *ſed & ſegetes veſtras, & vinearum reditus addecimabit, vt det Eunuchis & famulis ſuis.* Narrat Plutarchus Hetruſcos, addecimare ſolitos Romanos, donec Hercules ab eo tributo eos liberauit [i], Cypſellus Corinthius, quum Ioui vouiſſet, ſi dominus foret ciuitatis, ſe omnia quæcunq; eſſent Corinthiis dicaturum, eos quæcunque haberent iuſſit deſcribere. Deinde à ſingulis, vbi ad hunc modum deſcripta habuit, decimam partem accepit. Reliquis autem partibus eos ad lucrum exerceri iuſſit: tum anno vertente eandem rationem ſeruauit. Ita decem annorum ſpatio contigit, vt & ille haberet omnia, quæcunque ſacraſſet, & alia Corinthij, quæ adepti eſſent, poſſiderent [k]. Octauianus, M. Antonius, & Lepidus Triumuiri, cùm multos Romæ ad lubitum proſcripſiſſent & occidiſſent, cùm tamen ſatis non haberent quo militibus ſatisfacerent, nouas decimas cuique ex omni patrimonio perdendas inſtituerunt, & facultatibus non benè ad decimam redactis reliquum accipiebant, vt author Dion Caſſius [l]. Et de vectigali & cauſa decimæ prædialis ſic ſcribit Appianus [m], *agros verò*, inquit, *quiſquis bello adeptus eſſet, eorum habitatoribus colendos dederant, vel pretio illis attribuerant, vel mercedis cauſa contulerant. Si qua autem tellus ingruentibus bellũ inculta remanſiſſet, quò multitudine impleretur, neutiquam per negligentiam ſordeſcere paſſi, in hunc modum proclamari iuſſerant, volentibus interim agros colere, annua vectigalia publicè eſſe pendenda, ſeminum partem decimam, arborum autem partem quintam, eorum quos percepiſſent fructuum, &c.* Lex & Iuſtiniani [n], μορτῖτε μέρος δεκάτα ἐννέα, χωρδότῃ δὲ μέρος δεκάτον ἕν: ὁ δὲ ἐκτὸς τούτων μερειζόμενος θεοκαπήλατος. i. *partiarij coloni pars, nouem faſciculi ſunto: qui fundum dedit, portio vna tantùm: qui contra hæc partionem fecerit, deuotus eſto.* Metallarij qui perquirunt metallorum venas, debent præſtare decimas fiſco, & decimas alias domino prædij quod perſcrutantur [o]. Præter ſcrupulos ſeu tributa, quæ penduntur propter facultatem conceſſam auri indagandi [p]. Iure nouellarum quoque iniuſtus litigator, qui conuictus fuerit temerè litem alicui mouiſſe, decimam partem quantitatis pecuniæ in libello iniuſtè petitæ, pro ſumptibus tenebatur perſoluere aduerſario [q], ſaltem ſi maiores ſumptus non eſſent [r]. Attici, tempore belli Peloponeſiaci, Chryſopolim Calcedoniæ profecti, vectigal ibi conſtituerunt, & decimam ex Ponticis exigebant. Meminit Ariſtoteles [t]. Tributum, quod pendebatur ex frugibus terræ ab aliis oblationem, ab aliis decimam dici: & quæ ex paſcuis & pecoribus princeps accipiebat, decimam quoque appellari. Et Strabo ſcribit [v], inter præfectos vrbis, qui ſexti ſunt ordinis apud Indos, venditarum rerum exigere decimam, eũmque qui vectigal furatus fuerit, capite plecti. Erat antiquitus ex lege Papia pendenda decima fiſco ex relictis vxori vel marito, ſi ex eo matrimonio non eſſent ſuſcepti liberi, quod tamen poſtcà emendatum fuit ab Honorio & Theodoſio

g Suidas in verbo καὶ σφάκελοι, &c.
h 1.Reg.c.8.
i Plutarc.problem.17.
k Scribit Ariſtotel 2.Oeconomicorum.
l Diõ Caſſius, lib.47.Hiſtor.
m Appia. li.1. bello ciuil.
n Iuſtinia. in legibus, Georgicis, titul. 2. περὶ μορτῆς 2.
o l.3.de metallariis & metallis & procuratorib.metallorum li.11 D.tit.6.
p l.1,& 5.eod. ti.de metalla.
q authent.generaliter, de epiſc. & cler. §.ad excludendas, de litigi. in authent.
r glo.in d. authent. generaliter.
s Xenophon, lib.1.rei.Græcarum.
t Ariſto.2.Oeconomico.
v Strabo, li.15.

CC [a]. Hodie iure parui ſigilli Montis peſſulani, quando obligatio iure eius, & vt dicunt, ſecundum rigorem eius facta, accipit vim nempe vt dicunt *Quand on leue la rigeur*, decima eius quod petitur, curiæ ſigilli penditur, vt ſi viginti libræ petantur. 2. & ſi minus debeatur, puta 10. ſi tamen pro viginti ſigillum imploretur [b]. Nam pro decem tantùm libris vel infrà, nemo huic iuri ſubiicitur. Bizantij cum vno & eodem tempore, & annonæ caritate, & pecuniæ indigentia premerentur, nauigia quæ ex Ponto venerant deduxerunt in portum: cùm autem poſt aliquod tempus mercatores moleſtiùs eam rem ferrent, vſuras illis decimas pro tributo impoſuere. Ementibus autem quippiam id oneris impoſuerunt, vt deci-
3 mam partem ſeorſum à pretio penderent [c]. Eccleſiaſticæ decimæ, in duplici ſunt differentia & quæ ex rebus Eccleſiæ, puta beneficijs ſeu de fructibus ſacerdotiorum debentur perſonis non Eccleſiaſticis ſeu laicis: & quæ à perſonis laicis & alijs, debentur tantùm Eccleſiaſticis. Decimæ de beneficijs authoritate Pontificis maximi aliquando conceſſæ ſunt regi Gallorum, & alijs ob iuuandum reipub. Chriſtianæ ſtatum, ad captiuos redimendos, & ad liberandam terram ſanctam, vel ad hæreticorum expulſionem, alióſque ob pios actus: & iſtæ decimæ temporales ſunt [d]. Sic quo tempore auditum fuit in Gallia, omnia quæ tum Chriſtianorum erant in Syria à Saladino Turca fuiſſe profligata, ipſamque ſanctam ciuitatem vna cum rege & Chriſti cruce exportatam, tréſque tantùm vrbes ſupereſſe, Tyrum, Tripolim, & Antiochiam, & caſtella pauca in fide perſtare. Rex Phillippus Gallorum Auguſtus, tot malis condolens, cum Henrico rege Anglorum mentem & animum contulit, & Chriſtianis profectionem & auxilium pollicitus, multíſque vnà ſe cruce ſignarunt. Et cùm ad tantam expeditionem pecunia deeſſet, conuocatis Lutetiæ Pariſiorum pontificibus, & regni proceribus, rex petiit anno Domini 1188. annuam decimam Eccleſiaſticorū prouentuum concedi, quæ poſteà Saladini decima dicta eſt [e]. Tunc etiam Clemens 3. Pontif. Maximus, Poloniæ totius Epiſcopis & Sacerdotibus miſſo ad id legato, decimam imperauit [f]. Sicut & Clemens poſtea 4. Germaniæ & Galliæ ad liberandam terram ſanctam: cui tamen ſe obiecit & interceſſit non ſoluendam Ioannes Semeca iuris Theutonici doctor, præpoſitus Halberſtatenſis, qui primus decretum gloſſauit, ideò à ſummo Pontifice excommunicatus, & à præpoſitura deiectus [g]. Sicut & tempore Innocentij 8. impoſitis iſtis decimis in fauorem regis anno Domini 1491. 13. Septemb. Gulielmus Capel rector vniuerſitatis Pariſiēſis, necnon ſacræ Theologiæ & Decretorum & medicinæ facultatum decani, appellarunt ab indictione decimarum beneficiorum facta ab Innocentio, ad ipſum Innocentium bene conſultum, vel ad concilium proximum generale. Sicuti etiam cùm Ludouicus rex Poloniæ filius Elizabethæ, poſt annum Domini 1376. execurſionibus Lituanorum in Poloniam commotus expeditionem in eos pararet, datis Domarato ex Vngaria reuertenti mandatis ad Epiſcopos & vniuerſum Eccleſiaſticum ordinem totius Poloniæ, ſubſidium ab eis & eorum agricolis ad pium bellum contra Barbaros hoſtes petiiſſet, ei denegatum eſt: veritis Epiſcopis, ne munificentia illa ſua in morem, & mox inde
in legem abiret [h]. Scribit Beatus Rhenanus [i], 4
poſt ſubactos Germanos à Clodoueo, Pipino, & Carolo Magno, nobiles, res Eccleſiarum pro beneficijs, id eſt, feudis, ex liberalitate regia poſſediſſe, etiam dominicas decimas, quæ ad ſacella regia pertinebant, diuerſas à parochianis: ſed aduerſus hunc abuſum non deſtitiſſe clamare Epiſcopos. Notant hiſtoriæ certioris auctores, Ca- 5
rolum Pulchrum, regem Galliarum Ioanni 23. Pontif. Max. decimas de Sacerdotibus Franciſcis, ſacri in Ludouicum Barbarum Belli nomine, primùm denegaſſe: pactione deinde expugnatum conceſſiſſe, vt in partem ipſe veniret [k]. Petrus 6
Luna Benedictus 13. dictus, in locum Clementis 7. in ſciſmate pontifex, vt Carolum 6. regem Galliarum in illum motum placaret, regi ius decimæ de Sacerdotibus cogendæ in annum dedit [l]. Impoſuit & vniuerſis Italiæ & aliorum 7
locorum Eccleſijs decimas Bonifacius 8. pro negotijs, & bello regni Siciliæ contra hoſtes [m]. Anceps certè eſt apud pios controuerſia, num iſtæ decimæ iuſtè à Sacerdotijs & Eccleſijs exigātur. Mouet alicuius meritò ſtomachum infœlix re- 8
rum ſucceſſus, qui contra ſpem Eccleſiaſticarū perſonarum ſequitur: dúmque vident aliquando eos, qui ex iſtis decimis ſtipendia capiunt, hoſtes Eccleſiæ fieri. At ſoluit Eccleſiaſticarum perſonarum marſupia pia cauſa, cuius prætextu fit exactio, videlicet expulſio hæreticorum, & defenſio fidei: nec bonis parcunt rerum earum cauſa ob quas nec non tantùm bona omnia, omnes cuiuſcunque generis, ſed etiam vitam ipſam conferre debemus, vt nos, & pios de manu impiorum redimamus. Animæ quippè hominum, ſunt omnibus vaſis & cauſis & veſtimentis, & rebus alijs Eccleſiaſticis pretioſiores: & proinde illis indulgendum tunc non eſt, & licitè alienari pro his poſſunt [n]. Caueant itaque qui exigunt, ne abutantur exactis, néve in vſus alios conuertant: non enim perſonis Eccleſiaſticis ſolùm iniuriam irrogant, ſed Deo & pauperibus, quorum patrimonium obliguriunt. Deus autem non fallitur: metuenda eſt execratio inſuper ſacri prophetæ Dauidis, dum ait Pſalmo 82. *Pone Principes eorum ſicut Oreb & Zeb, & Zebee & Salmana: Omnes principes eorum, qui dixerunt, hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei, Deus meus pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti, &c.* Sed & priuilegium exigendarum decimarum Eccleſiaſticarum conceſſum intelligitur, dummodo enormiter non lædantur Eccleſiæ [o], vt aliquando accidit in Gallia: & nunc potiſſimùm dum Eccleſiaſticæ perſonæ fructibus ſacerdotiorum ab hæreticis ſpoliantur, & nihilominus ab exactoribus iſtis decimarum, ad eas ſoluendas miſerè & barbarè adiguntur, contra conſtitutionem Bonifacij, qui ſtatuit ſolui decimas à ſacerdotia poſſidentibus pro rata pretij, quod à venditione vel locatione fructuum acceperunt [p]: ſubductis etiam ſumptibus, qui in colligendis & excolendis fructibus impenduntur, in hac ſingulariter decima [q]. Cui tamen ſanctioni harpyæ quotidianæ obſiſtunt. Quo tempore ceſſare potius debeat tunc priuilegium, quod oneroſum & durum nimis ſit [r]. Et quando alteri ſubueniri non poteſt ſine alterius læſione, iuſtius eſt alterum non iuuare, quàm alium lædere [s]. Nam hoc natura introductum, ne quis cum alterius iniuria locuplete-

tur.

a l. 2. de infir. mand. pœnis celebrat. li. 8. C. tit. 58.

b in regijs ordinati. conſti. de la cour du petit ſeau de Mōpelier art. 5. & ſeq. Rebuff. tracta. de decimis, q. 3. nu. 21. & 22.

c Ariſto. lib. 3. Oeconomicorum.

d c. fi. de decimis, in 6.

e Gaguinus, li. 6 in Philippo Auguſto. Iacob. Meyerus li. 6. hiſto. Flandriæ, Refert hanc licentiam deci marum, ad 6. annū conceſſam Philippo Pulchro à Nicolao 4. Pont. Maxi. Paul. Aemil. li. 8. in Philippo Pulchro.

f Mart. Chromerus li. 6. de reb. Polonicis.

g in Paralippomenis Abbatis Veſpergenſis.

h Mart. Chromerus lib. 14. de rebus geſt. Polon.

i Beatus Rhenanus li. 2. rer. Germanicar.

k Paul. Aemil. li. 8. in Carolo Pulchro.

l Paul. Aemil. lib. 10. in Carolo 6. Gaguinus lib. 9.

m Extraua. 1. de decimis. in Extraua. communibus.

n l. ſancimus. l. 17. de ſacroſ. Eccleſ. C. c. aurum. 12. q. 2.

o c. fi. de voto ap. Greg.

p in c. 1. §. declaramus, autem, de deci. in Extrauag. communib.

q d. clem. 1. §. in ſoluendo.

r ca. ſuggeſtū, de decimis. c. qui per nouale, de ver. ſig.

s ca. denique. 14. q. 5. canon. primum. 22. q. 2.



tur [a]. Quocirca & Clemens 5. Pont. Max. in cōcilio Viennēſi modū exigendi has decimas ſtatuit, vt ſecundum taxationem communem & conſuetam beneficiorum in locis vbi ſunt, exigantur in pecunia ſeu moneta vſitata in eo loco, nō in fructibus [b]: néve exactores decimarum, pignoris, vel diſtractionis gratia capiant libros, calices, & alia ornamenta eccleſiis deputata [c]. Notat interpres [d], & in declarationibus concilij contineri, ne qui non ſoluunt decimas, per ſecularem cogantur poteſtatem: niſi non ſoluentis tanta eſſet rebellio vt opus fuerit illius auxilium implorare, ob
10 eccleſiaſticæ cenſuræ contemptum. Declarauit Bonifacius 8. quæ beneficia immunia ſunt à decimis iſtis, propria conſtitutione [e]: Atque eximit ab illis, fructus leproſariarum & hoſpitalium, quibus paſcuntur infirmi & pauperes: Monialium, & aliorum regularium fructus, vitæ illorum deputatos. Seculares & clericos, quorum annui fructus non excedunt ſummam 7. florenorum: Item xenia prælatis & aliis perſonis eccleſiaſticis facta. Excipit quoque à decima hac eos qui penſiones accipiunt à beneficiis pro iuſta mercede, ſeu pro remuneratione obſequij præſtiti vel præſtandi, atque pro illis eaſdem præſtare debere tradit, qui pēſiones dant [f]. Item & ea immunia ſunt, quæ pro viſitatione ſeu procuratione in victualibus præſtantur prælatis, pro quibus & ſoluit qui dat, non qui accipit. Item cautum ne ſoluantur de oblationibus & eleemoſynis quæ fiunt in opus fabricæ eccleſiaſticæ [g], nec de reditibus confratriarum [h], nec de ſimilibus [i]. Rex quoque noſter ſanciuit 23. Aprilis 1548. Senatores magni concilij clericos, eximi ratione beneficiorum à contributione harum decimarum, niſi abbatias vel epiſcopatus poſſiderent. Solui autem ab aliis debēt,
11 etiam de fructibus, ex quibus fiunt quotidianæ diſtributiones [k]. Porrò, inuenio vſum harum de-
12 cimarum aliquando inter regum gentilium fraudes & techlnas: veluti cùm Chabrias Athenienſis Taoni Aegyptiorum regi bellum gerenti, & pecuniis indigenti conſuluit, vt aliquis diceret ſacerdotibus oportere tum ex ſacris nonnulla, tum etiam ſacerdotum multitudinem ſacris initiatorum, ſubmoueri propter impēſam: quod audientes ſacerdotes, cùm vellent omnes penes ſe quiſque ſacrū manere, pecunias tam cōmunes quàm priuatas adferebant: verùm is, vbi ab omnibus accepit, tum iuſſit illis imperari decimam dumtaxat partem eius, quod antehac ſoliti eſſent, tam in ſeipſum, quàm in ſacrum impendere: reliquas verò nouem partes, ſibi ipſis fœnerarentur, donec quod aduerſus regem Perſarum gerebatur bellum finem acciperet [l].

## De annatis. Cap. 21.

1 *Decimæ quædam datæ à miniſtris eccleſiæ ſummis ſacerdotibus ex decimis Eccleſiaſticis.*

1 ALiæ ſunt decimæ, quæ à miniſtrorum ſeu Leuitarum portionibus, ſeu ex eorum decimis dabantur ſacerdotibus [m], ſeu ſummo ſacerdoti. Sic enim ſcriptum eſt præceptum Dei, *filiis Leui dedi omnes decimas Iſraëlis* [n], *in poſſeſſionem pro miniſterio, quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis.* Et paulò poſt, *præcipe Leuitis atque denuncia: cùm acceperitis à filiis Iſrael decimas, quas dedi vobis, & primitias eorum, afferte domino, id eſt, decimam partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum, tam de areis, quàm de torcularibus: & de vniuerſis: quorum accipitis primitias afferte domino, & date ea Aaroni ſacerdoti.*

## De decimis parœchis debitis, & earum inſtitutione. Cap. 22.

1 *Decimæ quid.*
2 *De inſtitutione decimæ huius.*
3 *Præſtatione decimæ, bona & opes creſcere, & non præſtationis, mala.*
4 *Quis, & quomodo inter Chriſtianos decimas diſtribuerit ſacerdotibus.*
5 *Decimas etiam ſuorum deorum ſacerdotibus ſoluiſſe gentiles exemplis docetur.*
6 *Vuicleſfii damnata ſententia de decimis adimentis prælatis ob illorum vitia.*
7 *De decimis ſoluendis lege Francicæ.*

DEcimę alię, quę à Chriſtianis pręben- 1
tur, communi iure, ſunt omnium bonorum legitimè quæſitorū quota pars Deo diuina conſtitutione debita, ſecundum Cardinalem [o]. Quæ finitio ſequentibus abundè explicatur. Primùm etenim inſtitutio decimarum, quæ præbentur viris cultui diuino Deíque miniſterio aſſiduis, noua non eſt: ſed ab omni tempore Sub lege naturæ namque ſolutæ à piis 2
viris ſunt: vt Abraham ſacerdoti Dei altiſſimi Melchiſedecho, ex manubiis omnibus hoſtium deuictorum dediſſe fertur [p]. Dixitque Iacob ad Deum, *cunctorum quæ dederis mihi, decimas offeram tibi* [q]. In lege Moſis: *primitias & decimas tuas,* inquit Deus, *non tardabis offerre* [r]. Et rurſum, *omnes decimæ terræ, ſiue de pomis arborum, ſiue de frugibus, domini ſunt, & illi ſanctificantur* [s]. *Omnium decimarum bouis, & ouis, & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt quicquid decimum venerit, ſanctificabitur domino: Non eligitur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur: ſi quis mutauerit, & quod mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt ſanctificabitur domino.* Hanc portionem ſibi Deus retinuit ex rebus, nō quod illis egeat, quia omnia illius ſunt, & nullius indiguus eſt, & ipſe hoc ratione ait [t]: *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos, quoniam meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, iumenta, in montibus & boues, cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecum eſt &c.* Verùm in ſignum dominij ſuperioris voluit ſibi ſolui, nō ad præmium, ſed ad honorem [v], quo lætatur Deus veluti autor & largitor bonorum fideli obſequio declarattus. Accedit ideò piè deci- 3
mas largientibus bonorum incrementum [x]: vt contrà, ſubtrahentibus, veluti ingratis & perfidis diſpenſatoribus, qui talem eum profiteri nolint, & quæ habent adimit, & quod nō datur Chriſto capit fiſcus [y]. Et Rabini Hebræorum dicunt [z], מעשרות סיג לעשר, magneſcrot ſeiag lagnoſcer, id eſt, decimas eſſe ſepem diuitiis, ne videlicet defluant. Et rurſum, tradunt ſeptem genera pœnarum venire in mundum propter ſeptem potiſſimas præuaricationes: cùm ſcilicet quidam decimas pendunt, quidam non pendunt. Et tum ingruit fames ob prohibitam pluuiam: cùm

a l. nam hoc natura de cōdict. indebiti, l. iura naturæ, de reg. iu. in 6.

b clem. 1. §. eſt autem, de decim. in Extra. communib.

c clemē. 2. de decim, in Cle.

d glo fin. in d. clem. 2. de decimis.

e in c. 1. de decim. in Extrau. commu. lic. 3.

f d. extrau. 1. §. de piſcib. ſtagnorum, de decim. ver. ſi autem perſonis.

g d. Extrau. 1. §. de eleemoſynis.

h d. clem. 1. §. ſimiliter.

i vide gl. in c. §. in verbo, ſi beneficiorū p. dē decim. a P. Clement.

k ex clem. 1. §. & quia nō occurrit, de decim. in Extrau. communib.

l Ariſtot. li. 2. Oeconomico.

m D. Hieron. ſup. Ezechiel. in c. 1. de decimis.

n Numer. c. 8.

o Cardinalis, conſil. 26.

p Gene. 14. ad Hebræos. 7.

q Geneſ. 28.

r Exodi, 22.

s Leuit. 27.

t Pſal. 49.

v ca. decimæ, 16. q. 1. c. tua, in 2. de deci.

x Malachiæ, 3. c.

y ca. maiores. 16. q. 7. d. c. decimæ, 16. q. 1.

z in Pirke abot, ſeu in capitulis patrū, c. 3.

verò alij eſuriunt,alij ſaturi ſunt,efficiétes vt non reddantur decimæ, tum certè fames, quæ ex tumultu ſeu ſeditione, & quæ ex prohibita pluuia venit &c. [a] Perſuaſum & Ethnicis ex decimis oblatis Deo, quem tamen verum non colebant, augeri opes. Sicut narrant Herculem priſcum in Euandri ara decimas ſoluiſſe, & in foro boario, illi aræ proximo, etiam ex voto poſteritatem feciſſe decimam,atque receptam opinionem, vt qui vellet diues fieri, ſolueret decimas Herculi. Et hinc M. Luculli factas opes [b]. Macrobius [c] quoque teſtimonio M. Terentij Varronis in ea ſatyra, quæ inſcribitur περὶ κεραυνῦ, maiores ait ſolitos decimam Herculi vouere, nec decem dies intermittere, quin pollucerent populum ad ἀσύμβολον, & cum corona laurea dimitterent cubituum. Et Sylla ex vniuerſis fortunis decimam Herculi ſacrificauit [d]. Vocat Plautus in Trinumo hãc decimam,partem Herculaneam. *Mihi detraxi*, inquit,*partem Herculaneam.* Et ipſe quoque meminit ex voto & Herculi decimam dari in ſticho.

*Vt decimam partem ex voto Herculi polluceam.*

Ex quibus mihi etiam conſtare videatur,decimã partem,non quidem ex lege gentilium à quibuſcunque aliquando & alicubi debitam: ſed ex voto,quod inducebat obligationem,vt ait Vlpian. [e] Sicut & ante legem ſcriptam,à Moſe traditam, nulla alia videbatur decimarum exactio coacta, quam ex voto,vt liquet ex c.14.& 28. Geneſeos, ſacerdotibus tamẽ datas,& apud gẽtiles aliquos, ex more & quadam lege.poterit nihilominus ſuſtineri & conſtare ex Plinio [i], vt mox dicemus. Has decimas Deus iure proprio dedit Leuitis,& illis qui ſuo cultui potiſſimùm deſeruirent [f]. Et
4 proinde illis ſolis non laicis, debitæ [g]. Tranſlato ſacerdotio in fidem Chriſtianam,quando licuit per pacatas perſecutiones tyrannorum aucto numero credentium,Romæ Euariſtus Ponti. Max. primùm [h] conſtituit curiones,& per loca diſtribuit,qui præberent ſibi commiſſis ſacramenta,& eos ab illis nutriri ſtatuit,vnde parochi dicti ſunt à mutua præbitione alimentorum & ſacramẽtorum, ἀπὸ τῦ παρέχειν, à præbendo.Deinceps Dionyſ.266.idẽ facere per vniuerſum orbem tentanit,diſtribuitque loca, aſſignatis perſonis eccleſiaſticis pro reditibus,decimis prædiorum, quæ intra limites locorum diſtinctorum continebantur [i].
5 Gentiles quoque in more poſitum habebant,ſuis ſacerdotibus decimas, vt Dei miniſtris, offerre.Sícque ſcribit Plinius [k],ex thure quod ex Arabia Sabotham deferretur,decimas cuidã apud illos fictitio Deo,quem vocabant Sabin,nõ pondere,ſed mẽſura ſacerdotes capere ſolitos. Et iterum [l],ex Cynamono apud Aegyptios, eis diuidi decimas tradit.Memorat Herodotus [m],Cyrum ad portas ciuitatis Lydorum quam diripiebant milites,ex ſuis ſatellitibus cuſtodes poſuiſſe, qui vetarent exportari opes, vt earum decimæ Ioui neceſſariò redderentur.Proinde nec iuſta poſſidentium bona,querela eſt,qui dum ſibi iudicium gehennæ præparant,decimas retinent, vel non patiuntur dari curionibus aut alijs eccleſiaſticis perſonis,quòd illæ non probè,vt illis videtur,viuant, quódve prauis vſibus profundant, & auarè petãt, quódque aliquando diuites ſint. Nam Deo non curionibus propriè debentur, etſi mali ij ſint, & Dei nomine, [n] ad præbentiũ potius, quàm recipientium vtilitatem ſoluuntur. Quod ſi curiones abutantur iudicium illis erit. [o]: at ſi non dentur,
6 cõdemnatio diuina imminet.Et meritò condemnata ſententia erronea & hæretica cum aliis Vuiclefui in concilio Conſtantienſi,qua tuebatur decimas puras eſſe eleemoſynas,& propter peccata prælatorum [p], poſſe illis adimi. In lege Francica 7
ſtatutum, *vt nouas & decimas non ſolùm plebeij,ſed etiam vaſſi,principes,& comites, ſoluant eccleſiis: & ſi contumaces ſunt, inſuper & bannum regis ſoluant: & ſi ſæpius iterando negent, beneficium amittant.* Et rurſum [q], *vt plebani à presbyteris eccleſiarum ter moueantur de ſoluendis decimis:quod ſi contempſerint, ab ingreſſu eccleſiæ prohibeantur: & ſi hoc non emendauerint, à miniſtris reipublicæ diſtricti ſinguli per caput, ſex ſolidos componant, & inſuper decimam dare cogantur. Et ſi iterum contemptores ſint, tunc per publicam authoritatem domus vel caſæ eorum hiuſentur* (puto interdicatur) *quoſque pro ipſa decima, ſicut ſuprà dictum eſt, ſatisfaciant. Quod ſi denuò rebelles vel contradictores eſſe voluerint, & ſupra ipſum hiuſam propria authoritate intrare præſumpſerint,tunc à miniſtris reipub. in cuſtodiam mittantur, vſque dum componant,&c.*

a in Pirke abot.ca.5.
b Plutarch.in proble.17. Põpo.Lætus. lib. de ſacerdotiis, dum agit de Pinariis & Potitiis.
c Macrob. li. 3.Saturn. c.12.
d Plutarc. In fine vitæ Syllæ.
e Vlp.in l.2.§. fi. de pollicit. li. 50. P. tit.12.
f Numero c. 18.c. cauſa car penſis, de ver. ſign.
g ca.prohibemus,& c.quãnis,de decim. can. 1.16. q.1.
h Platina in Euariſto. Meminit & Cypria. li.1. epiſt. epiſt.9.
i c. 1. & c.eccleſias, 13. q.1. c.1.90. diſt. c. epiſcopi, 80. diſt.c.paſtoralis, de iis quæ fiunt à prælato ſine conſ. capit. Polydo, Virgil. lib.4.c. 9. de inuẽtor. rer.
K Plinius lib. 12.c. 14.
l Plinius, lib. 12.c.19.
m Herod.li.1.
n ca.quid dicam, 14. q. 1.c. forte. 14. q.5.
o ca.clericos, & ſeq.1.q. 2.c. illi,can. fin.12. q.1.
p lib.4.legum francicarũ ca. 17.
q d.lib.4.leg. Francic. c.39.

## De quibus decimæ eccleſiaſticæ debitæ à parœchis, & de diſtinctione earum. Cap. 23.

1 *Diuiſio decimarum in prædiales, perſonales, & mixtas:& quæ perſonales.*
3 *Prædiales quæ,& ex quibus debentur.*
3 *Mixtæ quæ,& ex quibus.*
4 *Generaliter de quibus pendendæ decimæ.*

GEneris decimarum eccleſiaſticarũ quæ 1
præſtantur perſonis, eccleſiæ miniſteriis, & cultui diuino inſeruientibus, tres ſunt ſpecies generales, nempe perſonales, prædiales, & mixtæ. Perſonales ſunt,quæ ſoluuntur ex fructibus ſeu ex rebus,vel lucro induſtria perſonæ quæſitis: veluti de aduenientibus ex officio,artificio, negotiatione, ſcientia,& ſimilibus,quæ præbentur ſeu ſoluuntur ei eccleſiæ,in qua quis eccleſiaſtica percipit ſacramenta, licet aliunde lucrum contigerit [r]. *Offeretis*,inquit Dominus, *primitias & decimas manuum veſtrarum* [s], *& de omnibus quæſitis* [t]. Prædiales ſunt, 2
quæ ex fructibus debentur,vt vini, frumenti,& aliorum frugum decimæ [v]. Mixtæ quæ debentur 3
habita ratione eorũ,quæ ex prædiis partim proueniunt,partim ex induſtria perſonarum: quales decimæ debitæ ex animalibus in eo loco vbi viuunt, ex quo alimenta percipiunt & à perſonis cuſtodiunt, vel paſcuntur [y]. In ſumma decimæ Deo pendendæ ſunt,vel eius miniſtris ſacerdotibus [y], omnium rerum quas licitè quis poteſt acquirere [z]. De prouentu ex molendino etiã vento molente [a],& altarius generis,de piſcatione, fœno,lana [b],de omni fructu,& de apibus [c],de venatione,de militia [d]. De nouis viuariis autem, num debeantur hodie decimæ, Papus placita ſenatus contraria notat [e], ob conſtitutionem Philippi Auguſti regis Galliraum, quæ prohibet omnem inſolitam decimarum in Gallia exactionem.Porrò ex turpi & impio quæſtu decimas perſonales eccleſia reſpuere debet,vt ex arte meretricia [f],& ab vſuris, ne videatur author mali Deus, cui decima offerenda eſt, quem eius quod acquirimus authorem profitemur: & cui dicimus: *quæ de manu*

r c.ad apoſtolicæ, cap.20.§. noueris,c.paſtoralis, ca.28. de decim. li.3. Decretal.titu. 29.
s Deuter.c.12.
t ca.ex tranſmiſſa, de deci.
v c.1.c.ad apoſtolicæ,c. peruenit,de decimis.
x d.ca.ad apoſtolicæ,& cap. paſtoralis, ca. cõmiſſum, de decim.
y ca. reuertimini,& c.quicunq;, 16.q.1. can. quadrageſima, de cõſecra. diſt.5.c. non eſt in poteſtate, de decimis.
z ca.ex tranſmiſſa,ca.23. de decimis.
a d.c. ex trãſmiſſa, & ca.5. eod.
b ca.peruenit ad nos, eod.
c c.nũcios, c. 6.eod.tit.c. ex parte,21. eod.
d decimas,16. qu. 1. & cano. quicunque, 6. q.7.
e li.1.Rapſod. areſto. titu.12. areſto.5.
f Deutero.c. 23. ibi, Non offeres mercedem,&c. cap. oblationes,90. diſt.



*de manu tua ſuſcepimus, hæc reddimus tibi: omne enim bonũ optimum deſcendens à patre luminum* *. Item ne delinquendi occaſio detur offerentibus, aut approbare delictum videatur [a]. Si tamen decimæ ſint prædiales, rectè à peccatoribus & ab inuaſoribus accipiũtur:quia agri benedictionem potius,quàm perſonæ referunt, & veluti cenſum exhibent [b]. Statuit & Synodus Tridentina [c], decimas in poſterum ſub excommunicationis pœna integrè perſoluendas.Exprobrat autem auaritiam Phariſæorum Deus, ſed non decimationem ſingulorum,dum ait [d], *væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ,qui decimatis mentam, anethum, & cyminum, & reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis, iudicium & miſericordiam, & fidem: oportuit hæc facere, & illa non omittere.*

* Iacob.1.
a cano.miror, 7.q.4. ante c. ſi tantùm, 56. q.2.c.oblationes,90. diſt.
b ca.de terris. de decim.
c In vltima ſeſsione de reformat. generali,c.12.
d D.Matthæi, c.23.

## De perſonis, à quibus ſoluendæ decimæ. Cap. 24.

1 *Perſonæ omnes ſine exceptione debent decimas ſoluere.*
2 *Quomodo cogantur decimas ſoluere denegantes.*
3 *Colligendi fructus non ſunt, niſi prius moneatur Curio,vt interſit.*
4 *vel mittat ad decimas colligendas.*
5 *Compenſatio non obiicitur à debente decimas futuras.*
6 *Ex quibus ſoluant decimas abbates & monachi: & Iudæi,leproſi,Eccleſiæ.*
7 *Non ſoluunt decimas ex priuilegio Ciſtercienſes monachi,Templarij,& alij quidam.*
8 *Priuilegium non ſoluendi decimas à quo concedatur.*
9 *Priuilegium non ſoluendi amittitur, ſolutione vna.*
10 *Priuilegiati non ſoluendi decimas, alia contribuunt eccleſiis,& quando.*

1 QVia ex inſtitutione Dei diximus eſſe decimas [e], & ab omnibus eſſe ſoluendas, non difficile eſt ſtatuere, vt tanquam debitum exigi poſſint [f], vel rei vendicatione per eccleſiam, tanquam earum dominam [g], vel conditione ex canone, vnde oritur actio perſonalis aduerſus debentem ſoluere, vt ait Panormit [h]. A laicis itaque dandæ ſine fraude, & ab epiſcopis, & miniſtris eccleſiæ diſcretè diſtribuendæ [i]. Neque propter ſacerdotes malos,vt plerique falsò perſuadent decimæ negandæ, cùm earum inſtitutio præcipua & prima fuerit, non propter perſonas ſacerdotum tantùm,ſed ob Dei præcipuè honorem,& præbentium vtilitatem, vt ſuprà diximus:& ita eccleſię potiſſimùm nec miniſtrorum perſonis, ſed officio eorum debitæ [k].
2 Sunt quippè decimæ vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperũ [l], tributa egẽtium animarum [m]: & filius Belial, qui hoc prætextu excutere iugum diuinæ ſubiectionis nititur, atque ſacrilegus æternæ damnationis in ſe ſententiam prouocãs [n]. Quare poſt admonitionem ſoluendi eſt excommunicandus [o]. Et ſi clericus aut religioſus poſt duos menſes non ſoluat, vel ſolui prohibeat, vel vſurpet, ab omni adminiſtratione quam habet, officiis, & beneficiis ſuſpendendus, ex concilio Viennenſi [p]. Mandatúrque iis qui verbum Dei prædicant, hortari populum non diſſuadere ſolutionẽ decimarum [q]. Quod ſi quis adeò ſit contumax,vt ſententiam excommunicationis contemnat, retineátque nihilominus decimas: poteſt aduerſus eum iudicis ſecularis poteſtas implorari,& ita ſoluere cogitur [r]. Tradit 3
Speculator [s],eum cui debetur decima poſſe interdicere domino fundi, ne fructus colligat vel exportet,niſi aut ſe vel ſuo procuratore ſeu nuncio præſente,ſi ſe timeat decima defraudandum iri.Et ita iudicatum in ſenatu Tholoſano teſtatur Aufrerius [t]. Extant hac de re duæ regiæ conſtitutiones edictales Franciſci primi: prior, anni 1545.prima Martij ſtatuit, ne fructus ex prædiis transferantur vel colligantur à dominis prædiorum, in quibus excreuerunt, priuſquam decimæ & primitiæ ſolutæ fuerint, ſecundum antiquam conſuetudinem. Atque eo tempore certiores fieri debere Epiſcopos curiones, vel eorum procuratores aut redemptores,alióſque ius decimarum habentes, videlicet ante tranſlationem fructuum conſtituta pœna aduerſus contumaces confiſcationis fructuum, deductis primitijs & decimis: rato tamen manente pacto,& ſine præiudicio legitimæ conuentionis vel tranſactionis inter ſoluentes & recipientes factæ,ſi qua ſit. Altera conſtitutio edicta fuit 9.Iunij.1547.qua prædiorum dominis inhibetur metere ea, quæ decimis obnoxia ſunt priuſquam in ſuggeſtu eccleſiæ populo inibi conueniente prædicta dies metendi fuerit: vt qui ius decimandi haberet, inde certior fieret & adeſſet, aut alium ſuo nomine mitteret, indicta pœna aliter facientibus damni & eius quod intereſſet ſecundum quam & iudicatum [v]. Sic iure ciuili Roma, quãdo quarta pars bonorum curialium decedentium ſine filiis, curialibus erat danda diuiſio fiebat ſub aſpectu curialium [x]. Et certè qui partem habet fructuum aut decimas,condominus videtur eſſe,& partiarius:itaque vocandus, quum omnia præſentibus illis quorum intereſt fieri debeant [y]. Et in re com 4
muni, potior eſt cauſa prohibentis [z]. Statuit concilium Lateranenſe, laicos decimas retinentes,nec clericis reddentes priuandos eccleſiaſtica ſepultura [a]. Nec in dubium venit puniri debere hos pœnis iiſdem,quibus plectũtur qui tributa interuertunt & denegant, quæ plures ſunt [b]. Sunt quippe & decimæ, tributa egenorum [c], Deo præſtita. Et proinde quemadmodum quis 5
tributa non poteſt eludere obiecta campenſatione debiti [d]: ſic in futuris ſoluendis decimis, compenſatio non admittitur [e],quamuis in præteritis recipi poſſit [f]. Ergo qui prædia poſſident, quæ ſunt in alterius parœchia conſtituta, decimas ſoluent prædiales,ſiue eccleſiaſticæ, ſiue alterius notæ perſonæ ſint [g], præteritas & futuras [h]: quemadmodum nec ſine cenſu, & reliquiis fundus comparari poteſt [i]. Soluuntur de rebus ab 6
batiæ [k]: item ſoluunt monachi, de rebus nuper cultis, ex quibus anteà decimæ ſoluebantur [l]. Et Iudæi quoque de prædiis poſſeſſis, vel ſoluere eas debent, vel prædia dimittere [m]. Et leproſi, exceptis hortis eorum & animalibus, ſi communiter viuant [n]. Soluunt & eccleſiæ decimas de prædiis illis, quæ in dotem aſſignantur, niſi ea modica ſint [n]. Et ita decimarum ſolutio ſequitur rem,& eius detentorem [p].
Excipiuntur autem aliqui, quibus priuilegium 7
indultum eſt de non ſoluendis decimis, quales ſunt monachi Ciſtercienſis ordinis, Templarij, & hoſpitalarij, qui non ſoluunt decimas laborum ſuorum, nec eorum quæ colunt propriis

e c.reuertimini, c. decimæ, 16.q.1.ca. omnes, decimæ, 16.q.6.
f c. parochianos,c.5.de decimis,cap. tua nobis, ca.grauem,eod. cap. decimæ, & ca. ſtatuimus, 16. qu.1. cano qui oblationes, 12 q.2.
g c. moderamine, & ibi gl. in verbo. vendicant, 16. q.1.
h Panor. in c. tua, in 2. col. pen. de decim.
i ca. propter hoc, 32. diſti. cano. nullus, 16.q.7.
k can. ſi epiſcopum, 16.q.6
l can. quia, 16. q.1.
m ca. decimæ, ead.16.q.1.
n ca. 1. 16. q.7. Et maledictio Malachiæ, 3. Guid. Papæ. deciſ. 166.
o c.omnes decimæ,16.q.7.c. peruenit, 5. de decimis.
p clemẽ.1. de decim.in Clement.
q c. .de decimis.in 6.
r c. poſtulaſti, c.21.de homicid.ap.Grego. lib.5.tit.12.
s Speculat. in titu de decim circa finem,& ibi interpres Scholiaſtes.
t Aufretius,in additio.ad deciſion. capel. Tholoſ.119.
v Pap. libr. 1. rapſod areſto. tit.12.areſto 9. x l 2. quando & quib. quart. pars debeat. lit.10.D.
y leg. de vno quoque de re iudica. in P.
z l. Sabinus, c mmu. diui. in P.
a c. prohibemus,c. 9. de decimis
b c.ſi tributũ, 11. q 1.
c ca.decimæ, 16 q 1. c. tua, in 2. de decim.
d l 3.C.de cõpenſatio.
e gl.1.in can. decime 16.q. 1 Lud. Rom. ſingul.254. an ſit loc, & 545, an ſacerdoti.
f c.veniẽs, in fine de tranſ. doctores,in c. tua,2.de decimis arg. l de alimentis. C. de tranſact. l. cũ ij, eod.tit. in P.
g d c tua.2.de decim.
h c.veniẽs,in fine,de tranſa.
i rubric. ſine cenſu & reliq. &c.
k c. ſuggeſtũ. c.9.de decim.
l c.commiſſũ. c.4.de decim. c.fin.§.penul. eod.in 9.
m c.de terris. c.16.de decim.
n c.2.de eccl. ædific.
o text.cũ gl. in c.1.de cenſib.inc.nuper. de decim.
p Ioan. Conſtanti.in conſtitutio.regias Franc 1.de litib.breuit. de cid.in ar 180 tit ſine cenſu & relic.fund. comp.&c.

priis manibus,vel propriis ſumptibus: de quæſitis,inquam,ante concilium generale,etiam ſi noualia ſint [a],de poſteà quæſitis tamē ſoluunt [b].Alij verò religioſi non ſoluunt de hortis & nutrimentis animalium,& de noualib. quæ propriis excolunt manibus [c]. Quod ſi non colāt manibus ſuis, exemptio ad noualia non pertinet [d]. Fratres minoritæ & prædicatorij ordinis,de hortorum fructibus etiam decimas non ſoluunt [e].At non extenditur priuilegiū, ſi aliis colenda prædia dent [f]. Sicuti nec immunes à præſtatione decimarum, priuilegio vti poſſunt, ſi aliena prædia colenda ſuſcipiant [g], Exempti enim debent decimas ra-
8 tione rerum,niſi res quoque exēptæ ſint [h]. Conuenit autem concedi & priuilegium hoc ab alio, quàm à principe temporali ſeu laico [i],qui id concedere nequit, nempe à Papa ſolo [k]. Porrò alia capita eorum, qui decimas non præſtant & excipiuntur, vide apud Rebuffum tractatu de decim.
9 quæſtione 5. Quibus ſingulare illud addendum eſt, eos qui priuilegium habent non ſoluendi decimas,vel qui legitimè præſcripſerint, ſi eas ſoluerint, renunciaſſe priuilegio cenſeri [l], etiam ſemel ſoluendo [m],niſi cum proteſtatione ſoluiſſent
10 iuxta ſententiam Bartholi [n]. Obſerua tamen & exemptos à ſolutione decimarum,præbere gratis aliquas portiones eccleſiis parochialibus,ad onera illarum releuanda authoritate epiſcopali. Et hac ratione ita cogūtur Carthuſienſes & Ciſterſienſes,qui decimas reſeruant, congruam portionem curioni conſtituere ad iura epiſcopalia & alia onera ſubeunda [o].

a c.ex parte,c.10.de decimis,
b ca. pen. de decimis.
c d.c. ex par.
d ad audiētiā, c.12.eod.
e c.nimis praua,c.12.de exceſsi. prælato.
f cap.licet,de benignitate, c.11.eod
g c.dilecti, 8. de decim.
h c.2.§.diœceſani,& ſeq. de decim.in 6.
i c.tua,c.25.de decimis.apud. Greg. c. dudū, c.31.eod.tit.
k de hoc latè Rebuſſus trac. de decim. q.5. num. 28.29.31. & ſeq.
l c. accedentibus, & ca. ſi de terra, de priuileg.
m arg. c.cùm acceſsiſsēt, in fi.de conſti.
n Bart.in l.nō ſolum,§.morte, de operis nou. nunciat vide hoc tenētem in decim d. Rebuff. vbi ſuprà,q.13. num.113.
o cap.2.§.vbi autē, & §. religioſos,de decim.in 6.

## Quibus ſoluendæ decimæ. Cap. 25.

1 *Prædiales decimæ ſoluendæ curionibus locorum prædiorum,niſi repugnet conſuetudo.*
2 *Decimæ mixtæ,& animalium,quibus ſoluantur.*
3 *Ex tribus ab animalibus ſoluuntur decimæ, ex fœtu,lacte,& lana,& quibus.*
4 *Eccleſia contra eccleſiam ius decimandi præſcribit,non autem fines Eccleſiarum.*
5 *Quæ requiruntur in præſcriptione decimarum in Eccleſia.*
6 *Laicis præſtari eccleſiaſticæ decimæ non debent.*
7 *De decimis conceſſis laicis ante concilium Lateranenſe: Et qui ſunt qui poſſideant, in quos transferre poſſint.*
8 *Quando in feudum laicus poſſit decimas Eccleſiaſticas tenere.*
9 *In quot partes diuiderentur olim decimæ curionibus datæ.*
10 *Quare dabatur decimarum portio Epiſcopis.*

1 PRædiales decimę ſolui debēt curionibus, in quorū parœchia ſunt prædia, quæ fructus ferunt [p]. Sicut tributū ei ciuitati pēdi debet,vbi ſunt agri [q],niſi conſuetudo contraria eſſet,quæ ſequenda eſſet,ſi præſcripta [r]. Et ſi in nullius parœchia prædia dicantur, epiſcopalis erit prouidentiæ aſſignare cui voluerit,vel ſibi retinere [s]. Quòd ſi in vna eccleſia curio ſit præcipuus,quē vocamus priorem, & eius vicarius perpetuus,qui dictus rector:decimæ & noualia curioni præcipuo debentur, congrua tamē portione reſeruata vicario perpetuo [t]. Perſonales,baptiſmalibus eccleſiis debentur iure cō-

p c.quoniam à nobis, c.13. de decimis, c. cū contingat, ca.29.eod. ca. ſtatuim⁹,c. de decim. cap. ſi quis laicus,16. q.1.c.1. ca. eccleſias, 13.q.1. c.ſi.de paroch. cap. ex tranſmiſſa, de præſcript.
q l.forma cēſuali,§.ſi verò, de cenſib.
r cap.cùm ſint homines,c.18. de decim.c.ad apoſtolicæ, c. in aliquibus, eod.tit.
s d.c. quoniā à nobis.
t Vide Papum libr.1. rapſod. areſto.tit. 12. areſto.7. & 11.

muni,aut vbi quis percipit ſacramenta [v].Decimæ 2
mixtæ & animaliū debentur eccleſiæ,in cuius parœchia animalia morantur,& paſcuntur [x]. Quod ſi in vna parœchia hyeme,in alia æſtate morētur: vel paſcantur in vna,dormiant in alia, diuidentur inter illas decimæ [y].Notant Baldus,Albericus, & Paulus Caſtrēſis [z],& poſt eos Nicolaus Boërius [a]. Quod ſi ob bellum, animalia alicuius parœchiæ fugiant ad aliam,& ibi pariant,decima eſt ſoluenda vbi pepererunt. Tradit & Rebuffus [b], communiter ſeruari, potiſſimùm in patria Occitana Galliæ,decimam lactis dari illi parœchiæ, in cuius territorio mulgentur animalia: decimam caſeorum verò, parœchiæ, in qua caſei fiunt: decimas autem lanæ & fœtus illi curioni, in cuius parœchia naſcuntur. Ex tribus namque rebus 3
animalium penduntur decimæ, quia tria in fructu ſunt, fœtus, lac, lana, ſeu pilus [c]: ex lacte quoque & caſeus,& butyrum,vt ex lana pannus. Veruntamen ſi conſuetudo alia recepta ſit, illa ſequenda eſt:quia eccleſia cōtra eccleſiam poteſt decimandi ius præſcribere [d]:dummodo occaſio conſuetudinis decimandi non ſit ratione confuſionis vel proximitatis finium parœchiarum. Quia fines præſcribi non poſſunt, nec conſuetu- 4
do ſuper his tenet [e]. De præſcriptione doceri etiam debet: alioquin pro curione, vtpotè iure communi ſuffulto ſententia fertur [f]. Quinimo ſi alia eccleſia parœchialis vel monaſterium præſcripſit decimas per quadraginta annos in altera parœchia, vel ex priuilegio alias poſſidet, quàm ſuæ parœchiæ,& quædam alias non decimata decimanda ſint, decimæ illæ pertinent non ad præſcribentem, ſed ad parochum,quemadmodum etiam noualia [g]. Alioquin eget iſta oppoſita præ- 5
ſcriptio,non ſolùm tempore annorum 40. [h], ſed etiam titulo [i], & bona fide [k], vel tempore cuius initium memoria nō habeat,& præſumatur bona fides & titulus. De quo docere debet qui ſe dicit eſſe in poſſeſſione decimas percipiendi in aliena parœchia, aliter præſumitur veriſimiliter eas indebitè occupaſſe, cùm proueniant ex prædiis in aliena parœchia conſtitutis. Sitque manifeſtum de iure communi, niſi aliud oſtendatur,ad ſuam parœchiam pertinere, vt expreſsè decidit Bonifacius 8. pont. Max. [l]. Oſtenditur autem titulus, vel per priuilegium cōceſſum,vel per compoſitionem ſeu concordiam,ſeu trāſactionem factam inter eccleſias de decimis percipiendis, quæ permiſſa & firma eſt [m],ſi cum cauſæ cognitione fiat, & cum examine ſuperioris, num expediat eccleſiæ illa conuentio. Eſt enim ſpecies alienationis, & proinde ſolemnia quæ exiguntur in alienandis rebus eccleſiaſticis, requiruntur in decimis à parœchia transferendis [n], & decretum epiſcopi, vt notat Innocentius [o], id eſt, authoritas in inquiſitione vtilitatis vel incommoditatis eccleſiæ, ſine quibus,trāſactio facta ſucceſſori nō præiudicat [p], ſuper futuris decimis,quāuis eſſet efficax in præteritis [q]:potiſsimùm,cùm hodie beneficiarius habeatur quandiu viuit pro vſufructuario [r].Et cùm 6
decimæ beneficiis ſeu ſacerdotiis adhæreant, ſeu eccleſiis, quæ conferuntur perſonis ob diuinum exequendum officium,quo non præſtito,nec beneficij prouentus debentur [s],planum eſt decimas

v ca. de decimis, 6.quæſ. ca.quæſt. eod. c.1.13. q.1.c.ſi. de parœch.ca. ad apoſtolicæ, c.20.de decim. Diſputat hūc caſum de baptiſmali eccleſia, & quando plures ſunt, Rebuf.in trac. de decim.q.6. num.8.9.10.11. 12.13. & ſequ. vide & cap.ad audientiam,1. de eccleſ.ædifican.
x glo.in c.1.§. item quis vnquam. 15. q. . Matthæus de Afflict. in cōſtitut. Neapol. rubr. de decim.num.23.
y gl.in d.c. ad apoſtolicæ.
z in l. huiuſmodi,§. legati, de legat.1.
a Boër.in deciſio. 13.nu.54.
b Rebuf.trac. de decim. q.6. nu.27.& Boer. in §. 3. de cōſuet. prædior. in conſuetud. Bituri.
c l.in pecudū, de vſuris in P. §. in pecudū, de rer.diui.ap. Iuſtin.
d c.ad aures, ca.6. & ca.veniens, cap. de quarta, c.4.de præſcr. c. cùm cōtingat,c.29. & cap. cùm in tua.30.de dec.
e glo.& doct. in c.fin. de paroch.c.quicūque, & can.licet,16.q. 3. ca. ſuper, de paroch.
f c. .de præſc. in 6. cap.2.de reſt.ſpol.
g dictis. cc.cū contingat, & cùm in tua.
h d.c.ad aures de præſc.& c. quarta, authē. quaſactiones, C. de ſacroſ. eccleſ.
i c.veniēs, de præſcri. c.1.de præſcr.in 6.
k c.ſi diligēti, & c. vigilanti, de præſcr.
l in c.ad decimas, cap.2. de reſt. ſpol.lib.1. Sexti, tit.5.
m c.2.& c.dilecti. de tranſ. c.3. de decim.
n Solēnia, in cap.ſine exceptione, 12.qu. 2.can. placuit, ca. abbatibus, eod.
o Innocen.in c.2. de trāſact.
p c.de cętero, & ca. veniens, de tranſactio. ca ad hæc, de offic.vi ca.
q gloſſ.& interpr.in cap.vt ſuper.de rebus eccleſ. non aliena.
r Ioan.Andreas in gloſſ.cap.præſenti,de offic.ordinar.in ſexto.
s cap.fin.de reſcript. in ſexto. cap.eos, cap. ſi quis ſacerdotem, 82. diſtinct. cap. præter hæc,32.diſtinct. cap. latores,de cler. excommunic. miniſtr. cap. paſtoralis, de appell.

laicis



laicis præſtari iure communi non debere eccleſiaſticas: quia idonei ad beneficia tenenda non ſunt [a].Et cautum quoque expreſsè,non poſſe laicos has decimas ſine peccato retinere [b], non poſſidere, non præſcribere [c]. Quare qui eccleſiaſticam conceſſerit laico decimam,ab ſtatu ſuo,ſicut arbor quæ perperam terram occupat,ſuccidēdus
7 eſt: vt iaceat donec emendet proſtratus [d]. Legimus tamen ante concilium Lateranenſe, quondam in feudum perpetuū quaſdam decimas conceſſas laicis [e] in Gallia, à tempore Caroli Martelli, qui deuictis & expulſis Agarenis, ex conſenſu Epiſcoporum decimas eccleſiaſticas percipiendas quibuſdam diuiſit nobilibus, vt ait Gaguinus [f],pollicitus eaſdem breui & plura alia eccleſiis ſe reſtituturum:quod tamen non perfecit, mortuus citius quàm ſperaret: ferúntque viſam animam eius deferri per dæmones ad inferos, ab Eucherio Aurelianenſi epiſcopo, viro eius temporis ſanctiſſimo:inuentúmque eius mauſoleum, ſeu conditorium vacuum, ſine corpore,& pro eo ſerpentem: quod & ſcribit Paulus Aemilius [g]. Quod in vltionem tantę vſurpationis videtur accidiſſe,& ob ſacrilegium eccleſiæ illatū cùm nullus princeps,rex,vel imperator has decimas vſurpare, minúſque aliis concedere laicis poſſit [h]:qui ſuis limitibus debeat eſſe contentus, non ea quę Dei ſunt vſurpare [i]. *Quicunque*, inquit Paſchalis, *decimas & oblationes per poteſtatem ſecularem obtinet, proculdubiò contrà Deum & ſanctorum patrum nititur ſanctiones.* Quinimò & qui accipit,& qui tradit,raptor & ſacrilegus iudicatur [k].Quare concilio Lateranenſi, quod tempore Innocentij 2.pontif.max.habitum Romæ, coactis 1000.patribus in Laterano [l], hic abuſus emendatus eſt [m], & ſtatutum, ne laicis in poſterū dari iſtę decimæ poſſent. Et pro iam poſſeſſis, cùm non poſſent omnino eis eripi commodè,quędam remedia inuenta ſunt,quibus redire poſſent ad eccleſias vnde exierāt,ſublatæque cauſæ,quibus aliò poſſent transferri. Et proinde prohibitum, ne laici decimas cum periculo animæ ſuæ detinentes, in alios laicos poſſent aliquomodo transferre: & ſi quis recepiſſet, vel acceptas eccleſiæ non reddidiſſet, eccleſiaſtica ſepultura priuaretur [n]. Prohibitum quoque, ne alienis quàm propriis poſſint relinquere eccleſiis, néue eas impignorare laicis liceret [o].Non etiam infeudare monachis,niſi de epiſcopi conſenſu [p]. Et quamuis probentur decimæ eccleſiaſticæ infeudatæ per principes ante concilium Lateranenſe laicis, non tamen ſequitur poſſe licitè nunc detineri [q]: niſi dominus eas ſe iure habere probet, vel eccleſiæ tantumdem elargitus ſit de re maiori vel æquali,ídque cōſtet [r]. Fidem autem faciet per ſe,remuneratas non fuiſſe eccleſias,quarū decimæ retinentur,ſi illæ non habeant bona temporalia,vnde retineri iure non poſſunt. Et argumento ducto à ſolitis, præſumendum eſt fuiſſe à laicis vſurpartas [s]:potiſſimùm cùm retulerimus tēpore Martelli malo initio cœpiſſe retineri,vt vix ſit præſumēdum eas bonum exitum habituras [t].Et ſi à ſummo pontifice approbatam detentionem oſtendat laicus,tunc ex cauſa forſan illi permittentur: ſed perceptio decimarum conceſſa, ad noualia adhuc non extendetur [v]. Non negandum tamen decimarum fructus ad vitam præſtari poſſe laico ex cauſa, ſed nō in feudum [x]. Quia & vendi poſſunt [y]. At iure ſucceſsionis te-
8 neri nequeunt [z],nec præſcribi à laicis [a]. Tradunt tamen [b] laicos poſſe decimas eccleſiaſticas poſſi-

a c.cùm adeò, de reſcript.c. ex literis, de tranſact.c.2.de inſtitut. clem. quia cōtingit, §.vt autem,de relig.dom.
b c.peruenit, 1.q.3.
c c.cauſā quę, de præſcr.can. 1.16.q.7.c.ſi.16. q.1.
d c.quamuis, 17.de decim.
e c.cum apoſtolica,c.7. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſen.&c. li. 3.Decretal.tit. 10.c. tua, in 1. §.ſi eod. tit.
f Guaguin.in vita Caroli Martelli.
g Paul.Aemil. libr. 2. Hiſtor. Franc.
h c.dudum,§. 31 de decim.
i c.imperium, 10.diſt.
k c.cauſa.c.13. de ver. ſign.c. nulli, & cano. quotidie liceat, 12.q. 2.c. ex tranſmiſſa, de decimis,
l Volaterra.in Innocē. Otho Fringēſis li. 7.c.23.
m c.2.§. ſanè, de decim.in 6.
c.cùm & plantare, cap.3.de priuileg. lib.5. Decretal.tit.5.
n c. prohibemus, ca.19. de decim.cap. ad hoc,eod.
o c.ſi.de deci.
p c.2. §. ſanè, de decim.in 6.
q c.dudum,de decim.
r per cap. ea enim, §. ſed permutare, 10. q.2.c.1. de rer. permutat.
s c.fin.de reſt. ſpol.in 6.
t c. principatus,c.cùm Paulus,1.q.1.
v c.tua,in 1.c. 25.§.ſi. de decimis, c.2.§. fin. eod.in 6.
x gloſ. in cap. quāuis,in verbo, conceſſerit, de decim. per ca.2.de loco.
y cap.fin. ne prælat. vices ſuas.
z c. ad hæc.§. 15.de decimis.
a c.cauſam,& ibi interpr. de præſcript.
b Ioan.Andr. Henric.Boich. in c.cum apoſtolicā, de his quæ fiāt à prælat.ſine cōſen. cap.Domin.in cap.ſtatuto,de decimis, in 6.

dere in feudum eccleſiaſticum, duobus concurrētibus:primò,ſi eas poſſederint,tanquam vaſſalli eccleſiæ, à tempore cuius initij non extet memoria. Dehinc,ſi ſit fama,quod eas habuerint ante concilium Lateranenſe, & ita concluſum fuit in capella Tholoſana [c].Poſſunt & ex cauſa & priuilegio concedi laicis, perceptiones decimarum, non ius decimarum [d]. Diuidebantur aliquando 9
beneficiorum decimæ, oblationes, & reditus eccleſiæ olim in 4.partes:quarum vna epiſcopo,altera ſacerdoti,tertia fabricæ, quarta pauperibus dabatur [e].Aut aliter portiones pro conſuetudine locorum & eccleſiarum conſtituebantur [f].Sed & hîc præſcriptio contra epiſcopos quadragenaria locum habet [g]: & ideo conſuetudinem eccleſiarum inſpicimus [h],potiſſimùm cùm alia iura epiſcopalia & clericis præbeantur prælatis, & onera eccleſiarum ſint præpoſitorum earundem: licitúmque ſit vnicuique expreſſe vel tacitè renunciare iuri in fauorem ſui introducto [i]. Quare poteſt & hoc ius donare epiſcopus eccleſiis ſi habeat [k]. Dabantur itaque portiones antiquitus 10
epiſcopis ex decimis,& mortuariis, & oblationibus [l], in remunerationem onerum,quæ ſubit ſingularum eccleſiarum ſuæ dioceſeos,ordines conferendo,chriſma conficiendo, baſilicas dedicando,moniales conſecrando, prædicando,& id genus alia faciendo, quę videbis apud ſpeculatorem [m], & Bertachinum [n].Quódque tunc eſſent epiſcopi pauperes,nec proprij reditus ad ſumptus ſufficerent. Qua ceſſante nunc cauſa, & illorum prouentibus auctis, portiones illis præſtari ſolitæ:relictæ ſunt propriis vſibus,& reparationi ſuarum eccleſiarum [o]. Nec omnia tempora eandem habuerunt regulam, cùm & priſcis temporibus nondum diuiſis à Dionyſio decimis, decimæ & oblationes Chriſtianorum ſolùm darentur epiſcopis,vt eas diſtribuerēt viduis, egenis,& egentibus clericis ex conſtitutione apoſtolorum [p]: & aliquando, vt alibi docemus, iidem epiſcopi & preſbyteri. Cæterùm iſtæ portiones epiſcopis olim datæ,nō decimæ decimarum,ſed participatio decimarum & oblationum, veluti ea quæ à monaſteriis,in quibus parochianus eligit [q] ſepulturam, eccleſiis præbentur parochialibus, nō ſūt verè dicendæ decimæ,ſed portiones.Nouū enim eſſet genus decimarum, vt clerici pares, à paribus clericis,decimas exigerent ex decimis, [r].

c deciſ.cap. Tholo.439.vide fuſius Nic. Boerium in cōment ad conſuetud. Bituri §.1.de præſcr. & in §. 11. de conſue.præd.
d c.quamuis, de decimis.ca. Adrianus, 63. diſt. can.in ſynodo. 97. diſt.
e ca.quatuor, &c. Vulterrana,c.cōceſſio. ca. de reditib. 12.q.2.c.vnio. 20.q.3.c. conquerēte.de offic.ordin.
f ca.antiquo, 12 q.1.ca.conſtitutum.16.q. 1.c.1.de ſepult ca.de his,can. decernimus, 10.quæſt. 1.
g c.quarta,de præſcript.
h vide glo. in c. cùm contingat.c.29.in verbo,de iure cōmuni, de decimis.
i l.ſi quis in conſcribendo C. de pact. & epiſc. & cler.
k can.ſi.12.q.3.
l Clem.dudū de ſepult.c.cū ſuper,de ſepu.
m Specula.in §.1.de ſtat.monachor.
n Bertach. tract.de epiſc. 4.part.nu. 40.
o c.priſcis quidem canonib. & ca.vnio.10. quæſt.3.
p Clemen.lib. 2 conſtit.Apoſtol.c.29. &ca.videntes 12.q.1. facit.c. 4.actuum.
q c.1.&c.his qui.&c.in noſtra,c. certificari,c.cum ſuper.de ſepult.
r c.2.de deci.

## De ipſa decimatione, modo, & tempore decimandi. Cap.26.

1 *De quota decimæ,& quomodo vera decima minui poteſt tranſactione,& conſuetudine.*
2 *Quomodo granum in palea ſolui debet.*
3 *Quo tempore ſolui debent perſonales & prædiales, & de deductione,quæ fit ante ſolutionem decimarum.*
4 *De quantitate ſoluenda in decimis vtriſque,prædialibus,& perſonalibus:& quod de minutis non ſoleret exigi.*

IVre communi integrè decima, vt dictum eſt, de ſingulis rebus debetur. 1
Verumtamen interdum minus præſtatur, nempe vel viceſima, vel alia

pars

pars ex conuentione ſeu tranſactione parochia-
norum, & curionis, vel eius qui exigit : illa enim
tranſactio permiſſa,vt & illa ,ne de aliquibus re-
bus præſtetur decima, vt de minutis ſeu aliis [a].
Diminutio namque decimæ veræ, laicis conſen-
ſu epiſcopi fieri proculdubio poteſt, ſi accedat &
temporis interuallum, quod illud firmauerit [b]:
at remiſſiò aliquorum decimæ non valet, niſi ſo-
lo confirmante ſummo pontifice, qui ſolus à de-
cimis ſoluendis eximit [c]. Neque alienum à iure
eſt, pro decimis præteritis fieri tranſactionem,
quia debentur, & æſtimari poſſunt pecunia [d] : at
de futuris, nec dubium valere quádiu tranſigens
vixerit [e],non poſteà, niſi authore ſummo ponti-
fice,& niſi quædam dentur alia eccleſię in remu-
nerationem ratione permutationis [f]: potiſſimùm
ſi ſpirituale ſpirituali, videlicet cum iure deci-
marum, permutetur [g].Conſideranda & conſue-
tudo ſeruata in loco decimarum, & ſequenda [h].
2 Iure communi decima granorum, quæ paleã ha-
bent, in palea debet ſolui, quia palea eſt in fru-
ctu [i]:eáque fructibus ſtatim collectis [k],quia ſcri-
ptũ, *decimas & primitias tuas non tardabis offerre* [l]:
3 Perſonales tamen ſunt ſoluendæ in fine anni ſe-
cundum interpretes [m],vt prædiales,frugibus col-
lectis , vel conſuetudo ſi alia ſit, ſequenda [n]. In
perſonalibus tutius duco ſtatim ſolui & ſeparari.
Prædiales prius ſoluuntur , quàm cenſus prædij
domino;nam & ab illo accipiuntur [o], & prædia-
les quidẽ non deductis expenſis culturæ,vel col-
lectionis,ſeminis,vel ſimiliũ [p] : perſonales autem
admittunt quandam expẽſarum ſubductionem [q].
4 Quicquid decimum venerit de his, quæ trãſeunt
ſub virga paſtoris,ſi alia non ſit conſuetudo, ſiue
bonum,ſiue malum,decimarum nomine erit [r],&
decimum natum. In perſonalibus decimis valet
etiam conſuetudo,vt modicum pro illis ſoluatur:
licet enim non detur integra, tamen ex dato ho-
noratur Deus [s].Quanquã decimæ perſonales ho
die non ſint in conſuetudine ſecundũ Abbatẽ [t].
Sic dicunt interpretes , conſuetudinem non ſol-
uendi decimas integras valere, quia dando quic-
quam pro decima,præceptũ Dei impletur de ſol-
uendo [v].Sic laicus poteſt præſcribere decimas in
quota,vt nõ ſoluat integrã:ſed vel duodecimam,
vel viceſimam,vel aliam partẽ [x].Sicque iura,quę
dicunt ſoluendas integras decimas, intelligenda
ſunt,de integritate ſolita,& non deductis impen-
ſis [y] : vel ſi aliter ſe non habeat conſuetudo , vel
præſcriptio [z]: niſi curio indigeret, vel ex quota
conſueta viuere non poſſet:tũc enim petere poſ-
ſet integram decimam [a]. Imo tunc & perſonales
exigere [b]. non enim ei qui ſeminat ſpiritualia,
temporalia neceſſaria neganda ſunt,vt ait D.Pau-
lus [c].Ita abſolutè non poteſt vllo tempore , etiam
cuius non extat initij memoria, nec vllo modo
præſcribi ius non ſoluendi à laicis vllas decimas [d]:
quotæ poteſt, & ita iudicatum [e].Suſtinẽtur por-
rò conſuetudines ; & probatæ cenſentur tacitè à
ſummo pontifice,vt decimæ relinquãtur in agro,
dummodo moneatur curio antequam ſeparẽtur:
vt non ſoluantur de quibuſdam minutis decimæ,
dummodo ſit præſcriptio, cuius non extet initij
memoria [f]. Et in Gallia ex conſtitutione Philippi

a c.3.& c.veniens,de trãſacti.ca.nuper, eod. Panormi. in cap. dilecti, eod. in fine.
b Innocẽt. & Decius, in ca. venerabilis, de confirmat. vti. vel inutil.
c c.venerabilis, & ibi Pan. de cõfirm. vti. vel inutil.
d c.ſuper eo. de tranſact.
e c.3.& ca.veniens de trãſaction.
f c.ad quęſtiones.de re.permutat.
g c. inſuper, ge tranſact.
h c.aliquibus, &ibi Innocẽt. & c. apoſtolicæ, de decim. Ioãnes Andr. in c.1.de decimis,in 6 c.eccleſias, 13.q. 1. Guido Papæ. ſingul.456.
i Specul.in ti. de decimis, §. vno.Guido Papæ,ſingul.703.
k c cùm homines,de decim.
l Exodi 22.
m glo.in c.reuertimini, in verbo annus, 16.q.1. Pan. in c. peruenit, de decim.Eſdræ, c 10.in fin.
n vt ait Collecta.in c.cùm homines, de decim.
o c. cùm non ſit.33. de decimis.
p c.cùm homines. c.7.c.non eſt in poteſtate, c.22. c. tua nobis, 26. de decim.
q c. paſtoralis officij.c.28.eo. de decimis.
r Leuitic. 27. canon. omnes decimæ , 16, quæſt.7.
s Rebuffus,in tract. de decimis,q.13.num. 44.
t Abbas,in c. cũ ſint homines,in 1.col.2. de decim.Boerius in §.13.de conſuet.præd. in conſuetud. Biturig.
v Innoc. Pan. & alij in ca.in aliquibus per illum text. de decim. vbi nõ ſequitur contrariã Hoſtie.
x c.cõmiſſum, c.dilecti, cap. cùm ſint.& c. in aliquib⁹ de decim.
y d.c. cõmiſſũ, de decim. Barbar.in cap. Raynaldus,col.62.de teſtam.
z Rebuffus,in tract.decima,quæſt.13.numer.58.
a Angel.de Clauaſio,in verbo,decima,nu.2.
b Hoſtienſ. in ca.in aliquibus.in fin. de decimis.
c 1.ad Corinth.9.
d c.cauſam,& ibi Abbas & Felin. de præſcript, & Barbat.conſi.35.incipit ſapienter,col.6.can.decimæ,16. quæſt.1.
e Guido Papæ, q.284.Hoſtien.in ſumma.de decim.
f vide Rebuff.tract.de decimis, quæſt.13.nu. 50.& 51.& 53.vide Nicola.Boer.in §.12.de conſuet.prædio.in conſuetud.Bitur.Cardinal.de zabarellis conſil.146.

Auguſti,anni 1304. non poſſunt exigi decimæ de
rebus minutis, de quibus antea nunquam pro-
bantur exactæ,vt & ſæpe iudicatum [g].

g Boerius in d.§.12. & Papo in rapſodi. areſt.5 & in poſtrema parte ſtili parlam. Aufrerij.extat cõſtitutio Philippi,4. tit. de decimis.

## De alia ſpecie decimarum, quæ ſeparabatur à bonis per laicos. Cap. 27.

DIuus Hieronymus ſuper Ezechielem
meminit de alia ſpecie decimarum,
quas vnuſquiſque de populo Iſraëlis
ſeparabat, vt comederet eas, cùm iret
in templum in Hieruſalem , & in veſtibulo tem-
pli ſacerdotes & Leuitas inuitaret [h].Forſan in lo-
cum iſtius moris ſucceſſerunt conuiuia, quæ pij
homines ſolent anniuerſariorum nomine, ſacer-
dotibus,& eccleſiaſticis perſonis exhibere, póſt-
quam vnà preces fuderunt.

h c.1. de decim.can.eccleſias, §. itẽ cùm decimæ, 13. q.1.

## De bonis eccleſiæ temporalibus extra decimas & primitias. Cap. 28.

1 *Confutatus error eorũ,qui adimunt Eccleſiis alia bona temporalia,quàm decimas & primitias.*
2 *Hiſtoria & tempora ſucceſſus , quomodo in eccleſiam pertineant bona temporalia:& de conſtitutionibus, quibus bona eccleſiis conſeruata ſunt,& de bellis eorum cauſa.*
3 *De comite Cabilonenſi capto à dæmone, quòd eccleſiaſtica bona vſurpaſſet, & de pœnis rapientium bona eccleſiæ.*
4 *Reiectio exemplorum rapientium bona eccleſiæ.*
5 *De immunitatibus rerum eccleſiaſticarum , & quæ onera præſtent.*

PLures ſunt, qui pertinaciter conten- 1
dunt,perſonas eccleſiaſticas vlla bona
temporalia alia poſſidere non debere,
quàm primitias & decimas. Fucũ ad-
dunt , quòd dum terram promiſſam adeptus eſt
populus Hebræus, eáque diuiſa eſt inter tribus,
nullius partis poſſeſſio relicta ſit ſacerdotibus [i]:
ſed eius loco illis & Leuitis fuiſſe primitias tan-
tùm & decimas [k].Et apud Ezechielem [l],dum of-
ficium ſacerdotum eorúmque ornatus deſcribi-
tur,inter cætera dictum, *non erit autem eis hæredi-
tas eorum , & poſſeſſionem non dabitis eis in Iſraël:
ego enim*, inquit Deus , *poſſeſſio eorum : victimam
ipſi & pro peccato & pro delicto comedent , & omne
votum Iſraël ipſorum erit,&c.* Item , quòd naſcen-
te eccleſia omnia vendebãt Chriſtiani,& in com-
mune conferebant [m].Facit & quod ſcriptum eſt,
*ſi vis perfectus eſſe,vende omnia quæ habes,& da pau-
peribus, & ſequere me* , ait Dominus [n]. Verumta-
men hæc leuiora ſunt argumenta , quàm poſſint
eripere Deo conſecrata & eius cultui. Siquidem
vt primùm euellamus zizania , admittimus qui-
dem, nihil à Deo præter decimas , & oblationes,
& vota , & primitias fuiſſe ſacerdotibus conceſ-
ſum , videlicet non datam partem poſſeſſionis
terræ, vt de ea negotiari & diſponere vt aliæ tri-
bus,tanquam de propriis poſſent [o]. Et nos maxi-
mè probamus vitam eccleſiaſticarũ perſonarum,
quibus nihil proprium eſt, quò curis diuexentur
profanis. Quia & nomen clerici oſtendit ſatis
portionem eorum eſſe Deum ſoli At nihil illud
prohibet,

i Numer.34. Ioſue c.14.
k Numer.18.
l Ezech.c.44.
m Actuum.4.
n D.Marci.10. D.Lucæ,18. & 12.
o can.cleros, 21.diſt.



prohibet,quin eccleſię quędam propria eſſe poſ-
ſint,vt oblata à fidelibus.Sicut & in lege Moſai-
ca,qua prohibita erat poſſeſsio hęreditaria ſacer-
dotibus, non erat prohibitum agrum ſuum,poſ-
ſeſsionem ſuam,domum ſuam conſecrare domi-
no,ſed & illa conſecratio ad ius pertinebat ſacer-
dotum, nec ab homine poterant adimi vel redi-
2 mi [a]. Bona eccleſiaſtica ſunt ad nutriendos cleri-
cos deſtinata & oblata Deo, vt cultus eius dignè
& honeſtè fiat:cùm digni ſint,vt de altari victum
ſumant:qui ei inſeruiunt [b]: nec alligandum ſit os
bouis triturantis [c]. Et ab initio quidem eccleſia
naſcens,dum eſſet Hieroſolymis & inter Iudæos,
nullam poſſeſſionem ſibi conſeruabat,ſed fideles
omnia vendebant,& pretium communicabant [d]:
nec ſolum eccleſiaſticæ perſonæ id faciebant, ſed
omnes diſcipuli,qui credebant in dominum no-
ſtrum Ieſum. Vellémque eccleſiæ cenſores quod
reprehendunt in eccleſiaſticis, in ſe quoque re-
prehendere eadem ratione:id autem fiebat, non
quòd eccleſia poſſeſsiones temporales contem-
neret,vt contrarias legi Dei, ſed quia ſatis victui
neceſſaria ferueſcente fide ſubminiſtrabantur.Et
quòd transferendam eccleſiam præuidebant in
gentes. Et proinde tranſlata eccleſia, Chriſtiani
didicerunt, perſecutionibus agitati ſæpe infide-
lium,cultum Dei vix reſtitui poſſe ſine tempora-
lium auxilio, & proinde in poſterum non omnia
oblata vendenda eſſe, ſed in eccleſia conſeruari
voluerunt [e] : vt ſedatis perſecutionibus, prædia
eccleſiaſtica oblata & Deo conſecrata,auxilio eſ-
ſent cultui diuino. Neque etiam omnes baſilicæ
vel templa,vbi exhibetur cultus diuinus,decimas
habẽt, ſed tantum parœchiales eccleſiæ : quare
oportuit & alia bona Deo conſecrari,quibus qui
ibi Deo continuè inſeruirent,alerentur [f], permiſ-
ſúmque eſt ideo publicè à Conſtantino Magno
Eccleſiæ hæreditates relinquere, & fana extrue-
re [g]. Neque enim propter nouas eccleſias priori
eccleſiæ decimæ ſunt ſubducẽdæ [h]. Et ita probè
ſtatutũ,ne poſthac ſacræ ædes ædificarentur ſine
conueniente dote, qua ſuos Leuitas poſſet nu-
trire [i]. Statuit tribus conſtitutionibus Emanuël
Comnenus Cæſar oriẽtis, vt eccleſiarum & mo-
naſteriorum bona immobilia,intacta ſint à manu
fiſci, ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo poſſideãtur,
quódque bulla aurea confirmauit [k].Idipſum ſan-
ciuit Alexis Comnenus ſecundus alius orientis
Cęſar [l].Iubet Theodoricus Gotthorum rex,ſcri-
bẽs Ibæ viro ſpectabili duci [m],poſſeſſiones Nar-
bonenſis eccleſiæ,ſecundum Alarici præceptũ à
quibuſlibet peruaſoribus occupatas,etiam manu
militari reſtitui. Idémq; Adilæ ſcribens [n], *ſpecia-
liter*, inquit, *eccleſias ab omni iniuria reddi cupimus
alienas,quibus dum æquabilia præſtantur, miſericor-
dia diuina acquiritur.* Et anno Domini 1099. bel-
lum in eos ſuſceptum eſt, qui ſacerdotum eccle-
ſiarúmq; fundos inuaſerant:apud Pariſios, Boc-
chardus à monte Morẽtij:apud Bellouacos, Dio-
cus Montiacus:Rhemis, Elbo Roſſiacus : apud
Aurelios, Leonetus Magdunenſis:aliíſque in lo-
cis à filio Frãcorum regis Ludouico, & Roberto
Flandrenſi comite victi ſubactiue ſunt, & eccle-
ſiis ſuæ cuiq; res reſtitutæ,vt author Meyerius [o].
Pipinus rex cõtra Vuaifarium regem Aquitaniæ,
cùm res quæ in ſua poteſtate erãt,& ad eccleſias
ſub manu Pipini regis conſtitutas, pertinentes,
reddere rectoribus ipſorum venerabilium loco-
rum monitus per legatos recuſaret, bellum mo-
uit:& contractis vndique copiis Aquitaniam in-

a Leuit.ca.27. cano. nulli liceat,12.q.2.
b c.cùm ſecũdũ Apoſtolũ, c.2.ca.epiſcopis, c.extirpãdæ §.final. de pręb.c.cum ſit Romana , de ſimonia.
c ad Galat. 6. Deuteron. 25. Matt.10. Mar. 6.Luc.9.
d Actuum,4.
e ca. vidẽtes: & c. futuram, 12.q.1.
f ca. ſaluator, de pręb.in extrauag. communib.
g can.vidẽtes, 12. q. 1. l.1. C. de ſacroſ. eccleſ.
h can. ſi quis laicus, & can. de decim. §. ſi ergo 16.q.1.
i ca.nemo, de conſec.diſt. 1. c.1.de cenſib.
k li.1. iuris orientalis conſtitution. περὶ ἀνέγραφα εἶναι ἐκ τῆς χρείας τοῦ δημοσίου τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἢ τῶν καθόλου πόλεων μοναστηρίων ἀκίνητα, i. vt eccleſiarum & monaſteriorũ quæ ſunt ad vrbem immobilia intacta ſint à manu fiſci.
l in lib. 1. iur. Oriẽt. in eius conſtitut. tit. περὶ τοῦ μὴ ἀναγράφεσθαι τὰ τῶν μοναστηρίων ἀκίνητα, i. ne monaſteriorũ prædia deſcribantur.
m Caſſiod.lib. 4. varia. epiſt. 17.
n Caſſiod.li.2. varia.epiſt.29.
o Iacob. Meyer. in libr. 4. hiſtoriæ Flandriæ in Erano.

greſſus, bello ſe res & iuſtitias eccleſiarum exa-
cturum pronuntiauit, & ita coëgit imperata face-
re [p]. Alexander Magnus, cùm Thebas, quæ ante
defecerant, vi recepiſſet, & in ſeruitutem The-
banos redegiſſet,agros eorũ,niſi qui ſacri eſſent,
inter ſocios auxiliares diſtribuit [q]. Paulus Aemi-
lius ſcribit [r] in quiete à bello Anglico,duos Guil-
lelmos, Anicienſem Cabilonenſẽmque comites,
eccleſiis ſuis infeſtos,regiis armis Galliæ Ludoui-
ci iunioris coërcitos, & tandem Cabilonenſem 3
comitem dũ frequenti procerum conuiuio epu-
laretur, ab ignoto quodam equo pro foribus ſe-
dente euocatum exiſſe : coactúmque è veſtigio
conſcendere, è conſpectu procul raptũ,nec dein-
ceps vſpiam cõparuiſſe. Scriptum in iure ponti-
ficio, *ſi qui res eccleſiæ petunt à regibus, & horrendæ
cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt,
irrita habeantur quæ obtinent, & à communione ec-
cleſiæ, cuius facultates auferre cupiunt, excludantur* [s].
Scio multos & rebus eccleſiarũ inuidiſſe, & ſibi 4
magis quàm Dei,piorúmq; vſibus malle,& ideò
& profana quædam exempla in ſuæ improbitatis
authoritatem contorſiſſe, & pietatem quandam
pro fuco obieciſſe. Scio olim Romanos flamines,
Augures, Salios, Fæciales,pontifices conferre pe-
cunias coactos,quæſtoria & tribunitia ſententia,
vt ciuitatis æs alienum,priuatis exſolueretur,qui
exhauſto ante bellum Macedonicũ ærario,num-
mos in militaria ſtipendia crediderant [t]. Et ſcio
Atheniẽſium lege Triarchiarum & collationum
in bellum ciuitatíſque ſalutem, neminem fuiſſe
immunem,nec poſteros quidem Harmodij & A-
riſtogitonis [v]. Noui decimas quoque & à bene-
ficiatis exactas, & nunc exigi, pro rebus tempo-
ralibus releuandis,vt docuimus in decimis. Sed
videant qui machinas aſtruunt iſtis ratiunculis
vel exemplis, num Deus falli poſſit, númue di-
gnũ Chriſtiana pietate ſit, prædia quæ libera fa-
cta ſunt iure morticinij, & à commercio homi-
num ex conſenſu principum ſubducta ſunt, quæ
Dei ſunt,minori gaudere priuilegio, quàm præ-
dia nobilium, qui tantùm regi temporali inſer-
uiunt, pro quorúmq; morticinio nec quicquam
rex accepit. Immunitas rerum eccleſiaſticarum 5
multiplex eſt, quæ perſonas & res ipſas reſpiciat.
De perſonis alibi. Rerum immunitas latiſſima ex
decretali Bonifacij [x] 8.ſummi pontificis,qui pro-
hibuit tributa,indictiones,canones,& onera vlla
imponi clericis etiam pro rebus ab illis poſſeſſis,
& clericis,nec ſoluerent ſine permiſſione apoſto-
lica : perſonas ſingulares conſtitutioni contuma-
ces excommunicans, vniuerſitates interdicens.
Cæterùm quia illa cõſtitutio in odium regis Gal-
liæ facta fuerat, reuocata eſt per Clementem 5.in
concilio Viennenſi [y]. Et reſtitutũ ius antiquum,
quod promulgatum anteà fuerat in concilio La-
teranenſi & generali,quo quidem non licet laicis
imponere collectas vel ſubſidia angariarũ & ſi-
milia : niſi in cauſa neceſſitatis ob communem
vtilitatẽ, & conſulto ſummo pontifice [z]. Iure ci-
uili immunes res eccleſiæ à ſordidis muneribus,
ab extraordinario,& ſuperindicto,vel alio onere
excepto ordinario canone & aduentitia neceſſi-
tate [a], immunes à lucratiua deſcriptione [b]. Con-
fert eccleſia ad refectionem pontiũ & viarum [c],
ad angaria ob aduentum principis [d]. Confert &
naues ſuas rebus transferendis publicis [e]. Et cle-
rici pro prædiis propriis tenentur ad fiſcalia one-
ra [f], ad tributa,cẽſus,& alia onera quæ rebus in-
hærent [g], ad alia onera epiſcopalia [h]. Sunt alia

p Ammonius, libr.4.de geſt. Franco.c.65.
q Arrianus.li. 1. de expedit. Alexandr.
r Paul.Aemil. libr.5.hiſtoriæ Francorum,in Ludouico iuniore.
s c.3.de rebus eccleſiaſt.non alien.c. cauſã, de verb.ſig.
t Liuius,lib.3. decad.4.
v Demoſthe. contra Leptinem.
x cap. clericis per totum, de immunita. eccleſ.in 6.lib.3. tit.24.
y Clemẽ. vni. de immun. eccleſ.li.3.tit.17.
z c.nõ minus, c. 4. c. aduerſus conſules, ca.7.de immu. eccleſ. appel. Greg.
a l.placet, l. 5. de ſacro. eccl. vbi quæ ſunt ſordida, ſuper indicta & canonica onera, per gloſſam explica.
b l. ſancimus, l.18. de ſacroſ. eccleſ.
c l. ad inſtructionẽ. l. 7. de ſacroſ. eccleſ.
d l. neminem, l.11.C.eod.
e l.iubemus,l. 10.eod.
f l.1. de epiſc. & cler.
g c. ſi tributũ, & c.magnum, 11.q.1.can.conuenior ca.tributum,23.q.8. ca.1. de cẽſib. l.1. & 2. de indict.lib.10.C.
h de quib. in c.conquerẽte, de offic. ordi.

priuilegia eccleſiaſticarum rerum,quę alibi reci-
piunt tractationem, vt ne vendi poſsint [a], vt in
emptione dicemus: non poſſint præſcribi, niſi
quadraginta annis, & res Romanæ vel Conſtan-
tinopolitanæ eccleſiæ niſi centũ annis. [b] In ſum-
ma priuilegia eccleſiæ rata & firma eſſe debent,
& ea violantes puniuntur, & irriti contrarij a-
ctus [c].

a l. iubemus, l.14.cũ authẽ. ſequentib. de ſacroſ.eccleſ.
b l.fi. & auth. quas actiones de ſacroſa.eccleſ.tit.vt eccleſ. Roman. centum anno. gaudeat ſpat.
c l.priuilegia. l.12. & conſt. ſequ.Caſſa.de ſacroſ.eccle.l ſi eccleſię.l.15 §. priuilegiis, de epiſcop. & cleric.

## De muris & portis ciuitatis. Cap.29

1 *Muri vnde dicti, & oppida,& aggeres.*
2 *Ad murorum collationem omnes teneri.*
3 *Ii in quorum terra muri & turres ciuitatis fiunt, vſum eorum earúmue habent.*
4 *Aedificare non licet priuatis contra muros vel portas ciuitatis*
5 *Probibitum municipibus ædificare nouos muros.*

1 POſtquam egimus de rebus eccleſiaſti-
cis & ſacris, operæpretium eſt de qui-
buſdam ſanctis, id eſt, inuiolabilibus
agamus, de portis ſcilicet & muris ci-
uitatum: omiſſa tractatione legatorum, qui ſancti
ſunt habiti, & de quibus tractamus in crimine læ
ſæ humanæ maieſtatis. Varro itaque [d] muros in-
uentos & dictos, vt tutò alicubi ſimus docet: op-
pidum ab ope dictum, quòd munitur opis cauſa
vbi ſint: & quod opus eſt ad vitam gerendam, vbi
habitent tutò: vel oppida, quòd opere muniebant
mœnia, quo munitiùs eſſent. Quòd exaggerabãt
aggeres dicti, & quòd aggerem contineret mu-
rus, quòd muniendi cauſa manu parabatur, quo
ſepiebant oppidum, ex quo murus. Eius ſumma
pinnæ ab his quas inſigniti milites habere in ga-
leis ſolent, & in gladiatoribus Samnites. Turres
à toruis, quòd hæ proſpiciunt ante alios: qua viam
relinquebant in muro, qua in oppidum portarent
portas. Ad murorum inſtaurationem ſeu extru- 2
ctionem, ſicut & portus & aquæ ductus, omnes
certatim facta operarum collatione nulla excu-
ſatione dignitatis locum habente, inſtare debent
[e]: facta tamen peræquatione facultatum, vt
quiſque ſecundum vires patrimonij contribuere
cogatur [f]. Ij tamen priuati, in quorum terris tur- 3
ris vel muri noui ciuitatis conſtruuntur, opere
perfecto, vſum ædificatorum habent, ea tamen
lege in perpetuum ſeruanda, vt annis ſingulis ij,
in quorum vſum terrula demigrauerit, proprio
ſumptu inſtaurationem eorum ſibi exiſtiment
procurandam [g]. Non tamen inde quis putare de- 4
bet ſibi licere contra muros vel mœnia publica
ædificia habere, nam ſi eá ſint talia, ex quibus for-
midari poſsint vel incendia, vel inſidiæ, deiici de-
bent & prohiberi [h]. Atque inter ædes ſacras, ſeu
publica ædificia & priuata, debet eſſe ſpatium 5
quindecim pedum [i]. Nec liberæ ſunt etiam mu-
rorum vel portarum refectiones municipiis, ſed
de operibus quæ in muris vel portis, vel in rebus
publicis fiunt, aut ſi muri extruantur, conſulere
principem oportet [k]. quando potiſsimùm ſumptu
publico ædificari debent [l]. Et Vlpianus, ait, *muros
municipales nec reficere licere ſine principis vel præ-
ſidis authoritate, nec aliquid eis coniungere vel ſup-
ponere* [m]. Tranſcendere muros ciuitatis admotis
ſcalis, aut aliundè, quàm per portas, ciuitatem in-
gredi vel egredi, hoſtile & capitale habetur [n]: &
vindicatum in Remo fratre Romuli, qui ſolum
vallum ciuitatis tranſcendere auſus fuiſſet [o].

d Varro, lib.4 de Ling.Lati.
e l.ad portus, l.6.de operib. publ.li.8.C.ti.12.
f l.omnes prouinciarum, l.11.eod.titu.de oper. publ.
g l. turres, l.13.de operib. pub.C.
h l. ædifitia, l.13.eo.de oper. publ.
i l.ſi cui loci, l.9. & l. Meniana, l.11, de ædific. priuat. lib.8.C.tit.18.
k Modeſt.in l. de operibus, l.6. de operibus pub. 50.P. tit.10.
l l.3.de operi. publ.in P.
m . ſacra loca, ll.9. §.propriè, de rer. diuiſ. lib. 1.P. tit.8.
n l.fin.de rer. diu.
o d.l.ſi. Lucã. in 1. Fraterno primi maduerunt ſanguine muri. Et Plut. in vita Romuli. Oui.in Faſt.

*Libri ſecundi primæ partis Syntagmatis iuris vniuerſi finis.*

DE



# DE PVBLICIS REBVS HVMANI IVRIS, ET DE REBVS VNIVERSITATIS, LIBER III.

## De his, quæ tractanda ſunt in hoc libro. Cap. 1.

1 *Diuiſio rerum publicarum.*
2 *Diuiſio rerum vniuerſitatis.*

1 EXpoſitis rebus
ſacris & ſanctis,
de rebus humani
iuris, & primùm
de publicis, de-
hinc quę vniuer-
ſitatis ſunt, dicé-
dum erit, & poſt-
cà de priuatis,
Deo volente. I-
taque de fiſcali-
bus, & tributis,
& vectigalibus, fluminibus, viiſque publicis, por-
tubus, patrimonialibus principis, & pœnalibus
fiſci compendiis, de baſilicis, & operibus publi-
2 cis, & aliis publicis. Inter vniuerſitatis autem e-
narrabimus quæ municipij tantùm ſunt, & illis
ſolùm communia, vt ſtadia, theatra, nemora, paſ-
cua, & ſimilia. In priuatis autem, & modos ac-
quirendi dabimus.

## De pecuniis publicis, ſiue de rebus fiſci, & de ærario. Cap. 2.

1 *Corporis humani, & reipublicæ ſimilitudo.*
2 4. *In corpore reipub. ſunt & nerui, qui nec plenitudine, nec inanitione commeſtionis pati debent, ſi illa ſubſiſtere velit: nerui porrò pecuniæ publicæ, & vectigalia.*
3 *Pecuniæ nomen ad omnes res pertinere nummo æſtimabiles.*
4 *Non fuiſſe ab initio publica, ſed communia, & quomodo cœperint.*
5 *Aerarij conſtituẽdi neceſſitas, & vectigalium origo.*
6 *Fiſcalia, & fiſcus vnde nomen trahunt. Et nu.*11.
7 *Inter fiſcum & ærarium quorundam differentia, vide num.*9. *&* 12.
8 *Bona principis duplicis generis: patrimonialia, vnde comites rerum priuatarum, & procuratores Cæſaris.*
10 *Alia principis iure principatus & diadematis, confiſcatio ſine licentia principis non fit.*
11 *Latum inteſtinum inediam prohibet, quomodo fiſcus ſemper ſoluendo eod. Aerarij fiſci & Marſupij differentia. Aerarium vbi apud Romanos, & quot, & copia, & extenſio eorum.*
12 *Quæſtores qui comitabantur prouinciarum rectores militares,* Threſoriers des guerres.
13 *Quæſtores ærarij, qui præfecti ærarij, hodie,* generaux des finances.
14 *His ſubſunt tribuni ærarij,* recepueurs generaux. *Exactores particulares dicti,* Commis. *Tabularij,* Contrerolleurs.
15 *Ordo exigendæ & deferendæ vectigalis pecuniæ in fiſcum, Tituli,* Les mandes, *nunc.*
16 *De quibus & cum quibus iudicant quæſtores prouinciarum.*
17 *Qui ærario olim Romano præfecti.*

AGrippa Menennius Lanatus, cùm 1
diſſidia & ſeditionem plebis & Se-
natus componere ſtuderet, plebem
excandeſcentem apologo corporis
humani, ad pacem adegit, ſimile ei eſſe corpus
reipublicæ accommodè demonſtrans, futurum-
que niſi in vtroque membra inter ſe conueni-
rent, compagem corporis diſſoluendam iri [a]. Et-
enim qui ſimul habitant, vnum corpus tantùm
faciunt ciuile, & vniuerſitatis [b]. Sic eccleſia o-
mnis vnum corpus & catholica ſeu vniuerſalis
congregatio, in qua multa mẽbra [c]. Vnde & cor-
porati dici poſſunt, qui in communione aliqua
conſcripti vel admiſſi ſunt [d]. Et regnum vnum 2
corpus. Cæterùm in omni corpore ciuili, quem-
admodum in humano, & caput & membra ſunt,
& quædam alia, quibus illa colligantur: veluti
nerui, quibus membra ſingula mouentur, & mu-
nus proprium exequuntur. Et quemadmodum
illi à cerebro & capite manantes per totum cor-
pus humanum diffunduntur, vt notant medici [e],
robúrque & vim dant corpori [f]: & contrà, con-
uulſionibus ſuis valdè nocent, duabus ex cauſis,
vel ex plenitudine, vel ex inanitate [g]: Sic etiam
in corpore ciuili ex arbitrio imperantis, ſeu à be-
ne diſpoſito capite, robur in ſocietatẽ ſubiectam
permeat, & ſtatus eius fit legitimus, qui neruus
diſciplinæ dicitur [h], Neruíque alij, quibus iuua-
tur & quodammodo viuificatur, ſi benè valent,
ſi plenitudine vel inanitate non patiantur con-
uulſiones, ſunt pecuniæ publicæ, vt & Cicero
vocat, nerui reipublicæ, nempe vectigalia [i], quia
ſine his cõſiſtere nequit. Quare Ariſtoteles ait [k],
neceſſariò omnes rerum publicarum ſpecies e-
gere pecuniis, & ipſaſmet vniuerſitates & muni-
cipia, quibus ad exemplum reipublicæ permiſ-
ſum eſt habere arcam communem [l]: pecuniæ
quippe obediunt omnia [m]. Et ſicut protegit ſa-
pientia, ſic & pecunia [n]. Nec ciuitatem dicebat
inexpugnabilem Philippus Macedo quantum-
uis munitam, quam poſſet ingredi aſellus auro
onuſtus [o]. Voco autem hîc pecunias communi 3
appellatione, prouentus, reditus, tributa, vecti-
galia, & reliqua id genus, quæ in compendium
veniunt reipublicæ: cùm pecuniæ nomen omnes
complectatur res, quæ in patrimonio ſunt, quæ-
ve nummo functionem accipere poſſunt [p]. Et in
pecunia, omne robur patrimonij antiqui poſue-

a Dion.Halic. li.6.Hiſto. Liuius.
b l.1.§.quibus autem permiſſum, quod cuiuſq; vniuerſ. nomin.lib.3.P. tit.4.
c 1.ad Cor.12. ad Eph.1. & 4. ad Col.1.c, fundamẽta, ca.17. de elect. in 6.
d vt in l.1. de Alex. prim. li. 11.C.tit.28.
e Galen.lib. 7. de decr.Plat. & Hippocratis. Et Hippocrates, libr.de oſſium natura lib.de arte, & alibi.
f Galen.lib.8. de adminiſtr. anatomicis.
g Galen. ex Hippoc.li.2.de locis affect.
h ca.1.de ſent. excom. lib. 5. Decr. tit. 10.c. cum inter.de conſuet. lib.1. Decr.c.4.
i Cic.pro lege Manil.
k Ariſt.1.Polit. c.7.& li.7.c.8.
l Caius in l. 1. §. quibus permiſſum, quod cuiuſque vniuer.nom.in P.
m Eccleſiaſtæ, c.10.
n Eccleſiaſtæ, c.7.
o Iuſtinus,8.& 9. Demoſthe. contra Aeſchinem.
p Paul.l.pecuniæ appellatio, l.4.& ſeq. l.pecuniæ verbum, l.178. de verb.ſig.in P.

runt [a]. Ideò & omnia vectigalia & res publicis neceſſitatibus ſubuenientes, pecunias dico publicas & neruos. Sic & ſenatores Neroni, volenti aliquando remittere omnia vectigalia, dixerunt fieri non debere, & diſſolutionem imperij ſecuturam, ſi fructus, quibus reſpublica ſuſtineretur, diminuerentur [b]. Et Papyrius iuriſc. [c] non obſeruandum ait, quod defunctus certa ſumma legata vetuit vectigalia exerceri: eſſe enim tolerabilia quæ vetus conſuetudo comprobat, eámque, vt damnoſam reipublicę reiicit voluntatem.

a l.lex, quę tutores, l. 22. de adminiſtr. tut. l.5.C.tit.7.

b Corn. Tacit. lib.13.annal.
c l. imperatores, l.13. de pollicit. libr.50.P. tit.13.

4 Arbitror autem, ab initio quidem prioris ſocietatis rudis, cùm coirent ex ſpecubus vel ſyluis in vnum homines, nulla adhuc ciuili prouidentia inſtructi, ſine publicis vixiſſe, nec ſeorſum quædam publicis deſtinaſſe vſibus: forſan quia omnia erant communia illis tum, vt ætate Saturni omnia communia fuiſſe tradunt [d]: Nam.

*Nec ſignare quidem aut partiri limite campum*
*Fas erat, in medium quærebant, &c.* [e].

Et tunc quoque vtebantur priuatis vt publicis, & ex illis pro negotiorum occaſione nullius habita ratione dominij in communia negotia expenſæ fiebant, donec à communione diſceſſum eſt, & quiſque rerum propriarum magis ſolicitè, quàm publicorum negotiorũ cœpit gerere curam: vnde & ſocietas humana & pax eius cœpit vnà diſſui, nemine exiſtente qui ſponte vt anteà publicis præuideret calamitatibus, nec de illis, donec illas impendentes & deciduas ſentiret, curaret. Quare neceſſitas, quæ aggeres, oppida, muros, & foſſas ad tutandam ſocietatem extruere compulit, coëgit quoque inter ciuiles leges & ea diſponere, quæ de pecuniis exigendis & conſeruandis ad negotia ſubeunda publica & communia, pertinerent. Sunt enim pleraque in republica, quæ præſentem deſiderant pecuniam, nec moras ad exactionem eius patiuntur, vt bellorum impenſæ, magiſtratuum ſtipendia, multáque alia, quæ ex
5 publicis ærariis ad manum eſſe debent. Quare & Plutar. refert [f], prudentiſſimè aduerſus bellorum neceſſitates, exactis regibus Valerium Publicolam in æde Saturni pecunias recondidiſſe publicas, vt tutę ſimul & paratę eſſent. Vero ſimile eſt, ſi verum non eſt, ab initio in ciuilibus ſocietatibus, idoneos ad gubernandam vel proregendam rempublicam ab aliis minus idoneis vel nolentibus onera perſonalia ſubire, iuuatos pecuniis, & ita alios operam & induſtriam, alios pecunias contribuiſſe: iuſta enim ſocietas, in qua illa contributio pecuniæ cum perſonæ induſtria fit [g]. Fuerúntque multi, qui ſequentibus temporibus ſponte iuuarunt publicum ærarium, vt quando Romani contra Hannibalem certantes viderunt exhauſtum ærarium [h]. Non tamen ſemper, ſed rarò accidit, neque ſpontaneæ quoq; oblationes vel auxilia ſufficere poſſe viſa ſunt. Quamobrem ex lege cœperunt imponi & exigi certa quædam annuatim vel alio tempore publicis & communibus negotiis deſtinata, hinc tributa, cenſus, vectigalia, & id genus ſimilia. Et ante imperij vel principatus conſtitutionem, ærarium hoc ex authoritate populi augebatur, & diſpenſabatur: at poſteà venit in ditionem principis, dum omnem ſuam in ipſum populus tranſtulit poteſtatem [i]: vnde & inter regalia hodie ſunt vectigalia, mulctarum, bonorúmque vacãtium compendia [k], & alia de quibus conflari fiſcum dicemus. Et cùm olim ex cõſenſu ſolùm ciuium & quorum intererat vectigalia poſſent imponi, hodie nõ poſſunt

d Macrob.li.1. Satur.c. 8. Lucian. in Chronolo. Ouidius, Metam. 1. Iuſtinus ex Trogo, lib.43.
e Virgilius, 1. Georgico.

f Plutarch. in vita Public.

g §. illa ſanè, de ſocie. apud Iuſtin. lib.3.tit. 26. Vlpian. in l. ſi non fuerint, l.29. pro ſocio. lib.17.P.tit.2. l. ſocietas, l. 5. eod.
h Liuius, li.4. decad.3.

i §. ſed quod principi, de iure nat. gen. & ciu. l.1. §. cum autem de vet. iur. enucle. C.
k §.1. quæ ſint regalia in vſibus feudor.

niſi conſulto & ſanciente principe [l]. Porrò com- 6
pendia hæc publica fiſcalia dicuntur, à nomine fiſci, quo colligebantur, vel conſeruabantur, vel transferebantur pecuniæ illæ. Fiſcus porrò, vas quoddam ruſticum, capax, contextum, ſparteum [m], quo recipiebantur pecuniæ, & deferebantur: ſi verum eſt fiſcinam à ferendo, vt ait Varro [n], dictam, cui affinis fiſcus. Et ideo accipitur continens pro contento, nempe fiſcus pro pecunia, quæ fiſcis continetur, vt apud Ciceronẽ [o], fiſci Sicilienſes, pro pecunia Sicilienſium, & eius reipub. ærario. Et apud Cornelium Tacitum [p], fiſci rapti imperatoris, id eſt, arcæ, in quibus deferebatur pecunia principis. Neque de nominis ſignificatione magna eſt controuerſia, eo excepto, quod quidam rati ſunt, ærarium fuiſſe pecuniam publicam, fiſcum verò principis propriam, ex Plinij iunioris authoritate [q], dũ ait ad Traia-
num: *At fortaſſe*, inquit, *non eadem ſeueritate fiſcum,* 7
*qua ærarium cohibes, imò tanto maiore, quanto tibi plus licere de tuo, quàm de publico credis.* Cui ſententiæ doctiorum quidam ſubſcripſerunt, mihi tamen non ſatisfaciunt, cùm confundi hæc legamus, & ad ærarium deferri dicat Paulus, pro de-
latione in fiſcum [r]. Ignorandum tamen non eſt, 8
principis bona duplicis eſſe generis, & conſiderationis: Alia namque poſſidet vt priuatus, ſine conſideratione principatus, quæ propriè fiſcalia non dicuntur, ſed patrimonialia: & proinde qui illis bonis præerat, dicebatur procurator Cæſaris [s], vel comes rerum priuatarũ [t]. Meminerunt & Cæſares de his bonis nomine priuatorum bo-
norum [v]. Et conſtat ex Strabone [x], & Zonara [y], 9
fuiſſe prouincias Romanas olim tempore Auguſti, diuiſas inter Auguſtum & populum: & reditus earum, quæ populo relictæ, fuiſſe delatos ærario. Fiſci autem ea fuiſſe, quæ in iiſdem per imperatores & eorum procuratores imponebantur
iure regio. Alia princeps bona habet, quæ vel 10
iure diadematis poſſidet, quæ annexa dicuntur coronæ, vel iure poteſtatis & authoritatis conceſſa: veluti quæ ex confiſcatione pendent. Cùm ea ſine ſuo permiſſu non fiat [z]. Et hæc ſolent dici fiſcalia, & rationalis procurator fiſci, & aduocatus fiſci, qui hæc curant vel defendunt [a]. Et quia hæc omnia ex arbitrio principis quandiu imperat diſpenſantur: ideo & cum nota improprietatis, quaſi [b], omnia publica iſta fiſci, quaſi propria di-
cuntur principis ab Vlpiano [c]. Nihil prohibet 11
etiam, vt inuentis addamus. Fiſci nomen aliunde declinare per rerum ſimilitudinem & metaphoram, vt fiſcus dicatur à Græco, φισκὸς vel φισκη, quod idem eſt Heſychio, quod κοιλία καὶ τὸ παχὺ ἔντερον, id eſt, vterus, vel craſſum inteſtinum viſcerum, cuius natura eſt in perfectis animalibus, non in his quibus vnum rectum tantùm inteſtinum, vt latitudine ſua contineat cibum immiſſum, & ſit cauſa cur aſſiduè alimenti ſubminiſtratione non egeamus, veluti in vrinis idem efficit veſica, teſte Galeno [d]. Cuius ſimilitudinem retinet ærarium in republica, vt inſtar vteri pecunias diſpenſandas poſteà paulatim ſimul recipiat, & ita fiſcus meritò, ſemper ſoluendo dicitur [e]. Vt tamẽ fiſcus maior eſt marſupio, ſic ærarium maius & capacius fiſco. Forſan & ærarium non iniquè dicemus eſſe nunc, *la chambre du threſor,* ad quam deferantur omni ex parte regni pecuniæ publicæ & fiſcales. Fiſcum autem & arcas fiſcales in prouinciis Theſaurarias, ad qu[...] minutatim collectiones factæ ex pagis, oppi[...] & ciuita

l l.final.C. de vulga.l.1. & 2. vect. nou. inſtit. nõ poſſe. C. c. innouam[9], de cẽſib. c. ſuper quibuſdã, de ver.ſig. l. vectigalia, l. 10. de pub. libr. 39. P. tit.4.
m Nonius Marcellus Pyrrhus Anglebert. Nonius libr.2. de magiſtrat. Colum. lib.12. de re ruſtic. ca.50. Aſcon. Pędia. 2. in Verrem. l. ſed addes, l.21 §. illud nobis, loca. in P.
n Varro, 4. de ling. Lat.
o Cice. 2. Verrina.
p Corn. Taci. li.1. Annal.
q Plinius, in Panegyri. ad Traianum.
r l. edicto, l.13. de iur. fiſci, li. 40.P.tit.14. Iuſtin. in §. pen. de vſuc. iuncta l. neque enim, 1. de reſt. mili. li.2.C.tit.51.
s Vlp. in l.1. de offic. procon. Cæſar. lib.1. P. tit.19.
t l.1. de offi. comit. rerũ priuat. lib.1.C.tit. 39.
v In ti. de feudis rei priu. & ſaltib. diu. domus, potiſſimùm in l.2. & & 3. li.11.C.tit. 65. l. bene à Zenone, de quadrien. pſcr. C.
x Strabo, li. fi. Geogra. in fin.
y Zonaras in Auguſto.
z l. 1. ne ſine iuſſu prin. lice. cert. iud. confiſc. lib.9.C.titul.58.
a de aduocat. fiſc. C.
b gl. in l. diuortio, §. ſi fundũ, in verbo, in alieno, ſoluto matrim.
c Vlp. in l.2. §. hoc interdictum, ne quid in loco pub. li. 43.P.tit.8.

d Galen. li. 4. de vſu partiũ. corp. human. c.18.

e l.2. de fundo dotal. li. 23. P. tit.5.



uitatibus deferuntur. Sic etiam decreuerat Iuſtinianus eſſe in ſingulis prouinciis arcas fiſcales [a]. Marſupium autem dicere poſſumus, quod dicũt exactionem, ſeu *la lieue particuliere,* quam conſules ſeu decuriones locorum & ciuitatum faciunt. Aerarium ab ære, quo tantùm olim loco pecuniæ antiqui vtebantur, nõdum ſignato auro vel argento [b]: vnde & tribuni ærarij: attamen alia pecunia, poſteà, retento priori nomine, ditatum eſt. Erátque Romæ ærariũ in ædibus Saturni, & in Nemis & Tibure ad incertos belli euentus theſauros reconditos habens. Sanctius tamen in ædibus Saturni, vbi viceſimarium aurum, quod ex viceſimis exigebatur, quod & vincéſimarium & chimiliarchum dicebatur. Ditatũ maximè ex manubiis hoſtium, & triumphis victorum: vt à Portio Catone ex Cypriis opibus direptis [c]. Ex Cypro namque Aſia deuicta, reportauit Cato quingenta millia talentorũ [d]. Scribit & Liuius [e], Appium Claudium Centonẽ ex Celtiberis ouantem, in hoc ærarium millia pondo argenti tuliſſe, & quinq; millia auri. Hoc ſanctum ærarium Florus vocat [f], Et effractum tradit à Iulio Cæſare in principio bellorum ciuilium, antequam imperium vſurpaſſet: cùm tamen ſanctum eſſet tribunis, non niſi vrgente neceſſitate illud aperire. Narrat & Plinius [g], cùm primo introitu vrbis in ciuili bello ſuo, ex ærario protuliſſe laterum aureorum 26. millia in numerato, pondo 300. fuiſſéq; in ærario populi Romani Sexto Iulio & L. Aurelio coſſ. ſeptem annis ante tertium bellum Punicum, pondo DCCXXVII. Argenti nonaginta duo millia & extra numerum CCC. & LXXXV. M. Item Sext. Iulio & L. Marcio coſſ. belli ſocialis initio DCCCXLVI. auri pondo. Deinceps tamen omnia æraria, cùm pro vno habeantur, ſunt dicta ſacratiſſima vel ſancta [h]. Fuerunt autem pecuniæ publicæ in diuerſa ęraria ſeparata, prout ex generali in quædam negotia deſtinatæ erant, veluti ærarium communibus pecuniis vectigalium excipiendis paratum, & negotiis ordinariis reipublicæ deſtinatum. Aliud additum militare ab Octauio Cæſare cum vectigalibus nouis, vt facilius quæ diſciplinæ & neceſſitati militari requireren-
12 tur, parata eſſent, vt refert Suetonius [i]. Erant & ante eum qui comitarentur rem militarem quæſtores, miſſi à populo Romano cum imperatoribus, id eſt, ducibus, conſulibus, & prætoribus ad adminiſtrandam rem pecuniariam, & prædam, ac manubias in rationes publicas referendas, vt obſeruare ſæpè licet apud Liuium, ex quæſtoribus qui ſortiti fuiſſent prouincias, vt ait Vlpianus [k],
13 dicere poſſumus hodie *Threſoriers des guerres.* Aerario, dum populus per conſules regebatur, præpoſiti erant & quæſtores [l], ab eo quòd inquirendæ & conſeruãdæ pecuniæ publicæ cauſa præfecti [m] eſſent. Tempore Romuli dicunt quidã duos quæſtores creatos, ſed incertum illud: certum tamen Tullij Hoſtilij tempore fuiſſe à populo & plebe electos [n]. Pomponius Lætus [o] tradit, temporibus etiam regum ab illis hos authoritate legis curiatæ à Lælio Bruto repetitæ inſtitutos, & illis eiectis à conſulibus: dehinc additos accedentibus vectigalibus vſque ad viginti, teſtatur Cornel. Tacitus [p]. In locum pręfectorum ærarij, ſunt
14 hodie, *les generaux des finances.* Quibus ſubſunt tribuni ærarij, quos receptores generales dicunt, & exactores ſeu coactores particulares [q], dicimus *commis,* & alij. Nã Romanorũ iure exactione facta particulari, exactio ad Theſaurarios cuiuſ-

a l.4. de nume ra. & actua. li. 12.C.tit.50.

b Plinius, lib. 34.c.1.

c Florus, lib.3. epito.c.9.
d Plin. lib.33.c. 33. Lucan. in Valer. Max. lib. 8. c.16.
e Liui. in primo decadis. 5.
f Florus, lib.4. c.2.

g Plin. libr.33. c.3.

h vt in l.2. de quadrien. pręſcrip. li.7.C.ti. 37. l. ſi de paga. & ſacrif. eorũ, C.li.1.tit.14.

i Sueto. Tranquillus, in Octauio, c.49.

k Vlp. l.1. §. ex quæſtoribus. de offi. quęſto. li.1.P.tit.13.
l Gellius, lib. 13.c.24.

m Pompon. in l. 2. §. deinde cùm ærarium, de origin. iur. Varro, 4. de ling. Latin.
n l.1. de offic. quæſtor. lib.1. P.tit.13.
o Læt. libr. de magiſtrat. Romanorum.
p Corn. Tacitus, li.11. & 16. annal.
q d. l.1. & 2. de offi. quæſto. li. 1.C.tit.33.

que prouinciæ proximos deferebatur [r]. Tabularij autem quos vocamus *contrerolleurs,* duo erant cum ſuſceptore in ſingulis prouinciis [s]. Exactores autem particulares ad ſuſceptorem ſeu receptorem generalem referebant pecunias à ſe exactas ſingulis quatuor menſibus, conſignatas cum nomine inferentis, die, conſule, menſe, cauſa, &
ſumma [t]. Et hodie etiam hîc ordo ſeruatur con- 15
quirendæ publicæ pecuniæ, vt eam conſules vel decuriones locorum exigant ſecundũ titulos illis miſſos, vocant *les mandes.* Dehinc iſti deferant ad ſuſceptores ſeu receptores: & receptores particulares, ad Theſaurarios generales: illi ad ſacrum comitatum, ſeu in locũ ærarij principis, vel alium locum à rege decretũ, vt ex conſtitutione Franciſci primi, quæſtores generales mittere debent
Lugdunum ad æs alienum regni ſoluendum [v]. 16
Iudicant iſti quæſtores prouinciarum cum præſidibus prouinciarum, ſeu iuridicis, præſente fiſci patrono [x] de cauſis inter fiſcum & priuatos. Et Lutetiæ propria eſt curia theſauri, quæ de his cognoſcit, reſeruata prouocatione ad curiam ſupremam, ex conſtitutionib. Franciſci primi regis eius
nomine Ianuarij 1543. & Februarij eiuſdem an- 17
ni. Anno ab vrbe Roma condita 709. tempore quo delatum eſt imperium Iulio Cæſari, adminiſtratio publicæ pecuniæ à quæſtoribus ad ædiles tranſlata, nec poſtmodum ad quæſtores rediit, ſed tandem viris prætoriis mandata eſt, & eo anno ædiles publicis theſauris præfuerunt, vt author Dion. [y]. Inſtituit autem Octauianus Cæſar [z]: anno ab vrbe 720. vt adminiſtrationi ærarij quotannis bini prætorij præficerentur. Cornel. Tacitus [a] de varia ærarij præfectura quæ fuit, in conſulatu Q. Voluſij & P. Scipionis conſulum ſic ſcribit. *Dein princeps curam tabularum publicarum à quæſtoribus ad præfectos tranſtulit variè habita & ſæpe immutata eius forma. Nam Auguſtus permiſit Senatui deligere præfectos: dein ambitu ſuffragiorum ſuſpecto, ſorte ducebantur ex numero prætorum qui præeſſent. Neque id diu manſit, quia ſors deerrabat ad patrum idoneos. Tum Claudius quæſtores rurſum impoſuit, iiſque ne metu affectionum extra ordinem honores permiſit. ſed deerat robur ætatis eum primum magiſtratum capeſcentibus. Igitur Nero præfectura perfunctos & experientia probatos delegit:* Claud. Cæſar collegio quæſtorum curam ærarij Saturni reddidit, quam medio tempore prætores, aut prætura functi ſuſtinuerant, teſte Suetonio in Claudio [b]. Et Cor. Tac. [c].

r l.1. de ca. largit. li.10.C.tit. 23.
s l. duo tabularij, l. 13. de ſuſcepto. li.10. C.tit.70.

t l.1. de apoch. pub. lib.10. C. tit.22.

v extat cõſtit. Henrici, 2. de l'eſtabliſſemẽt dũ Coffre du l'ouure anni 1556.
x ſecundũ formam, l.2. ſi aduerſ. fiſc. lib.2. C.tit.37.

y Diõ Caſſius, li.43. Hiſt.
z Diõ Caſſius, 53. li.
a Corn. Tacit. li.13. annal.

b Suet. in Claudio, c.20.
c Corn. Tacit. prædi. libr.13. annal.

## Cauſæ, quæ iuſtam impoſitionem & exactionem vectigalium, tributorum, & penſitationum publicarum faciunt. Cap. 3.

1 *Cauſæ tres legitimæ vectigalium imponendorum, releuatio imperij, conſeruatio dignitatis eius, vtilitas ſubditorum. Quare principi debeantur, rationes, finis, & effectus.*
2 *Non licet inconſulto principe tributa imponere.*
3 *Tributa quædam leuia dominum referentia. Trulla aurea, & porci, &c.*
4 *Præſtatio tributi quando dominium ſuperius ſignat, & quando dominus cenſualis directus dominus præſumatur.*
5 *Solum recognitionem non ſufficere ſine ſolutionibus cenſus ad probandum dominum directum, duas p oſſe probare.*

6 *Iure omni debita eſſe tributa. & ſolui debere principibus docetur.*

7 *Singula vectigalia probata, conſtitutionis ſuæ ſuas exhibent cauſas, vt pedagia ſecuritatem & facilitatem itinerum: Num qui illa ſoluit pro repreſſaliis capi poſſit eod. Damnum reſarciunt itinerantium, qui pedagia & guidagia capiunt.*

8 *De malis & oneroſis ſeu tyrannicis vectigalibus non imponendis.*

9 *Qui ademerunt vel minuerunt tributa populorum, vide num.* II.

10 *Facile populus nimium tributis preſſus, vel res relinquit, vel rebellat, vt exemplis docetur. Chilperici impoſitio nimium grauis tributorum coëgit populum in alienum regnum migrare.*

11 *Quando fraudantes vectigal Deo nec hominibus obligati tenentur, & de rebellantibus ob vectigalia noua.*

1 CVm conſtet ex ſingulorum facultatibus, & fortunis, atq; laboribus pecunias colligi publicas, vidi multos dubitãtes, num iſtæ exactiones & onera licerent principi, & num tyrannidi potius, quàm legitimo imperio eſſent adſcribenda. Quamobrem ne de rebus iſtis publicis diſputantes in poſterum, videamur ſepem iniquitati ædificare, paucis cenſuram meã, quando iuſta & debita ſint onera impoſita & tributa, aperiam. Itaq; dico licitè cogi exigíque has pecunias à populo, ſi aliqua ex tribus cauſis inde accedat, nempe, ſi ad releuanda onera imperij, vel ad conſeruandam dignitatem eius, vel ad vtilitatem communem omnium exigantur & expendantur. Duas primas exprimit Plinius iunior [a], tertia ſub vtriſque contineri poteſt. Rectè princeps qui ſuſtinet onera reipublicæ, dignitatémque, quiq; omnibus proſpicere debet, hæc tributa & cenſus & reliqua, quæ conflant patrimoniũ publicum, percipiet, qui pro omnibus vigilat, ab omnibus beneficij præmio accipere debet [b]. Nemo tenetur militare ſuis ſumptibus [c]. Secundum naturam quoq; eſt, vt qui ſentit onus, ſentiat & commodum [d]. Et quod quis pro conſeruatione rerum alienarum expendit, æquum eſt rependi [e]. Adde quod princeps velut ſponſus reipub. ſuæ eſt, vt optimè norunt Veneti, qui potiſſimùm in maritimis præualent: Dũ enim eligunt ducem, eúmque initiant, ſolemni modo coronatum iubent mare ſibi deſpõſare, iniecto annulo in ſymbolum veri & perpetui imperij [f]. Vnde & reip. bona dotis nomine tanquam ſponſo tradenda ſunt: qui enim onera ſubit matrimonij, penes ſe dotem habere debet [g]. Tertiò iuris regij eſt, cenſum imponere rebus & perſonis, iureque diuino probari [h]. *Reddite,* inquit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, conſultus an liceret dare cenſum Cæſari, *quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quæ ſunt Dei Deo* [i]. Poteſtas regum ad vtilitatem communem Dei ordinatione inducta eſt, nec poteſtas niſi à Deo [k]. *Ideo,* inquit D. Paulus [l], *tributa eis præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, hono-*
2 *rem.* Neque licet alteri vel præſidi prouinciæ collectas ſeu tributa inconſulto principe imponere, alioquin pœna quadrupli tenentur [m]. Quartò probantur & tributa propter ſubiectionis ius [n], quod potiſſimùm in debellatas gentes victoribus conceditur. *Si quando,* inquit Deus ad Moſem [o], *acceſſeris ad ciuitatem expugnandam, offeres ei primum pacem: ſi receperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo.* Eáque lege victi bello Chananei, facti fuerunt tributarij Iſraëlitico populo [p]. Et Salomon fecit tributarios eos qui remanſerant ſuperſtites à gladio Iſraëlis, de Amorrheis, Iebuſeis, Hetheis, Phereſæis [q]. Eratque hoc tributum veluti frænum, quo ſuperbia hoſtium deiiciebatur: vt ſcriptum quoque eſt, quòd Dauid abſtulit de populo frænũ tributi Philiſtinorum [r]. Deuicta Carthagine, Romani eius ciues & auxiliares tributarios fecerunt quoq; [s]: & alias pleráſque gentes, quas referre longum eſſet, inter quas pro nota ſubiectionis tributum fuit. *Bella,* inquit Oroſius [t], *maiores noſtri geſſerunt, bellis fatigati pacem petentes tributum obtulerunt. Tributum pacis eſt, nos tributum pendimus, ne bella patiamur: ac per hoc in portum ad quem illi tandem pro euadendis malorum tempeſtatibus confugerunt, nos conſiſtimus.*
Nec tam quantitas oneris, quantum qualitas 3
ipſius tributi conſideratur, ſed veluti ſignum imminutæ libertatis: quandoquidem quod tributi nomine aliquando dabatur, paruum erat & exiguum, ſed ſymbolum durum & graue, vt legimus quotannis Alphonſo Hiſpaniarum regi, pro tributo trullam auream à Genuenſibus penſitatam [v]. Et Foroiulienſes victi à Venetis coguntur ſingulis annis tributi nomine 12. porcos & 12. panes ſingulis exiſtentibus ducentarum præſtare librarum [x]. Sic etiam à nobis Dominus poſtulat decimas, vt eum qui nobis imperat cognoſcamus
facilius. Et in ſignum generalis dominij [y]. Illud 4
tamen quod dicimus tributi præſtationem arguere ſubiectionem domini eius cui præſtatur, intelligendum eſt, quando præſtatur principibus & regibus, non de cenſibus aliis directis dominis præbitis: Quia cùm ob diuerſas cauſas cenſus ſolui poſſit, quàm ob dominiũ vel ſubiectionem [z], cenſualis profeſſio, & tributorum ſolutio non ſolet præiudicare domino [a], quamuis in contraria ſententia ſit Baldus [b], qui præſtationem hanc ſemper arguere ſubiectionem ratus eſt. Quem tamen refellit Panormitanus [c] & Felinus Sandæus [d]. Si tamen accedãt alia ſolutionibus penſionum, ſignum poterit eſſe dominij, vt ſi ſolutio facta fuerit eo tempore quo alij ſubditi ſoluebant, & ei perſonæ quæ tantùm à ſubditis ſolebat accipere: Et ſi territorium ſiue ager ſit inter alia prædia ſubdita, vel ipſe inter ſubditos, vt diſputat Iaſon [e]. Et Maſuerius ſcribit [f], eũ præſumi dominum directum, qui habet cenſum annuum, vel penſionem ſuper certum fundum aut oppidum, potiſſimùm ſi inueniatùr vna recognitio cum ſolutionibus cenſus. Sola namq; præſtatio tunc ſufficit ad probationem dominij, cum longi temporis præſcriptione & inueterata redi-
tuũ ſuſceptione coniuncta [g]. Et Guido Papæus [h] 5
tuetur, vnam recognitionem non transferre quidem dominium, ſed ſufficere ad probationem dominij, vt confeſſionem extraiudicialem, quæ non inducit obligationem, ſed tantùm eius probationem [i]. Quæ tamen ſententia iure expreſſo reprobari poteſt [k]. Proinde ſola agnitio non ſufficiet, niſi & alia quæ dixi concurrant, quod & idem Guido Papæus ſcribit [l]. multo minus ſi poſt recognitionem non ſequatur vſus, puta non fiat ſolutio cenſus ſecundum illam, vt appareat inde non fuiſſe ius quæſitum [m]. Nam & poteſt eſſe error, vnde nec confeſſio falſa præiudicat [n]. Vim & facio in nomine, recognitio, vt ſit [illegible]eminata agnitio dominij, vnde ſola nõ ſufficiet, [illegible]a aliam præ-

a Plin. in Panegy. ad Traianũ.
b c. cùm ex officij ſui debito can. 16. de præſcriptio. li. 2. Decr. tit. 26.
c 1. ad Cor. 9. c. ita nũc illud, §. fin. 28. q. 1. ad Gal. 6.
d l. ſecundum naturam, l. 10. de reg. iur. l. fi, §. ſed cùm in ſecundam, C. de fur. lib. 6. C. titul. 2. l. vni, §. pro ſecundo, de caduc. toll. li. 10. C. tit. 50.
e l. 1. & 2. de negot. geſt. lib. 3. P. tit. 5.
f Gaſpar. Contarenus, lib. 1. de rep. Venet.
g l. pro oneribus, de iur. dotal. lib. 5. tit. 12. C. l. actione, l. 76. §. fin. pro ſoc. libr. 17. P. tit. 2. Paul. l. ſi is q., l. 57. §. ibi eſſe debet, de iu. dot. li. 23. P. tit. [illegible].
h 1. Reg. 8. Auguſt. li. 2. cont. Fauſt. Manich. c. 74.
i Matthæi 22. Marc. 12.
k 1. Petri 2. & 2. ad Roma. 13. Sap. 6.
l ad Rom. 13.
m l. placet, l. 9. de excuſat. munerum, lib. 10. C. tit. 47. l. perequatores, de cenſib. eo. lib. C. & c. igitur vt iudic. ſi ne quoq; ſuffr. cum ſimilibus, ibi nota.
n c. 2. de cenſi. lib. [illegible]. Decr. tit. 39. c. accedentibus, c. 15. & c. recepimus, c. 8. de priuil. lib. 5. Decret. ti. 33. l. comperit, de præſcr. 30. vel 40. ann. C.
o Deut. 20.

p Ioſue, 27.
q 3. Reg. c. 9. 2. Paralip. c. 8.
r 2. Reg. 8.
s Appia. Alex. in Lybico.
t Oroſius, li. 5. in princ.
v Anto. Pan. li. 4. de dict. & fact. Alphonſ. c. 22.
x Flaui. Blondus, li. 5. decadis 2.
y ca. cùm non in homine, ca. 23. de decim.
z c. recipimus, 8. de priuil. lib. 5. Decre. tit. 33.
a l. ſi functionis, 4. l. cenſualis profeſſio, l. 7. de donat. li. 8. C. tit. 54. l. ſolennibus, l. 25. de rei vendic. lib. 3. C. tit. 32.
b Bald. in l. ſolet, 2. col. 2. de offic. proconſ. & leg.
c Pan. in c. fin. num. 2. 3. 4. 5. 6. de cau. poſſeſ. & propriet. & in c. peruenit, de cenſib.
d Felin. in ca. cùm Bertholdus, nu. 26. & 27. de ſent. & re iud.
e Iaſ. in l. placet, in 2. lectura, de ſacroſ. eccleſ. C.
f Maſueri. in tit. de loca. & iur. emphyt. §. 1. citat. & gloſ. pen. c. conſtitutus, de reli. domib.
g l. litibus, l. 19. de agric. & cenſib. lib. 11. C. tit. 47.
h Guid. Pap. deciſ. 272.
i l. Publia. 26. §. fin. depoſ. in P. li. 16. tit. 3.
k per leg. cùm ſcimus, l. 21. de agric. & cenſi, li. 11. C. tit. 41.
l Deciſ. 315.
m Ioan. Faber in §. eque, verſi. tertio quæritur, de actio.
n l. nec ſi volẽs, l. 6. & l. interrogatũ, 24. de libera. cau. li. 7. C. tit. 16.



ſupponit, quæ nõ extat [a]. Dubium enim non eſt geminas agnitiones fidem facere [b]. Alioquin ſine ſolutionibus vnam non ſufficere dicimus, & res natura præſumi liberas, niſi dominus qui pręſupponit ius de eo doceat, vt fusè diſputat Guil-
6 lelmus Benedictus [c]. Quintò iura pontificia & regibus & ſuperioribus tributa & cenſus iubent ſolui [d]. De iure ciuili porrò id dubium non eſt, cùm extent tituli de publicanis & vectigalibus: de colonis & tributis, &c. Imo vtrunque ius omnia dominia rerum pendere ex imperatoris voluntate ſeu principis volunt, & inde manaſſe: & poſſe non tantùm cenſus in his per illos imperari, ſed etiam adimi res, & omnia imperatoris eſſe [e]. Et conſtitutionibus Apoſtolicis [f]. *pendito te regibus & magiſtratibus tributum, vectigal, atque*
7 *omnem collationem grato animo.* Habent & poſtremò ſingula ferè genera vectigalium, quãdam rationem adhuc ſuæ inſtitutionis: vt ſi de vectigali, quod pedagium dicitur, inquiras, inuenies penſitari meritò, quia inſtituta ſunt vectigalia in itineribus periculoſis vel difficilibus, vt ex illa penſitatione qui eam capit, tutum iter præbeat, & aſpera vel difficilia complanet [g]. Vnde Baldus [h] tradit ex Oldrado, quòd ſoluens iſta pedagia non poteſt capi pro repræſſaliis ſeu clarigatione: quod tamen hodie non ſeruatur, vt ait Ludouicus Romanus [i]. Verumtamen dominus qui colligit vectigal huiuſmodi à tranſeuntibus per ſuum territorium, tenetur reſarcire omnia dãna quæ paſſi ibi ſunt qui ſoluunt [k]. Sicut & breuiculũ, quod vocant Guidagium Armoricę princeps rectè exigit, & introduxit: cùm enim Armorici principes ac reges priſci, ſcopuloſo & importuoſo littore, crebra naufragia fieri proſpicerent, edicto ſtatuerunt, ne iniuſſu ſuo, freto excedere liberum eſſet: ſoluentibúſque periti maris & littorum, venię teſſeram ſeu breuicula nauigaturis darent [l]. Sic enim futurum eſt, vt nec illicitæ merces ad barbaras gentes deferantur, & naues quæ à portu vel littore dimittuntur, nullam concuſſionem vel damna ſuſtineant, ſi naucleri deponant in quam prouinciam ituri ſunt [m]. Vectigalia quoque mercium & perſonarum vel maximè proſunt & vtilia ſunt principi, vt norit quæ merces in regnum importentur vel quæ exportentur: quædam enim ſunt, quę non licet barbaris communicare [n], ſic de ſimilibus. Hócque ius tributorum gentes omnes probarunt, vt ex nationum moribus obſeruatis, quid quãtúmue ſolutum ſit, poterit colligi, vt de Græcorum tributis plura apud Ale-
8 xandrum ab Alexandro [o]. Nec ignoramus tamen pleraque onera ferè importabilia humeris ſubditorum imponi à principibus: verùm & nos de illis non loquimur, ſed interim ea quoque iure imponi poſſe dicemus, non habita ratione ad id quod fit, ſed eius quod fieri debet [p]. Boni quippe paſtoris eſt pecus tondere, nõ deglubere, vel ad viuum vſque radere, vt ſcripſit Tyberius Cæſar Aemilio recto, qui Aegypto præerat, mittenti maiorem ſummam conſtituta [q]. Edoardi primi regis Angliæ ſanctiones interdicta fuit regibus citra conſenſionem, conſiliúmque vniuerſæ Angliæ plebeia tributorum indictio anno Domini 1298 [r]. Si enim fieri poſſet, vt ſine vectigalibus ſaltem extraordinariis regnum eſſet, fœlices eſſent ſubditi & imperantes: vt contrà infœlices vtrique, vbi onera illa frequentantur, & modi exhauriendi marſupia augentur, & conquirun-
9 tur. Populus enim tributis oppreſſus vel rebellat, vel miſerè interit. Nicephorus Botoniatus, poſtquam orientis imperator fuit coronatus: quicquid fiſco deberetur in vniuerſum aboleuit, ac nouas tabulas magnifico edicto inſtituit [s]. Optimè Pertinax Imperator vectigalia omnia quæ ad contrahendas pecunias tyranni excogitauerant, in fluuiorum ripis, vrbiúmque portis,
pérque vias & itinera, penitus remiſit [t]. Iuſta 10
aliquando exordio poſſunt eſſe vectigalia, ex cauſa vrgente tunc, vt ob bellorum impenſas maximas: at quando cauſa ceſſat, iniuſta ſunt, ſi exigantur, & populus qui in neceſſitate confert vel ſpontè, dum ſine cauſa onera perſeuerant, calcitrat, vel res incultas abiicit. Sicuti quando Chilpericus deſcriptiones nouas & graues in regno fieri iuſſit, multi relinquentes ciuitates quas incolebant, vel proprias alia regna petierunt, ſatius ducentes peregrinari quàm tali ſubiacere periculo: ſtatutum enim fuerat, vt poſſeſſor de propria terra vnam amphoram vini pro aripento daret, vt author Grego. Turonenſis [v]. Dicebat Philippus 6. rex [x], *declaramus inſuper intentionis noſtræ non eſſe, quod gabellæ & impoſitiones noſtræ ſemper durent, &c.* Periander Corinthiorum rex à nemine tributum exegit, ſed reditibus fori & portuum contentus fuit [y]. Erythrius præfectus vrbis ſub Zenone, cùm neque fiſcum ſufficere cerneret, neque onus imponere maius tributis quàm conſtitutum eſſet, ſuſtineret, aut improbè quippiam facere, quippè vir humanus: fiſcus autem eſſet profuſione Zenonis exhauſtus ab his quæ Leo ibi reliquerat, eorum quæ deberentur à Zenone donatione petita, magiſtratu abiit cum dolore ciuitatis [z]. Marcus Antonius Philoſophus, ne exactionibus vectigalium & tributorum, ærario ob bella exhauſto, populum oneraret, auctionem veſtium imperatoriarum fecit, vendiditque pocula aurea, Chryſtallina, myrrhina, & vaſa regia, veſtem vxoriam ſericam & auratam, & gemmas, vt ſcribit Iulius Capitolinus [a]. Tempore etiam commotionis Clodianæ vectigalia populi Romani abrogata ſunt à Metello Nepote, vt obtemperaretur populo, vt author eſt Dion [b]. Apollonius Tyaneus [c], de officio regis Veſpaſianum admonens, *nec ea,* inquit, *æſtimes, quæ ex collatione tributorum à gemitibus hominum proueniunt: atrum enim ſordidúmque putandum eſt aurum, quod ex lacrymis oritur. Diuitiis autem optimè vteris ſuper omnes reges, ſi cum egentibus eas communicaueris.* Nouit & hoc Traianus ampliſſimus Cæſar, cùm deteſtari cœpit impias exactiones. Dixit enim fiſcum lienem, nam ſicuti liene creſcente in corporibus noſtris, artus reliqui tabeſcunt: ita turgente principis fiſco reliqua ciuitatis membra marceſcunt & ægrotant. Vt ſi quis princeps velit corpus reipubl. validum eſſe, oporteat fiſcum non habere tumentem [d]. Vnde & Alexander Seuerus vectigalia ciuitatibus, ad proprias fabricas earum de-
putauit [e]. Iuuenalis rectè certè hac de re ſentit, 11
non eſſe ſpoliandas prouincias tributis, alioquin imminere bella, dum ait [f].

*Curandum in primis, ne magna iniuria fiat.*
*Fortibus, & miſeris, tollas licet omne quod vſquam eſt*
*Auri atque argenti: Scutum gladiúmque relinques:*
*Et iacula, & galeam. Spoliatis arma ſuperſunt.*

a arg. l. ſi quis in aliquo, de fide inſtrument. C.
b Barto. in d. l. cũ ſcimus, nu. 7. de agrico. & cenſi. li. 10. C.
c Guillel. Bened. in repe. c. Raynutius, in verbo & vxorem nomine, deciſ. 2. nu. 20. & ſeq.
d c. ſi tributũ, & c. magnum, 11. q. 1. c. tributum, 23. q. 8. c. cõuenior, eo.
e c. quo iure defendis, 8. diſtin. l. bene à Zenone, de quadri. præſc. C. l. Lucius, de euict. in P.
f D. Clem. lib. 7. conſtit. Apoſtolic. c. 17. & lib. 4. c. 13.
g Ludou. Roman. in l. 1. de publ. ad §. hic tit.
h Bald. in c. 1. quæ ſint regalia, in vſibus feud.
i Rom. vbi ſupra.
k Bald. in c. 1. qui feud. dar. poſſ. & in ca. 1. de pace iurament. firman. arg. l. ne quid, l. 3. de incend. ruin. & nauf.
l Argentæus, in conſuetud. Armori.
m Gratia. Cæſar, in l. vni. de littor. & itine. cuſto. li. 12. C. tit. 45.
n tit. quæ res expor. neque. li. 4. C. tit. 41.
o Alexand. ab Alexan. lib. 4. geniali. dierũ, cap. 10.
p vt in l. pen. de iuſt. & iur.
q Diõ Caſſius, li. 57. Hiſtor.
r Polyd. Virg. in Hiſtor. Angliæ.

s li. 1. iur. Oriẽtal. in conſtitutione. 2. Botoniatis de releuatio. fiſcal. debitorum.
t Herodi. in 2.
v Greg. Turonen. li. 5. Hiſto. Franco. c. 27.
x in parte vlt. ſtyli parlamẽti Aufrerij, tit. de taliis & exactionib. conſtitutione Philippi 6. anno 1358.
y Heraclides, in politiis, in repub. Corint.
z Suidas, in verbo Erythrius.
a Iul. Capitol. in Marco philoſopho.
b Diõ Caſſius, lib. 55.
c Philoſt. de vita Apollon. lib. 5. c. 13.
d notat Philippus Beroal. in periphra. ad vitam Auguſtin. Cæſaris. Cæl. Rhodigi. li. 4. c. 18.
e Ælius Lamprid. in vita Alex. Cæſar.
f Iuue. Saty. 8.

Et dicebat Symmachus, *ſi tributa adiiciantur inſolita, forſitan conſueta ceſſabunt* [a]. Neque defuerũt qui odio onerum, & multo magis ob perniciem publicanorum, fraudantem vectigal, dixère nec Deo, nec hominib. teneri obligatum [b]. Quod tamen intelligendum eſt, ſi principis aſſenſu vectigal non probetur, vel longa conſuetudine, cuius initij non extet memoria, vel illegitimũ in ſumma ſit. Rebellarũt aliquando Dalmatæ Romanis ob iniuriam exactionum & tributorum, cum quibus tractans de pace Tyberius, qui Cæſaris partes agebat, interrogauit Batum eorũ ducem, cur ita rebellarent, & deficerent à Romanis: is autem reſpondit, vos ipſi in culpa eſtis, quòd ad veſtros greges cuſtodiendos, non canes paſtoréſue, ſed lupos mittitis, idipſúmque & in ſecunda rebellione reſpondit [c]. Naturalis eſt hominibus libertas, & facile ad naturam propriam quodlibet reuertitur. Vnde & facilis ob onera, à ſeruitute ad libertatem proclamatio, & ad ſeditionem ob id prona turba, quando quidam Ioannes, paſtor pecorum, ad Niclaushauſſem in Franconia anno Dñi 1476. telonia & vectigalia non perſoluenda magiſtratui, aquas & nemora eſſe omnibus libera docuit, quem vſque ad triginta millia hominum ſecuta ſunt: donec eum tandem Herbipolenſis epiſcopus pro hæretico combuſſit, vt ſcribit Munſterus. Tempore Caroli 6. etiam regis Galliarum, Burgundionum dux cum valido exercitu Sequanam traiecit, non pauca oppida recepit, prædicans ſe rerum omnium, vectigaliúmque, præterquã ſalis immunitatem adferre, ac miſeriarum omnium finem, vt narrat Paulus Aemilius [d]. Anno Domini 1381. in Anglia ingens ſeditio contra procuratores & exactores tributorum & vectigalium nouorũ indictorum plebi per capita, vt Cantiani ad arma plebem vocauerint, regem ipſum Ricardum ſecundum obſederint Londini, & vrbem diripuerint. Sequentíque anno ob eadem vectigalia noua, ferè per totum occidentem tumultus ſæuiſſimi ſuborti: vt apud Gandauos & Flandros caputiorum alborum rebellantium, & Pariſiis quoque [e]. Propter nimia tributa quæ releuari ſibi petebat à rege Roboam filio Salomonis populus, deſciuerunt ab eius imperio 10. tribus ex duodecim, & fecerunt ſibi regem Hieroboam, Adurámque qui erat ſuper tributa, lapidauit omnis Iſraël [f]. Parthenius, quòd apud Theodobertum Francorum regem nouorum tributorum author eſſet, à populo lapidibus quoque obrutus eſt [g].

a Symmachus, epiſt. 13.
b colligunt ex Bartho. Paulo Caſt. in l. vectigalia. de publica. in P.
c Diõ Caſſius, li. 55. Hiſt. Roman.
d Paul. Aemil. libr. 10. Hiſtor. Franco. in Carolo 6.
e Narrat. Pol. Virgi. libr. 20. Hiſt. Angli. in Ricardo 2.
f 3. Reg. 12.
g Greg. Turonẽſis, li. 3. Hiſt. Francor. c. 36.

## De finitione ſubſtantiali rei fiſcalis, & diſtinctione generali rerum fiſcalium. Cap. 4.

1 *Quid fiſcus in ſubſtantia.*
2 *Qui præter principem ius ærarij & fiſci habeant. Inſubrum ciuitates regalia habent ab Imper. Frederico & Henrico 6. Item Patricij in Gallia ſeu pares, & alij comites, & abbates.*
3 *Epiſcopos habere fiſcum docetur, & quatenus.*
4 *Ciuitates liberæ ius fiſci habent.*
5 *Fiſcus duabus rebus ditatur, vectigalibus ſeu tributis, & compendiis pœnalibus.*
6 *Vectigalis nomine comprehendi plura.*
7 *Tributum quare dictum.*
8 *Priuatorum in tributis & cenſorum officium, & conqueri licitum contra eorum fraudem.*
9 *Alia generalia nomina, & ſynonima tributi, functiones, munera publica, functiones gabellæ, & quare dictæ Gabellæ, & quædam horum differentiæ.*

Fiſcus itaque erit, ærarium principis, ſeu 1
alterius qui eius authoritatem habet, in quod pecunia ex publicis exactionibus ſeu penſionibus & pœnalibus iudiciis infertur. Sic enim placet nunc verbum fiſci generaliter finire. Quomodo fiſci ius ceſſerit in principis manum, iam paulò antè docuimus: at alij cuiuſcunq; ſint ordinis ditioni principis ſubditi, ius fiſci propriè habere non dicuntur, niſi ſingulari conceſ-
ſione regalia iura à rege habeant. Quemadmo- 2
dum Inſubrum quædam ciuitates, quibus cum mero & mixto imperio, regalia quoque imperatores Fredericus, & Henricus 6. aliquando conceſſerunt [h]. Quarum præcipuæ Mediolanum, Papia, Lauda, Nouaria, Verſellæ, & aliæ quas enumerat Strabo [i]. Habent & hoc ius Galliæ patricij, quos pares Franciæ dicimus, & quidã comites, & abbates, qui participem principem ſuorum bonorum & territorij olim fecerunt, vocant pariagium, qualis epiſcopus & comes Caturcenſis, Abbas grandis ſyluæ, & alij ſimiles qui ius confiſcationis habent in temporalibus: quod ius confiſcationis pendet ex mero & mixto imperio: atque ideo non ſolùm ex principis expreſſa conceditur poteſtate, ſed etiam tacita ex præſcripta
conſuetudine [k]. Perſonæ quoque eccleſiaſticæ 3
in ſpiritualibus cùm ſuperiorem regem non habeant, fiſcum habere dicuntur [l]. Habet & eccleſia vniuerſalis theſaurariam [m]. Negauit hoc Baldus [n], in epiſcopo, quẽ dicit non habere fiſcum, ſed eum, ſuóſque aſſeclas improbant Butrigarius, Immola, Panormit. & alij [o]. Et latè Felinus [p]. Obſeruandum tamen eſt, in caſu quo clericus ad perpetuos damnatur carceres, & bona confiſcantur, Epiſcopi fiſcum capere tantùm mobilia, dominum autem temporalem loci, cui ius eſt confiſcationis, vel regem, immobilia, vt annotauit Ioan. Andreas [q]. Et ita iudicatum eſt areſto ma-
gni cenſilij regis, anno Domini 1486. Ciuitates 4
quoque quæ liberæ & ſui iuris ſunt, quæue rempub. faciunt, alicui non ſubditæ, proculdubiò fiſcum habent & ius confiſcationis: aliæ nequaquam [r], etſi habeant ex permiſſione arcã communem ad exemplum Reipub. [s] quia nec bona inter illos communia publica propriè dici poſ-
ſunt [t]. Ex aliis verbis finitionis fiſci conſtat fiſ- 5
cum vel ærarium augeri & ditari ex duplici pecuniarum genere, videlicet ex pẽſitationibus ſeu collationibus vel vectigalibus publicis, & ex pœ-
nalibus compendiis. Vectigalis publici nomine 6
continentur quæcunq; inuehuntur in fiſcum, ſiue pẽſiones tributa ſiue itineraria, portoria, & id genus ſimilia ſint [v]. Sicut vectigalia priuata, omnes prouentus dicuntur rerum propriarum [x]. Quanquam interdum ex proprietate nominum iſta ſeparentur. Et vectigal & tributum ſeorſum aliquod habeant diſcrimen [y]. Marcus Terentius Varro [z], omnem cenſum, tributum dicit, & hoc
dictum à tribubus, quòd ea pecunia, quæ à po- 7
pulo imperata erat tributim à ſingulis proportione cenſus exigebatur, & ob hoc ea quæ aſſignata erat, attributum dicebatur. Hincque pecuniam reddere debebant, Tribuni ærarij. Siquidem Romulus in tres partes populum diuiſit, harúmq; quamlibet in decem, illas tr[ibu]s, has curias

h in l. nos Romanorum imperator, tit. de pace Conſtãt. in fine feudo.
i Strabo, lib. 5. Geogr.
k gl. in §. nulla exiſtente licẽtia, in verbo, iuriſdictione, de defẽſor. ciuit. in authen. coll. 3. tit. 2. Io. de Platea, ſuper rubric. de iure fiſc. li. 10. C. verſ. 5.
l glo. in c. quia diuerſitatẽ in verbo præter eius, de conceſſ. præb.
m clem. 2. de hæret. ap. Clemen.
n Bald. in rub. de iure fiſci. C.
o præd. aucto. in d. c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb.
p Felin. in ca. irrefragabili, §. cæterùm, in 4. concluſ. nu. 11. de offi. iudi. ordin.
q Ioan. Andr. in additio. ad Specula. tit. de feud. §. quoniã verſ. 40.
r Bart. in l. itẽ veniunt, §. ait ſenatus, num. 2. de petit. hereditat.
s l. 1. §. quibus permiſſum, quod cuiuſ. vniuerſ. nom.
t l. eum qui, vectigal, de verbo. ſign.
v l. imperatores, l. 7. de public. & vect. in P. l. 1. ſi ager vectigal. vel emphyt. peta.
x l. arbores, 66. §. fi. de vſufru. li. 7. P. tit. 1.
y vt in l. 1. §. hic, ti. de pub. & vectig.
z Varro, lib. 5. de ling. Lati.



rias dixit: Græci illas φυλὰς, has φρατρίας, vel λόχους [a]. Quemadmodum & Plato [b], tributa diſponi debere ait, habita ratione cenſus cuiuſque ciuis, delatis reditibus fructuum annuorum ad magiſtra-
8 tus per tribules. Cuius rei gratia etiam nũc peræquatores creati, & olim cenſores, qui cenſum cuiuſque examinent, rerum fertilitatem, & ſterilem frugem [c]. Aduerſus quorum & in tabulariorum fraudem licitum eſt conqueri, ſi diuitum ſarcina
9 in inferiores transferatur [d]. Vocantur & omnia tributa ſeu vectigalia alio nomine, functiones publicæ, & executiones ſeu præſtationes munerum, ſiue realium, ſiue perſonalium [e], collationes [f]. Nempe functiones ob æſtimationem rerum & perſonarum, quæ functio dicitur [g]: vt etiam aliquibus dicuntur gabellæ, id eſt limitatio æſtimationis & definitio, id enim גבלות gabelut apud Hebræos ſignificat, id eſt, limitationem, à verbo גבל gabal, limitauit, finem poſuit. Vectigalia, item & functiones [h]. Vectigal ſeparatim pro eo, quod pro euectione rerum vel inuectione penditur, cuius nomine communis penſitatio erat octaua pars pretij [i]. Tributum, penſio, vel annona, quæ præſtatur ratione poſſeſſionis prædiorum proprij iuris exiſtentium [k]. Rurſum & tributum à reliquis penſitationibus ſine cenſu, qui in auro & argento ſeiungitur [l]. Sic apud Græcos τέλος & φόρος differunt, nam φόρος propriè tributum, quod pro regione penditur. τέλος verò pro mercibus, vt Ammonius notat.

a Dion. Halic. lib. 2.
b Plato, 12. de repub.
c l. 2. & l. peræquatores, & l. ſi peræquatore, de cenſib. lib. 11. C. l. forma cenſuali, eod. in P.
d l. 1. & l. qui grauatos, de cenſib. li. 11. C.
e c. audien. de defenſor. ciuita. in authent. collat. 3. tit. 2. l. immunitates, l. 9. de agric. & cenſ. lib. 11. C. tit. 47.
f l. 2. de prætorib. & honor. prætu. li. 12. C.
g l. 2. §. 1. de rebus credit. l. pretia rerum, ad l. Falc.
h l. omniũ, de vectig. & commiſſ. libr. 4. C. tit. 61.
i l. vniuerſi, & l. expræſtatione, l. à legatis, de vectigal. & comm. C.
k l. 1. de ann. & trib. lib. 10. C. l. 2. & fi. ſine cẽſ. & reliq. fund. comp. nõ poſ. l. 1. & 2. ſi prop. publ. penſitat. vẽd. ſu. celebr.
l l. fin. ſi propt. publ. penſitat. &c.

## De penſitatione canonis publici. Cap. 5.

1 *Penſitationum in fiſcum delatarum quatuor ſpecies, Canon, oblatio, indictio, patrimonium principis. Item canon quid, idémque quod domanium. Canonem nec reſcripto principis minui poſſe, niſi ex certa eius ſcientia.*
2 *Morticinij impetrandi formula.*
3 *Exactiones ordinariæ ſeu canonicæ, vel reales, vel perſonales: & de ſingulis, & quibus impoſita rerum tributa & perſonalia.*
4 *Lege Thoria remiſſa vectigalia fundis Italicis impoſita, exceptis qui iuris eſſent Italici.*
5 *Tributa realia penduntur ab aliis qui fructus percipiunt prædiorum, & fructus pro penſione obligati.*
6 *Iuris canonis erant annonæ à prouincialibus præſtitæ, conſiſtentis in frumento, larido, vino, oleo, & ſimilibus, de quibus inibi.*
7 *Præſtationes canonis leges accipiunt à conuentione vel conſtitutione prima, & diuerſa agrorum impoſita à Romanis præſtatione. Decima arborum & frugum & aliarum, fructuum & pecorum quinta.*
8 *Cenſuales & tributariæ prouinciæ ab Auguſto quomodo factæ, & quæ ſtipendiariæ dictæ prouinciæ populi, & tributariæ Cæſaris prius ideo in dominio populi vel principis reſeruatis fructibus colonis.*
*Italicorum & ſtipendiariorum & tributariorum prædiorum differentia ratione proprietatis.*
9 *Darius apud Perſas prius Satrapeia tributa in certam exactionem redegit.*
10 *Perſonale vectigal ſeu tributum dictum, & capitale, & quale impoſitum à Romanis Carthaginenſib. & eorum auxiliariis.*
11 *Capitale & Hebræis impoſitum.*
12 *Romana plebs à capitatione exempta, & Thracenſes coloni. Iugatio tributum eod. & circa finem capit. Capitatio tranſmigrationis in colonias alias quæ.*
*Heſychij lectio emendata. Drachmæ valor noſtrorum nummorum. Capitatio virorum & mulierum diuerſæ præſtationis pro diuerſitate locorum. Capitatio animalium.*
13 *De gradibus cenſus Romanorum, legum Platonis, & Athenienſium remiſſiuè.*

Penſitationum, quæ ad ærarium prin- 1
cipis deferuntur quatuor ſunt in vniuerſum ſpecies, canon, oblatio, indictio, patrimonium principis: quod & iiſdem quibus fiſcus potitur priuilegiis [m]. Canonis nomine propriè id, quod domanium dicimus, ſignificatur. Canon dicitur, quod perpetuo & eodem modo exigitur à principe ſeu à fiſco, ex rebus, vel perſonis. Ordinaria exactio ſiue cõnſueta [n] omnibus ſine exceptione, qui res canonis poſſident, communis [o]. In quo nec aliud pro alio ſolui poteſt etiam ex reſcripto impetrato à principe [p], immutabili forma canonis ex lege Zenonis remanente [q]. Lædunt enim publicam cauſam, & damnoſa ſunt fiſco hæc reſcripta, & ideo improba [r]. Nec prætextu eorum quiſquam eximitur ab onere vtilitatis publicæ [s]. Quod enim omnibus vtile eſt, priuato commodo preferri debet [t]. Neq; princeps intelligendus eſt conceſſiſſe quæ damnoſa aliis ſunt [v], qui dum quidam eximuntur à canone, onus grauius ſentiunt.
Leuius autem eſt, quod à pluribus portatur. In 2
quibus iudices ſequentur praxim ex iure depromptam [x], vt ſi quando exhibeantur huiuſmodi reſcripta immunitatis à tributis, qualia illa quę aliquando conceduntur nobilibus vel eccleſiis, vocamus *Amortiſſemens ou affrãchiſſemens*. Ne ea ſtatim admittantur à curiis, nec deſcribantur, donec plenius de hoc negotio princeps certior fiat [y], & iuſſio eius ſecunda ad eoſdem iudices dirigatur. Tunc enim princeps cenſetur de negotio admonitus, & ex certa ſcientia derogare iuri communi: quo caſu tunc voluntas eius debet impleri, dummodo exequatur impetrans quæ moris ſunt in Gallia, vt in camera computorum deſcribat exemptionem, & componat, vel ſoluenda ſoluat, vt fieri ſolet, pro huiuſmodi extin-
ctione ſeu morticinio [z]. Ordinariæ exactiones 3
ſeu canonicæ, ſunt aut reales, aut perſonales, hoc eſt, vel ratione rerũ mobilium vel immobilium, aut perſonarum exiguntur. Antiquitus habito ciuium Romanorum cenſu & facultatibus per iuſſum Hoſtilij deſcriptis ſecundũ patrimonium cuiuſque onera imponebantur [a]. Vnde & diximus tributum dici à tribubus Romanis, quibus præſtatio imperabatur [b]. Cæterùm paulatim creſcẽtibus opibus Romanorum, ipſi quoq; paulatim tributis ſe exonerarunt, potiſſimum quo tempore L. Paulus Aemilius gazas Macedonum poſſedit, & ex manubiis ducum ærarium ditatum eſt: factis reliquis ſubactis prouinciis, tributariis, vt authores Plinius [c], & Cicero [d]. Nec poſteà præſtitit tributum Romanus vſq; ad conſulatum Hirci & Panſæ, teſte Plutarcho [e]. Et anteà quoq; plebs, nempe homines rei domeſticæ anguſtiis inopes, pauperes viduæ, pupilli, ſecundo ab exactis regibus anno, exonerati fuerant tributo [f].

m Vlpia. in l. fiſcus, §. fin. de iur. fiſ. li. 49. P. tit. 14. Iuſtin. in l. 3. de quadr. præſcri. li. 7. C. tit. 37.
n l. placet, l. 5. de ſacroſ. eccleſ. C.
o l. fundos. l. 10. de fũdis patrim. lib. 11. C. tit. 11. l. nemo, l. 7. de fund. rei priu. l. 11. C. tit. 65. l. 1. de immunem. conce. l. 10. C. tit. 65.
p l. fin. de can. vrb. Romæ li. 11. C. tit. 22. l. fi. ne rei domin. vel templ. &c. libr. 7. C. l. 1. de petit. bono. ſubiat. lib. 10. C. tit. 12.
q l. fi. de ca. largit. tit. li. 10. C. tit. 23. l. 1. eo. ti. l. 2. de ca. vrb. Romæ li. 11. C.
r l. fi. ſi con. ius vel vtilit. pub. C. li. 1. tit. 25. l. 1. de prec. impera. offer. lib. 1. C. tit. 22.
s l. iubemus, l. 10. de ſacroſ. eccleſ. C.
t l. actione, l. 66. §. Labeo, pro ſoc. lib. 17. P. tit. 2. l. vni. §. penul. de cad. toll. libr. 6. C. tit. 50.
v l. 2. & l. meritò, & l. ſi quis à principe, ne qd in loc. pub. li. 43. P. tit. 1.
x ex §. & hoc verò iubemus, vt nulli iudic. lice. habe. loc. ſeruat. collat. 9. tit. 9.
y quid cõtinere debeat monitio hæc ad principem per iudices miſſa, traditur in §. deinde cõpetẽs eſt, de mãda. princ. collat. 3. tit. 14.
z de his vide latè Rebuff. in 1. part. conſtit. Galliæ tit. des amortiſſemẽs: & Aegidi. Magiſtrũ, in deci. tractat. des amortiſſemẽs. Quid autẽ ſoluatur pro iure morticinij, vide in vlt. parte ſtyli parlam. Aufr. in ordin. regiis ti. de finantia formi. feudorũ & nouorum aqueſtuum & tit. de finantia acquiſit. feud. & retrofeudo. &c.
a Liuius, in 1. Dion. Halicar. in 4.
b Varro, 4. de ling. Latin.
c Plin. libr. 33. c. 3.

d Cic. 2. offic. e Plut. in fi. vitæ Pauli Æmil. f Plut. in vit. Publicolæ, Liu. in 4.

Poſteà

4 Poſteà autem illis quoque impoſita & remiſſa ſæpè prout vrgebat reipub. neceſſitas. Vectigalia autem omnia lege Thoria, ab Sp. Thorio trib. pleb. lata, ſublata ſunt ex fundis Italicis, exploſa quoque lege Agraria [a]. Sic prædia prouincialia fuerunt tantùm onerata tributis pro pace impetrata, vel ob colonias acceptas, vt diximus, inter quas & illæ coloniæ erunt excipiendæ, quæ iure Italico donatæ erant à Cæſaribus, quæ & immunes à tributis [b], cuius generis plures fuerũt [c]: iuris Italici dictæ ob immunitatem tributorũ qualem habebat Italia, vt refert Alexãder ab Alexan-
5 dro [d]. Ab aliis itaque prouincialibus pendebantur realia hæc tributa, nempe à poſſidentibus res & fructus earum, ſeu ab vſufructuariis [e], & maritis in dotem res habentibus [f], ſecundum bonorum quantitatem & menſuram [g]. Quò fit etiam, vt eius exẽplo, fructus prædij ſint tacitè pro penſione domino directo obligati [h], etiam pro reliquis 29. annorum [i], & ſecundum alios 4. anno-
6 rum [k]. Erant ex canone quoq; annonæ quædam annuæ, conſiſtentes in his quæ victui erãt neceſſaria, veluti in frumento, vino, hordeo, larido. Nã prouinciales pendebant frumenti quinquageſimas, hordei quadrageſimas, vini & laridi viceſimas, exceptis Armeniæ populis, qui propter locorum longam intercapedinem præbebant tantùm frumenti & hordei quadrageſimas, vini & laridi
7 quintas decimas [l]. Demptis etiã prouinciis, quæ ad maiora vel minora tributa ſe obligauerant, quæ iuxta conuenta præſtabant [m]. Sicuti nec domini directi æqualia accipiunt ab Emphyteotis, ſed prout conuenerit in cõtractu [n]. Sic Ioſeph in Aegypto famis maximæ tempore, emit omnem Aegyptum, & poſteà ſub penſione quintæ partis frugum annuatim eam colendam poſſeſſoribus tradidit, vnde & ab illo tempore Aegyptij quintam partem fructuum pẽdunt regi [o]. Plato [p] tributa duplicia diſponenda voluit in Reip. vnum genus, quod ratione cenſus, per tribus penderetur: aliud, quod annuis ex fructibus daretur. Meminit quoque Appianus [q], Romanos agros bello adeptos, poſſeſſoribus vel aliis colendos dediſſe, ea lege vt omnium vectigalia ſoluerentur, arborum & frugum decima pars, aliorum fructuum quinta, & ex pecoribus & armentis quæ illis vi-
8 ciſſim venundabant. Theophilus ait [r] Imperatorem (ſcilicet Auguſtũ [s]) ſubacto orbe Romano, prouincias diuiſiſſe, & quaſdam ſibi retinuiſſe, quaſdam populo reliquiſſe, vtraſq; ſub cenſu & à populo & principe colendas datas fuiſſe: & ideo populi ſtipendiaria prædia dicta, quod ſtipes ἔρανον, ſiue collationem ſignificet, & particulatim argenti aliarúmque rerum factam collectionem. At imperatoris prouincias dictas tributarias: *quoniam*, inquit, *tributum eſt graue illud vectigal, quod princeps prouincialibus ſuis indicebat, eo nomine quòd magnis exercitibus alendis ſumptus faceret: ita*, inquit, *qui ex largitione populi vel principis, ſtipendiaria habebant vel tributoria prædia, domini illorum non erant, verum dominium aut apud populum erat, aut apud principem, ſed vſumfructum habebant, aut pleniſſimam detentionem, ita vt transferre poſſent, & ad hæredes tranſmitterent.* Sic prædia hæc ab Italicis differebant, tunc, quia Italicorum fundorum & domorum domini, dominium eorũ habebant. Poſteà tamen & ad formam horum Italicorum prouincialia redacta ſunt [t]. Prædiales itaque pẽſitationes, decimæ, ſolaria, & huiuſmodi vectigalia canonem faciebant olim, ſiue pecu-

a Appia. lib. 1. bello. ciuil. & Cic. in Bruto.
b l. de his, l. 3. de epiſcop. & cler. C.
c refert aliquas Vlpia. l. 1. Celſus, l. colonia, 6. Paul. l. iuris Italici, 7. & l. fi. de cenſ. in P. li. 50 ti. 14.
d Alex. ab Alex. libr. 4. genial. d. c. 10.
e l. ſi pendentes, §. 1. de vſu fruct.
f l. neq; ſtipendium, de imp. in reb. dotal. fact.
g l. 1. & 2. & l. pro locis, 5. de anno. & trib. li. 10. C. tit. 16.
h l. ſi in lege locationis, l. 27. §. ſi colon⁹, loca. P. l. qui fideiuſſor, 55. eo. ti. l. in prædiis, l. 7 in q̃b. cau. pigno. vel hipo. tac. contrah.
i ſecundũ Maſueriũ in praxi tit. de loca. §. item dominus directus.
k gl. pen. in c. conſtitutũ, de relig. dom.
l Valens. in l. modios, l. 9. de ſuſcept. li. 10 C. tit. 70.
m Theod. l. fi. de ann. & tribut. libr. 10 C. tit. 16.
n Iuſtin. in l. 2. de iur. emph. C li. 4 tit. 66.
o Gen. 47.
p Plato, lib. 12. de ll.
q Appia. lib. 1. bello. ciuil.
r Theoph. 2. li. Inſt. iur. ciuil. de re. diuiſi. §. ſed & ſi quis tradit.
s Strabo, libr. poſteriori Geograph.
t Theoph. vbi ſup. & Iuſtin. in §. per traditionẽ, de rer. diuiſ.

nia, ſiue ſpecies eo nomine penderetur [v]. Apud
9 Perſas primus Darius Hiſtaſpis filius, diuiſo imperio in viginti prouincias ſeu ſatrapeias, taxauit quid pro tributo penderent ſiue argenti, ſiue auri, ſiue alterius ſpeciei. Etenim ſub Cyro atque deinde ſub Cambyſe, nihil dum fuerat circa tributa inſtitutum, ſed munera offerebãtur. Et ideo ob hanc tributi ordinationem & alia huiuſmodi, Perſæ aiunt Darium fuiſſe inſtitoris filium: Cambyſem, dominũ, quia aſper erat & moroſus: Cyrum verò patrem, quia mitis erat, & omni ratione
10 de illis benè mereri ſtudebat [x]. Tributa perſonalia erant, quæ ratione perſonarum tantùm exigebantur, quale Romani deuictis Carthaginienſibus, iis qui opem illis tulerant vectigal rerum & perſonarum, virorũ & mulierum impoſuerunt [y]: vocant capitale, cùm per capita imponitur, exigitúrque vt plerúmque vel ratione habitationis, vel artificij, ſeu, vt dicunt, induſtriæ. Et apud Hebræos quoque iuſſit Deus ſingulis, qui in nomen populi Dei tranſirent, dimidium ſicli iuxta menſuram vel pondus templi, dare, & ſuſceptam pecuniam eſſe in vſum tabernaculi [z], ne plaga vlla afficerentur. Vſurpata hæc capitatio & à Romanis, verùm plebs vrbana ab ea eximebatur lege
11 Conſtantini [a]: Cùm tamen ruſtici & tributum & capitationem ſoluerent [b]. Excepta colonia Tracenſi, cuius coloni non capitationem, ſed iugationem terræ tantùm ſoluebant [c]. Qui tranſmigrabant in alienas colonias, inquilini dicti, ob tranſmigrationis receptionem, in ea ciuitate, in quam tranſibant, capitationem duodecim drachmarum etiam olim pendebant. Sic enim Heſychius ſcribit, μέτοικοι οἱ ἐνοικοῦντες ξένοι ἐν τῇ πόλει, καὶ τελοῦντες ἀνὰ δραχμὰς δώδεκα τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὸ δημόσιον, μετανάσται δημόσιοι, id eſt, *inquilini, inhabitantes ſunt hoſpites in ciuitate, & pendentes ſinguli duodecim drachmas ſingulis annis populo, dicti & tranſmigrantes & exules à populo*, Et rurſum idem, μετοίκιον τέλος οὗτος ἐκαλεῖτο ὃ ἐτίθεσαν ἐν τῇ πόλει δραχμὰς δέκα, vel melius, δώδεκα, τῷ δὲ τελώνῃ τριώβολον, id eſt, *metœcion ſeu inquilinare vocatum erat vectigal, quòd præſtabatur ciuitati, nempe drachmæ decem, vectigali autem publico tres oboli.* Annotandum tamen eſt in Aldinis exemplaribus eſſe mendum, vel legendum eſſe loco verborum illorum δραχμὰς δέκα, ſcilicet, δραχμὰς δώδεκα. Siquidem oboli tres non poſſunt conſtituere cum prioribus decem, duodecim drachmas: nam ſex oboli reddunt tantùm drachmam Atticam, vnuſquiſque autem obolus valebat ſeptem denarios turonenſes noſtræ monetæ. Sic duodecim drachmæ ciuitati præſtabantur: tres autem oboli fiſco, vt opinor: firmatúrque ſententia ex Iulio Polluce [d] μέτοικος, inquit, ὁ τὸ μετοίκιον συντελῶν, τὸ δ᾽ ἦν δύο καὶ δέκα τῷ δημοσίῳ δραχμαί, καὶ τῷ γραμματεῖ τριώβολον, id eſt, *μέτοικος, vnde & μετοίκιον, tractum vectigal, quod erat duodecim drachmarum, publico illatarum.* Et deſcribenti acta publica vel ratione deſcriptionis, tres oboli. Iſæus autem & duodecim drachmas tributi nomine à viris præſtitas ait: à fœminis autem non tot, ſed ſex tantùm, vt duæ mulieres tot præſtarent, quot vir vnus. Variauit tamen mos tempore & locorum diuerſitate. Nam & olim ruſticis Byſantinis, capitatio vnius viri æquabat duarum mulierum caput, poſteà tamen placuit tres viros vnam capitationem, & quatuor mulieres quoque aliam vnam capitationem facere [e]. Scribit Heſychius Myleſius Illuſtrius [f] X[illegible] cratem

phi

v conſtat ex ti. de ca. frum. vrb. Romæ, & ti. de frumento, Alex. lib. 11. C.
x hæc Herod. in 3.
y Appia. Alex. in Lybico.
z Exodi, c. 30.
a l. 1. de capitatio. ciuium cenſib. exim. lib. 11. C. tit. 48.
b l. 1. ne ruſtica, ad vltimũ obſequiũ reuocen. libr. 11. C. tit. 54.
c l. 1. de colon. Thracenſ. lib. 11. C. tit. 51.
d Iulius Pollux, lib. 3. Onomaſt. c. 4.
e l. cùm antea, l. 10. de agric. & cenſ. lib. 11. C. tit. 47.
f Heſychius Myleſ. libro περὶ σοφῶν.



philoſophum Athenienſes vendidiſſe τὸ μετοίκιον ἀτονοῦντα θεῖναι, quod non haberet vnde inquilinarium ſolueret. Cùm Taxis Hungarorum rex venit cum magno exercitu in Italiam, Berengarius decem modiis nummorum eum iuuit, quos ex tributo collegit indicto, vt quiſque mas, fœmina, magnus & lactans, nummum ſolueret [a]. Fuit quoque capitatio animalium pro ſingulis animalibus impoſita, vel pro iugo loco perſonarum [b]. Et Poloniæ in conuentibus Coli & Corcini iugeralis exactio duodenorum groſſorum ruſticis impoſita ad ſtipendia militum [c], anno domini 1457. Erant Romæ Thetes, id eſt, proletarij ſiue capite cenſi, qui pendebant vectigal dictum θητικόν, qui neq; ad vllum magiſtratum admittebantur, neque militabant [d]. Apud Anglos anno domini 1381. exhauſto ærario vel libidine exactorum tempore Ricardi 2. regis in capita ſingula hominum vtriuſque ſexus tributum impoſitum, vt ſinguli legitimæ ætatis groſſos, ſingulos, id eſt, nummos argenteos ſoluerent, quod fuit ſeditionis maximæ occaſio [e]. Multa de cenſus Roma-
13 norum gradibus, legito apud Polydorum Virgilium [f], Et quos conſtituerit Plato vide [g], etiam: quos Athenienſes vide Suidam in verbo, ἐκ τιμημάτων, & in verbo, ἱππάς.

a Luithprãdus li. 1. de reb. per Europã geſtis, cap. 27.
b l 2. de immunit. nemi. cõced. lib. 10. C. tit. 25.
c Marti. Chromerus, lib. 24. de reb. Polon.
d Suidas, in verbo θῆτες.
e Polyd. Virg. lib. 20. Hiſtor. Anglic. in Ricardo 2.
f lib. 1. de inuẽtor. rer. c. 3.
g ap. Plato. 6. de legibus.

## De oblatione. Cap. 6.

1 *Secunda ſpecies fiſcalis penſitationis ex oblationibus, Gall.* Les aides, *& qualis in Gallia.*
2 *Oblatio antiquis, auxiliaria tributa ſpontè oblata præter morem creſcentibus imperij negotijs.*
3 *Facta & oblatio ex voto, eáque duplex, vel ob ſalutem principis, vel ominationis bonæ cauſa per ſtrenas.*
4 *Auxiliares oblationes rectè à laicis & ſpiritualibus præpoſitis peti poſſunt ex cauſa.*
5 *Oblationis ſpecies in Gallia,* Tributz dictz la compoſition, *quare.*
6 Commutation & æquiualant, & ſouchet, *qualia tributa & oblationes in Gallia.*
7 *Tributi noui ſpecies, poſſeſſionis hæreditatis nobilium in Anglia introductio.*

1 SEcunda ſpecies fiſcalis penſitationis & tributi, dicitur oblatio, quam hodie diximus auxiliorum ſeu ſubſidiorum nomine, *Les aydes.* Cuius generis eſt octaua vini Pariſiis heminatim venditi, viceſima eius quod cuppatim culeatímque venit: & eorum quæ à ſolidariis mercatoribus venduntur, quos vocant groſſarios, quæue à minutariis ſeu propolis qui ſua non vendunt, ſed à negotiatoribus, emptitata, pluris, quàm emerint, diſtrahunt.
2 Factæ oblationes ſpontè antiquitus à ſubditis ad iuuandas bellorum impenſas, præter modum antiquum ex cauſa legitima auctas, extra ordinariũ
3 canonem. Compertum & eſt aliquando olim largitiones oblationales ex voto principi factas fuiſſe à populo, quæ poſteà in conſuetudinẽ tranſierunt, & petitæ fuêre ordinariè à principibus [h], vt & vota ad præſtationem obligant [i]. Erant earum oblationum votiuarum duæ potiſſimæ ſpecies, quæ principem Romanum reſpiciebant: vna ob ſalutem principis, veluti quando omnes ordines Romanorum propter ſalutem Auguſti, in lacum Curtij quotannis ex voto iaciebant ſtipem [k]. Fiebant & alia vota pro ſalute principis, quæ ſuſcipiebantur tertio die poſt calendas Ianuarias [l]. Erant aliæ oblationes quæ ſtrenæ dicebantur, quæ fiebant in principio Ianuarij in calẽdis principi [m], ob memoriam ætatis Saturni, in qua homines liberales erant [n]. Quemadmodum & fiebant hoc die inter priuatos: Et à principe quoque priuatis [o]. Dabantur autem pro bona ominatione futuri anni à paganis, vnde vetitæ, vt auguria inter
4 Chriſtianos [p]. Auxiliorum nomine itaque rectè oblationes iſtæ petuntur à ſubditis ex neceſſitatibus, vel rationabilibus cauſis ſuperuenientibus, nec ſolùm à ſecularibus, ſed etiam ab ſpirituali-
5 bus præpoſitis [q]. Eſt & genus oblationis, genus tributorum, quod in Gallia dicitur *La compoſition:* Nam cùm olim mitterentur per Galliæ prouincias, qui fructuum vbertatem vel vilitatem diſpicerent ſingulorum, & ex quantitate cenſum diuiderent, certum aliquid prouinciales obtulerunt principi, pactíq; cum eo ſunt, vt ſe ab hac annua moleſtia liberarent inſpectionis. Cœpítque tantùm oblatio exigi, quæ & compoſitio dicta, videtúrque in iure recepta [r]. Valent enim pacta inter ſuperiorem & ſubditos de modo exigendorum tributorum [s]. Transferuntur autem hoc pacto
6 tributa realia in perſonalia [t]. Sicut & perſonalia in realia transferri poſſunt [v]. Cuiuſmodi ſunt plura tributa in Gallia, quæ commutationes & æquipollentia ſeu *equiualans*, dicuntur, vt tributum Tholoſæ ex cauponis exactum, quod di-
7 cunt, *Le ſouchet.* Refert Polydorus Virgilius [x], tempore Henrici 3. regis Britanniæ ſeu Angliæ nunc, excogitatum nouum vectigalis genus ad iuuandum tunc regis ærarium, auitis bellis exhauſtum, concedentibus vltrò nobilibus ob inopiam, vt quoties quiſpiam eorum qui poſſeſſiones haberent, quarum rex eſſet dominus, antè moreretur, quàm liberi quos feciſſet hæredes, viceſimum alterum agerent annum, tum eatenus tam ipſe hæres, quàm patrimonium in poteſtate ac tutela regis foret, & ille huiuſmodi patrimonij vectigalia caperet, quoad hæres ad eam ætatem perueniret: verùm quamuis iſta oblatio gratia Henrici 3. tantùm eſſet, à poſteris regibus poſteà vſurpata eſt. Quin & non modò reges, ſed reliqui locorum domini, in hæreditates nobilium demortuorum inuaſerunt.

h leg. vnic. de oblat. voto. li. 12. C. tit. 49.
i c. ex parte, c. 18. de cẽſib. li. 3 decret. titul. 39. c. licet, c. 6. de voto & voto redem. 2. de pollicit. li 50. P. tit. 12. l. omnes, l. 4. de anno. libr. 10. C. tit. 16.
k Suetoni. in Octauio. c. 57.
l Cuius, in l. ſi calũnietur, §. poſt calendas, de verb. ſig.
m vt Sueto. in Caligula c. 42. & in Octauio, c. 56.
n Ouid. 1. Faſt. Macrobi. 1 Saturna c. 7.
o l. laudabile, l. 4 de offi. diuerſo. Iudic. li. 2. C. tit. 18.
p c. non obſeruetis, 26. q. fin. c. legant, 37. diſt.
q c. cùm Apoſtolus, c. 6. §. prohibemus de cẽſib. li. 3. Decret. c. 39 c. cõquerẽte, in fi. de offi ord.
r l. fin. de ann. lib. 10. C.
s l. Cæſar, l. 15. de public. & vectigal li. 39.
P tit. 4. l. pen. de donat int. vir. & vxor. C. li. 5. tit 16.
t d. l. fi. de annon.
v l. reſcripto, § fi. de munerib. & honor. in P.
x Polyd. Virg. lib. 16. Hiſtor. Anglica Henrico 3.

## De indictionibus. Cap. 7.

1 *Indictio, talea, collecta vel collectio* ἔρανος, *coactio idem, & quomodo fiebat.*
2 *Statæ indictiones Gall.* Tailles ordinaires, *munera mixta indicta perſonis & rebus, diſtributa per æs & libram, aliquando per capita & quomodo.*
3 *Superindictum, Gall.* Tailles extraordinaires & emprunts.
4 *Indictio quare dicta, & cur præmonebantur prouinciales ante exactionem: Cúrque contineret quinque luſtra: & quid ſingulis præſtãdũ eſſet.*
5 *Differentia inter aurum luſtrale, & coronarium.*
6 *A quibus ſuſciperetur, & quomodo aurum luſtrale, & nomina ipſorũ officiorum Gallicis explicata. Arcarius communis, Gall.* Receueur, *Numerarij ſeu tabularij, Gall.* Contrerolleurs.
7 *Iudices, ſeu* ζυγοστάται *ſeu libripendes qui.*
8 *Tributa in ſpecie ferri debita ad arma conficienda non poterant mutari in aliam præſtationem.*
9 *Hodie indictiones vel taleas imperij, vel à principe, vel ab aliis eius authoritate tantùm.*

10 Quo

10 *Quomodo collectæ imponi poſſint à pagis, oppidis, ciuitatibus, & comitiis patriæ.*

11 *Quando & quomodo domini clientelares poſſunt ſubditis taleas imponere.*

1 Tertia ſpecies functionũ publicarum, eſt indictio: nos dicimus taleã, antiqui & Cicero collectam vel collectionẽ, Græcis ἔρανον, vt ſcribit Iulius Pollux [a], & Heſychius coactionẽ ſcilicet pecuniarum ex locis, oppidis, & ciuitatibus collectam, præcedenti facta admonitione vt ſe ad ſolutionẽ præparent, vnde indictio [b]. Factæ enim indictiones aliorum onerum & exactiones, non ſufficientibus canone, oblationibus, & auxiliis ordi-
2 nariis, negotiis reip. Et quia annuatim, negotiis in eodem ſtatu ex æquo remanentibus, exiguntur, ideo ſtatæ illæ exactiones indictionéſq; ſunt, vocamus *Les tailles ordinaires*. Nam inter munera ordinaria ſunt collectæ, quando ſtatutum eſt exigi poſſe ſingulis annis [c]. Onus tamen mixtum quod imponitur perſonis, ſed pro rebus [d]: ideò diſtribuitur & exigitur, nulla facta differentia pauperum & diuitum, habita tantùm ratione bonorum poſſeſſorum [e]: vnde cedẽdo rebus in poſterum nõ poteſt cogi ſoluere collectas, quod tamen diuerſum eſt in annonis & tributis [f], ſicuti re deſtructa ius quod in ea erat tollitur [g]: vt vſusfructus re perẽpta, vel flumine occupata [h]. Et proinde diuiduntur iſtæ collectæ in ſingulos per æs & libram, vtque cum vulgo loquar, per ſolidum & libram, id eſt, ſecundum quantitatem & qualitatem patrimonij [i]. Quod tamen Bartolus [k] in collectis ciuitatis vel oppidi, tantùm habere locum dicit, ſi illæ fiant pro debitis ciuitatis aut mutuo ſoluendo, non ſi pro remouendo aliquo munere perſonali, veluti ſi ſoluẽda pecunia, ne incolæ talis loci eant ad bellum: tũc enim fiet per capita non inſpecto patrimonio [l]. In dubio autem ſi de eo non liqueat, fiet pro viribus patrimonij [m]. Obſeruarunt & Cynus, & Petrus de bella pertica diſtinguendum eſſe in extraordinariis indictionibus, num indictio fiat pro negotiis principis, vt tunc conferant loci cuiuſq; habitatores pro modo poſſeſſi patrimonij, non tantùm in loco habitationis, ſed & eius quod alibi eſt [n], ſecundum ſcilicet æſtimationem totius patrimonij [o]: num verò fiat ratione negotiorum ciuitatis in qua quis moratur, puta ad comparãdum exercitum, & ad ſtipendia militum, ad tutandam & defendendam eam ciuitatem: tunc tantùm pro modo patrimonij, quod quis habet in ea ciuitate, & non quod eſt alibi, fit contributio [p]. Et ita fuiſſe iudicatum ſcribit Guido Papeus [q]. Et ſic ſubſidia ſoluuntur in loco domicilij, non in loco patrimonij [r], habita tamen ratione patrimonij alibi
3 conſtituti [s]. Quod & de ſuperindictis, quæ vocãtur, *Tailles extraordinaires & emprunts*, intelligendum eſt. Aequale enim ius ac in indictionibus, quia ſuperindicti etiam nomen hodie ſublatum eſt à Cæſaribus: vtpote, quòd ſpeciem quandam tyrannidis referret, & ideo voluerunt ſuperindicti nomen, indictionem & canonem quoque vo-
4 cari [t]. Porrò cẽſus iſti qui ex prouinciis accipiebantur, indictiones dicti, eo quòd antè admonerentur prouinciales, quàm tributum hoc exigeretur [v], quomodo collectio indicti eſſet facienda: fiebat namque poſt indictionem eius integri, quod petebatur, conſideratio, quantum vnicuique prouinciæ, cuique ciuitati, pro vnoquoque iugo, aut villis, aut cẽturiis, aut alio quolibet tam in ſpecie, quàm in auro, fiſcalium cauſa immineret: cum indictione quoque æſtimationis ſpecierum, ſecundum menſuram cuiuſq; loci [x]. In indictione vna, cùm onus hoc cœpit eſſe ordinarium, tria luſtra ponebantur, nẽpe 15. anni vnumquodque luſtrum quinque conſtabat annis. tunc enim finiebatur. quinto quoque anno officium cenſoris Romæ, luſtratione ciuitatis facta, ſacrificio, & expiatione peractis in campo Martio ex ſue, tauro, & oue, vt author Flauius Blondus [y]. In fine cuiuſque quinquennij, ſeu luſtris ſingulis, tributum aliquod certum præbebatur à prouinciis: quatuor autem præcedentes anni cuiuſque luſtri deſtinati ad iter peragendum & ad tranſuectiones, propter longa interſtitia itineris inter Romam & prouincias. Primo itaque luſtro, aurum præbebatur, in ſymbolum dominationis: in ſecundo, argentum, ad ſtipendia militum: in tertio, æs & ferrum, ad armorum reparationem. Sicut exemplo Hebræorũ qui aurum, argentum vaſa ænea, ferrúmque in ærarium domini mittebant, conſecrata pro militia [z]. Aurum tamen hoc
luſtrale aurum coronarium non erat. Nam coro- 5
narium illud, quod tantùm exigebatur ad coronam vel ſtatuam principis conflandam ab iis qui ſoliti erant illud pendere [a]: nempe à Iudæis & primatibus Palæſtinæ, qui ante ob ius Synedrij ſeu Sanhedrin, id eſt, concilij vel congregationis ſuæ, ſolebant illud præſtare patriarchis occidentalibus, donec in ſuum theſaurum tranſtulerunt Theodoſius & Valenti [b]. Liquet & ex 1. Machabeo. c. 10. verſ. 29. Iudæos pro tributo coronas tribuiſſe principibus. Sic enim ibi rex Demetrius Iudæis ſcribit. Et nunc abſoluo vos & omnes Iudæos à tributis, & pretia ſalis indulgeo, & coro-
nas remitto, & tertias ſeminis, &c. Porrò aurum 6
& argentum luſtrale colligebatur apud duos numerarios & ſuſceptores, vt ſcribit, Arcadius [c], nobis ſuſceptor & arcarius, *commis, & receueur*: vtrumq; enim ſuſceptor & arcarius promiſcuè accipitur [d]. Numerarij autẽ ſeu tabularij, *contrerolleurs*, dici poſſent, qui ad maiorem fidem ſuſceptoribus accedunt, duo per ſingulas prouincias qui deſcriberent in tabulis quæ colligerentur [e]. Hi hæc ſuſcepta & conſignata ad ærarij comites mittebãt, & iſti ad ſacrũ theſaurum [f]. Liberum fuit prouincialibus, pro auro & ſolidos & aliam materiã, æqua tamen lance ſeu æſtimatione præſtare [g]. Et pro argento quoq; theſauris inferendo licebat præbere aurum, pro ſingulis libris argenti, quinos ſolidos auri inferendo [h]. Et pro ære quoque licitum aurũ ſoluere, dummodo pro viginti libris æris, vnus auri ſolidus à poſſeſſoribus
reddererur. Atque eius rei gratia pro qualitate 7
vel bonitate auri indaganda ſolidorum, conſtitutus eſt iudex, qui de ea cognoſceret per ſingulas prouincias [i]. Hi iudices Græcis ζυγοστάται dicti li-
bripendes. At præſtationem ſpecierum ferri in 8
fabricam vel facturã armorum debitam non potuiſſe præſtari à prouincialibus in pecunia conſtat: tanta fuit armorum Romanis cura, & bello-
rum cupido [k]. Notandum eſt hodie indictiones 9
ſiue collectas fieri, vel ab ipſo principe, vel ab aliis videlicet à republica ſiue ciuitatibus & pagis cum facultate à principe conceſſa, vel à dominis clientelaribus. Quæ à principe fit, ordinaria dici poſſet, aliæ extraordinariæ. De priori, iam ſuprà
dictum. At à communitate extra ordinem im- 10
ponuntur collectæ vel in comitiis alicuius pa-

a Iul. Pollux, li. 8. Onomaſti. c. fin.
b l. fi. de indiction. li. 10. C. tit. 17.
c Bald. in l. fin. col. 2. verſi. ſed hoc poteſt dubitari, C. ſine cenſ. & reliq. fund. compar. non poſſe. l. 4. de ann. & trib. lib. 10. C. tit. 16.
d Baldus, in l. prædia col. 1. ver. ſed quare, cum collecta, C. de fidei-commiſſ.
e glo. in l. 1. ad verbũ inopes, de apoch. publ. lib. 11. C.
f Barto. in l. is, cũ quo, num. 2. iunct. tex. de aqua plu.
g Forma cenſuali, §. 1. de cenſib.
h l. cùm vſumfructum, l. 24. quib. mod. vſusfru. amit. li. 7. P. tit. 4.
i c. graue, de ſent. excommun. l. omnes, de operib. publi. Barto. in l. 4. §. actor. nu. 2. de re iudica.
k Bart. in d. §. actor.
l argumẽto. §. illud, pro ſoc. l. ſecundam, naturam, de reg. iur.
m l. reſcripto, in fi. de munerib. & honor.
n l. reſcripto, §. ſciẽdum. de muneri. & honor. P.
o leg. 1. §. 1. de impon. lucra. deſcript.
p l. 1. iuncta gl. fi. de mulier. & in quo loc. lib. 10. C. §. ad hæc ſancimus, de eccl. tit. in authen. collat. 2.
q Guido Pap. deciſ. 5.
r Bart. in l. 1. de mulier. & in quo loco.
s ſecundum l. 3. C. de mune. patrimonio.
t l. 1. de indict. li. 10. C. tit. 17. l. vnic. de ſuperindict. lib. 10. C. tit. 18.
v l. 2. de indictio. li. 10. C.
x §. 1. de collatoribus & aliis cc. in authent. coll. 9. tit. 14.
y Blondus, li. 1. Romæ triumphantis.
z Ioſue, c. 6. videnda gloſ. vt præponat nomine Imperator in verbo indictionis, c. inter dilectos, de fide. inſtrumen. in verbo indictionis.
a leg. 1. de aur. corona. lib. 10. C. tit. 74.
b l. Iudæorũ, l. 16. de Iudæis, li. 1. C. tit. 12.
c Arcad. in l. duos tabularios. leg. 13. de ſuſcept. præpoſ. & arcar. li. 10. C. tit. 70.
d l. fin. eod. tit. de ſuſcep.
e l. 4. de numerar. & actuariis, libr. 12. C. tit. 50.
f l. 1. de ca. largit. li. 10. C. tit. 24. l. fi. de ſuſcept. & arcar. l. vni. de offic. comit. ſacra. largit. lib. 1. C. tit. 5.
g l. 1. de ponderator. & auri illatione li. 10. C. tit. 71.
h l. 1. de argen. pre. quod Theſau. in fer. lib. 10. C. tit. 76.
i Arcad. & Hon. in l. 1. de collat. æris, li. 10. C. tit. 29.
k Iuſtin. in l. 2. de pondera. & auri illatio. li. 10. C. tit. 71.



triæ [a], vel conſilio ciuium, de quorum negotijs agatur communibus ſi pecunia in arca deficiat [b], vocatis omnibus quorum intereſt, quos omnes oportet conſentire vel maiorem partem [c]. Si tamen pro negotijs vniuerſitatis, quæ omnes non tangunt, collectæ fiant, non poſſunt cogi ad eas niſi comprehenſi in negotio & ſyndicatu, vel qui ei adhæſerunt & conſenſerunt: veluti ſi vniuerſitas aliqua litem moueat ex conſilio aliquorum, & propter ſumptus vel condemnationem, neceſſarium ſit conferre & collectas facere, illi tantùm contribuunt qui ſyndicatui & conſilio adfuerunt vel comprobarunt. Et ita ſæpè vidi iudicari in ſenatu Tholoſano dum cauſas agerem. Neque ambitioſa decurionum decreta onerare debent non conſentientes [d]. In negotijs autem quæ omnes vniuerſitatis reſpiciunt, puta quia pecuniæ mutuò acceptæ nomine vniuerſitatis, & in vtilitatem communem expenſæ, tunc collectæ imponi poſſunt à conſulibus pro modo patrimonij, iudéxque poterit iubere municipibus, vt eius rei gratia conueniant vnà, vt imponant, diſtribuant, & exigant: quod ſi non imponant, iudex ipſe poterit imponere, vt ait Bartolus [e]. Et in eo puto verum, quod ſcribit Petrus Iacobi [f], conſules ſufficere & repræſentare vniuerſitatem. Antequam autem comitia & conſules poſſint imponere collectas, vtriſque à principe oportet poteſtatem dari, vel ab officina æquitatis ſiue eius cancellaria: aliter pecunias cogere ſine crimine maieſtatis non licet, vt in crimine maieſtatis hu-
11 manæ diximus. Porrò à dominis clientelaribus collationes ſeu Taleæ à ſubditis exiguntur aliquando, ſed non temerè, nec ad arbitrium, ſed in primis non vltra duplicationem cenſus annui ſibi debiti, & ita iudicatum [g]. Et tantùm in quatuor caſibus, ídque vel ex conſuetudine recepta, vel pacto emphyteoſeos [h]: nempe ſi nuptui velit dare filias, ſi nouũ equitatum ad propulſandos hoſtes cõparet, ſi vltra marina loca petat, ſi capiatur ab hoſtibus pro ſui redemptione [i]. In patronatu clientelari, de ſuo loco, hæc ferè patronis erant debita [k].

a l. Auguſtus, l. 1. de fabricẽſib. libr. 11. C. tit. 9.
b Guido Pap. q. 424.
c Bart. in l. 4. §. actor, de re iudic. l. quod maior pars ad municipal. l. 2. §. ex his igitur, de verbo. oblig.
d l. ambitioſa de decret. ab ord. facien. vide Guid. Pap. deci. 424.
e Barto. in d. l. 4. §. actor, de re iud. facit l. 2. & 3. de munerib. patrim. li. 10. C.
f Petrus Iacobus in tract. t. libellorũ tit. de conſulib. arg. l. municipibus, de condi. & demonſtrat. l. municipes, ad munici. in P.
g citat placita Papus, lib. 15. rapſod. areſt. tit. 3. areſto. 5.
h Angel. in §. æquè ſi agat. in fi. de actio.
i Papus, vbi ſupra.
k Dionyſ. Halic. li. 2.

## Quæ perſonæ immunes ſunt à vectigalibus. Cap. 8.

1 *Qualia non præſtant tributa, fiſcus, rector prouinciæ, clerici, Eccleſiæ.*

2 *Priuilegium immunitatis ementibus à priuilegiatis pro rebus non competit. & 3.*

4 *Ad excubias quando tenentur perſonæ Eccleſiaſticæ.*

5 *Nobiles non contribuunt pro Taleis, vel alijs exactionibus, & bona ignobilium illis aduenientia eadem immunitate gaudent, quandiu apud eos ſunt, non poſteà.*

6 *Et niſi negotiatores nobiles ſint, nam tunc contribuunt pro mercibus, vt ignobiles. Alia item exceptio, vt teneatur ad gabellam, & quartam vini.*

7 *Pro nobilibus habentur plebeij, qui habent feudum nobile, non ſi ſenſus tantùm habent.*

8 *Iacobinus à S. Georgio, & Albericus onerant nobiles contributionibus, rationibus, quas vide.*

9 *Senatores à collectis eximuntur, & domeſtici regis, & ſilentiarij, & quis ſilentiarius dictus. Item horum viduæ immunes: & ſecretarij principis ordinarij, non ſupernumerarij, neque alij iudices.*

10 *An conſules ſeu ſcabini Gall.* Eſcheuins, *ciuitatum & oppidorum anno, quo decurionatum gerunt, ſint à collectis immunes.*

11 *Minores viginti quinque annorum, quomodo ſubijciantur Taleis.*

12 *Immunes profeſſores artium & iuris, à quibus ſint muneribus, exceptis poëtis.*

13 *Clerici in academia ſtudentes immunes à vectigalibus: & poſt ſex menſes ſtudentes ſcholaſticos dici tantùm.*

14 *Doctores aduocati ſupremarum curiarum, vel etiam non aduocati, immunes à collectis, idem in licentiatis, ſed non ſeruari.*

15 *Pauperes à quibus tributis immune.*

16 *Iuſsit Nicephorus Imper. inopes militare, vicinos eis arma & victum ſubminiſtrare.*

17 *ἀλληλέγγυον tributum à diuitibus pro pauperibus ſolutum indictum & abolitum.*

18 *Immunitas dabatur collectarum ob quinque liberos ſuſceptos, ſed vt vult Guid. Pap. 12. hodie minimè.*

16 *Miſerabiles perſonæ à collectis eximuntur, & quæ huius generis.*

20 *Item qui vacationem munerum habent, ab extraordinarijs immunes.*

21 *Laxata & remiſſa ſæpe ob infortunia damno affectis à principibus tributa, exemplàque adferuntur.*

22 *Conductor pro re conducta non ſoluit tributa vel collectas regulariter, quando contrarium.*

23 *Vſufructuarius tantùm pro re ſoluit collectas, caſu excepto, ſi minimæ eſſent collectæ: idem in marito pro rebus dotalibus.*

24 *Qui ſoluere debent portoria, an mulio qui equos ſuos ad portandas merces locauit, an dominus rerum.*

25 *Immunes à pedagijs, Ligerim nauigantes, qui annonam Lutetiam deferunt. Seuerus Cæſar & mercatoribus Romam venientibus vacationem munerum dedit.*

26 *Aurum negotiatorium luſtrale exactum ex lucro mercatorum aliquando, remiſſum poſteà ab Alexandro Seuero.*

27 *Ob egregium factum, remiſſum tributum.*

Perſonarum qualitas & priuilegia, à 1
tributis & collectis potiſsimùm, & à cenſibus eximunt. Nec præſtant itaq; tributa fiſcus [l], rectores prouinciarũ de ijs quæ ſui cauſa euehunt [m], clerici [n]: non enim ſoluunt onera perſonalia dominis laicis quibus non ſubiiciuntur, nec res Eccleſiæ, nec pedagia [o], ſi non negotientur: nam tunc amittunt priuilegium [p]. Sic immunitas tributorum à Pharaone in Aegypto data Sacerdotibus [q]. Et ab Artaxerxe Sacerdotibus, Leuitis, cantoribus, ianitoribus, Nathinæis & miniſtris domus Dei [r]. Veruntamen ſi clerici velint gaudere priuilegio ſoluentium vectigal, non poſſunt niſi eo ſoluto [s]. Adhærétque priuilegium hoc immunitatis clericis: & proinde qui à clericis emunt, eo non gaudent [t], vt nec ex fiſco ad alium ementem vel in ſui locum ſuccedẽtem transfunditur exemptio [v]. Sic partiarij & villici eorũdem, in parte fructuũ, quam accipiunt, non habent immunitatem vectigalium [x]. Extat concilium Lateranenſe, quo cauetur ne onerentur Eccleſiæ vel Eccleſiaſticæ perſonæ tributis vel angarijs, nec neceſſitate cogente, & exhauſtis laicorum facultatibus, conſultóq;

l. locatio, l. 9. § fi. de public. in P.
m l. 4. eo. tit.
n l. 2 & l. item nulla communitas. de epiſ. & cleric. C. l. placet, & ibi Bal. de ſacroſ. eccle. c. clericis, de immunit. eccleſ.
o c. quanquã, de cenſibus in 6. cle. præſẽti, eod. ap. Clem.
p d. clem. præſenti. c. conuenior, 23. q. fin.
q Gen. 47.
r 1. Eſdræ. c. 7.
s argu. l. Titio centum, §. 1. de condit. & demonſtr. Bal. in l. 1. de cõtrah. empt.
t glo. in d. cle. præſenti. l. qa tale, ſol. mat.
v l. locatio, l. 9. § fi. de pub. & ibi Bal.
x Federic⁹ de Senis, Concil. 106. incip. q. eſt Ancharanus, in c. quanquã, de cẽſ. facit in argumẽtum l. legatis, l. 36. de leg. 2.

3 ſummo Pontifice [a] : in neceſſitatibus námque,
mutua ſibi debent auxilia princeps & Eccleſia [b].
Et Cæſares rata alioquin voluerunt & firma eſſe
Eccleſiarum priuilegia [c], pœnas contra viola-
tores eorundem ſancientes [d].Realia tamen ratiō-
ne rerum onera præſtanda non negamus,ſimul [m]
mixta,vt canonis illationem, refectiones pōtium,
itinerum & ſimilia [e]. quia & ad ea res principis
tenentur [f]. Sequuntur realia res, & quoſcunque
4 poſſeſſores [g]. Nec recuſamus ad portas inſtātibus
hoſtibus, ad murorū defenſionem clericos poſſe
aduocari [h],reliquáſq; perſonas Eccleſiaſticas,quę
alioquin immunes ſunt [i] : tunc enim & pro ſe &
Eccleſijs ſuis rectè vigilare debent,& compellun-
tur [k]. Et naturalis cuique defenſio [l]. Et neceſſitas
legem non accipit,ſed dat [m]. Inuadere autem ali-
quos illis non permittitur, etiam ſi agareni eſſent:
5 alioquin irregulares fiunt [n].Pari modo non con-
tribuunt ad collectas nobiles [o], talia nāque mu-
nera plebeis imponuntur, pro modo ſuarum fa-
cultatum [p]. Ideò & in ſeſſionibus ſeu comitijs pa-
triæ,vbi ſtatus tres perſonarum conueniunt, dum
agitur de imponendis collectis,excipiuntur nobi-
les nobiliter viuentes [q]:quæ excepiio iuri con-
gruit,quo qui militiæ operā dant,immunes à mu-
neribus ſunt [r],nō autem veterani [s]. Extat & con-
ſtitutio Caroli ſexti [t] anni 1408. qua ſtatuitur, ne
ſubſidia aliqua,taliæ,focagia, impoſitiones, auxi-
lia à nobilibus & eorum ſucceſſoribus ſoluantur
vel exigantur,ratione bellorum aut quouis modo
pro perſonis boníſque eorum quæſitis vel acqui-
rendis quoquo modo vel titulo, nec pro fructi-
bus & reditibus ex eorum patrimonio proue-
nientibus. Et quod notabile eſt, voluit vt ſi ali-
quis ex nobilibus acquirat aliqua bona, vel ſibi
aliter obueniant, mobilia vel immobilia vel hæ-
reditates ab ignobilibus,ea bona cenſeantur eiuſ-
dem conditionis,priuilegij,& libertatis,cuius ſunt
alia bona mobilia & immobilia nobilium:quādiu
tamē in eorum dominio permanſerint,aliàs non.
6 Item alia exceptio, vt nobiles tali non gaudeant
immunitate, ſi negotiatores ſint [v] : quo caſu con-
tribuere pro ſuis mercibus, ac cæteri ignobiles
debent.Item alia exceptio, vt ideo nobiles nō exi-
7 mātur ab exactione gabellæ & quartæ vini. Quæ
& in plebeio intelligi debent, qui habet feudum
nobile infeudatum à rege vel nobili,habétq; terri
torium & omnem iuriſdictionem. Quia feudum
nobilitat poſſeſſores [x], & habent perſonæ immu-
nitatem propter res [y]. Non tamen hæc vera ſunt
in habenti feudū particulare, vel feudi partē,pu-
ta cenſus vel reditus alicuius feudi, vt fusè expli-
cat Guido Papæus [z]. Iacobinus tamen à ſancto
8 Georgio [a], & Albericus de Roſato [b] defendunt
nobiles teneri ſubire onera patrimonialia, ſeu
onera collectarū quę imponuntur in illo loco vbi
res ſunt,legibus ſubnixi,tum etiam & quo ad per-
ſonalia in iure teneantur [c],quódve participes cō-
modorū locorum,& oneribus conferre debeāt [d],
exceptis tamen feudalibus, pro quibus ſeruitium
principi exhibent, ne duplici onere grauentur [e].
Quæ certè ſententia mihi videtur æquior, vt pro
alodialibus conferre debeant cum plebeis, vt re-

a c,4. e.aduerſus,de immunit.eccl.l.nullus penitus.de Curi.publ.lib.12.C.l.neminē de ſacroſ. eccleſ.C.
b c. principes, 23.q.5.ca. cùm ad verum. 96. diſt.
c l. omni inno uatione,l.6.l. priuilegia. l. 12.& conſtitutione caſſa, de ſacroſ. eccleſ.C.
d l.ſi eccleſiæ, l.13. conſtitutione,itē quęcunq; communitas, de epiſ. & cler.
e l. ad inſtructionem,C.de ſacroſ. eccl. c. ſi tributum, 11. q.1.ca.tributū, 23.q.8.
f l. abſit, de priuileg.dom. Aug.libr.11.C,
g l. imperatores,de publ.in P.can. ſi quis laicus, 16. q.1. can. rationes, 100.diſt.
h ca.ſecundo, de cenſ.
i can.eccleſiarum ſeruos. 12.q.2.
k c.cōuenior, 23.q.8.
l l.2.de iuſti.& iur.
m cano.omni rumore,can.ſi nulla neceſſitas, 2.. q.8. ca. 2.de obſeruat. ieiun.c.quanto, de cōſuet. c. quòd nō eſt licitū, de reg. iur.l. nemine, de religio. & ſumpt. funer.
n c. ex multo, §.fi.de voto.
o Guido Pap. deciſ.384.
p l.1. de muneib.patrim. C. l.1.de anno. li. 10.C.
q Guido Pap. deciſ. 380. & 384.
r l. 3. §. 1. de muner. & honor. in P. l. à muneribus,de vacat. muner.
s l. his honoribus,de vaca. muner.
t hæc conſtitutio ponitur in vlti. parte ſtyli parla. inter ordinatio. regias, tit. de taliis & exaction.
v Prohibitum illis negotiari.l.3.C. de cōmerc. & mercib. li.4.tit.63.

& conſtitutio.regia l.milites, C. loca.
x Anton. de Iſarnia, in tit. de capitaneo qui curiam vendidit, in princip. in vſib. feud.& in §.quis dicatur dux vel marchio.
y facit l. ..de vacatio.muner.lib.50.P.tit.5.  z Guido Pap.deciſ.386.
a Iacobinus de ſancto Georg.tractat.de Homag.num.39.& 41.
b Alb.de Roſa.in rub.de muner. & honor.11.fol.verſic. ſed quæro vtrum nobiles per.l.& qui origine.§.1.verſic.cæteri,& l.reſcripto,de muneribus & honoribus.
c §.penult.de defenſor.ciuit.in auth. d l.2.§.deinde cùm poſt,de orig.iur.l.ſecundum naturam,de regul.iur. e contra l. Titia.§.qui inuita,de leg.2.

leuandum eſſe populum ab onere eo,quod rebus
quæſitis ruralibus,à nobilibus eximitur: vel quod
iuſtum eſt nobiles qui gaudent hoc priuilegio, &
illos qui hodie ex ſordidis auratis mercatoribus
& negotiatoribus pro maiori parte fiunt, & in
ſuam ditionem ruralia omnia ferè redigunt, regi
ſeruitia maiora exhibere debere quā pro feuda-
libus,alioquin futurū breui eſt,plebem ſub onere
defecturam,& omnia bona in immunes tranſitu-
ra:veruntamen legi regiæ æterna authoritas eſto,
ſi non ita videatur. Senatores quoque ſuprema- 9
rum curiarum à collectis eximuntur [f]: nam qui
in ſenatu deſcribuntur,deſinunt eſſe plebeij, &
nobiles ſunt [g]. Atque codicillis regijs 2. Maij.
1547.ſenatores magni conſilij,aduocatus, & pro-
curator regius,ſuſceptor,quem vocant, *receueur*,
& hoſtiarij immunes declarati ſunt ab omnibus
ſubſidijs:item ij qui ſunt in domeſticos regis trāſ-
lati. Firmatúmque iterum edictalibus codicillis.
10. Martij 1547. publicatis; in magno conſilio 23.
Aprilis 1548. atque eodem anno & die declarauit
rex, velle ſenatores clericos eius conſilij immu-
nes eſſe à præſtatione decimarum quas ipſe per-
cipit,niſi ob abbatias & epiſcopatus. Eadem im-
munitas onerum data iure ſilentiarijs, qui con-
ſiliarij principis & decuriones dicuntur [h]. Et vt
Procopius ait [i], Romani miniſtrū ad ea quæ ſunt
quietis ſilentiarium dicunt. Vir quoque dictus
ſpectabilis [k] clariſſimus [l]. Proinde & horum
& ſenatorum viduæ, quemadmodum & viduæ
aliorum,qui immunitatem habent, non compel-
lentur contribuere [m] : quia retinent dignitatem
maritorum [n], dummodò caſtè in viduitate viuāt,
& honeſtè,non aliter [o]. Sed & ſenatores qui de-
poſuerunt alia de cauſa, quàm ex crimine, digni-
tatem, gaudent immunitate & priuilegio digni-
tatis [p], contrà, ſi ob crimen, quia inter plebeios
tunc habentur [q]. Placuit cum ſenatoribus etiam
ſecretarios regis ex conſtituto numero eſſe im-
munes ab iiſdem oneribus,ſupernumerarios non
vtique,vt iudicatum à ſenatu Pariſiēſi 20.Septem,
1542. [r].At alios iudices quàm ſenatores, hos con-
uenit ad collationes teneri [s]. Decuriones tamen
ciuitatum vel oppidorum,ſeu conſules locorum,
non tenentur contribuere eo anno, quo munus
gerunt [t].Et ita ſeruari tradit Guido [v] Papæ, re-
pugnat tamen Petrus Iacobi [x].Tum quòd conſu- 10
les ſeu eſcheuini noſtræ ætatis,nec ſint eius quali-
litatis,cuius olim decuriones, nec in illorum lo-
cum aliqua lege ſubrogati.Dehinc quòd exacto-
res & alij officiales principis tenerentur ad col-
lectas [y] : quæ tamen parum vrgere videntur,cùm
decurionū loco iſti conſules mihi videantur præ-
fecti temporarij, non perpetui, neque ſimpliciter
exactores dici poſſint, cùm nec ſtipendia habeāt,
vt illi, & alia illis reipubl.munera obeunda ſint,
quàm collectionum publicarum.Sic tamen inter
has diuerſas ſententias, quis inſpiciendam loci
conſuetudinem velit, non reclamo, cùm vim le-
gis habeat [z]. Sed progrediamur iure etiam Gal- 11
lico, non ſubiici Taleis ſeu collectis perſonali-
bus, vt opinor, minores vſque ad ætatem perfe-
ctam placuit [a], donécque poſſint ſibi acquirere.
Profeſſores quoque publici omnium artium & 12
iurium,immunes ſunt iure ab Angariorum præ-
ſtationibus & hoſpitijs [b], aliíſque oneribus pa-
trimonialibus & perſonalibus [c]. Atque eorum
adminiſtri ſeu officiales academiarum ex conſti-
tutionibus quoque Gallicis [d] : habéntque de his
academiæ ſingulæ priuilegia, excepti tar n iure

f l.ſenatorum & l.nemo,& l.ius ſenatorū, de dignitat.li. 12. C. Guido Pap.q.376.
g l. iudices. C. de dignitat. li. 12.C.& ibi Barto.l. honores, §. his qui non ſunt,de decurionib.P.
h l.3. de ſilentiar.li.12.C.
i Procop. li. 2. de bello Perſico.
k in l.omnimodo, C. de inoff.teſt.
l in l. iubemus,de ſilenti.li.12.C.
m Guido Pap. deciſ.379. Extat & conſtitutio hac de re Franc.1.anni.1521.
n l. cùm te. de nupt. l. fœminæ, de ſenator.in P.l. mulieres, de dignit. li.12. C.l. fi.de in col. li. 10.C.
o l.qui adulterium, C. de adulte.
p l.vni,de comiti. qui prouinc.reg.li.12. C. l. e ā legem de excuſa. muner.li.10. C.l. 2. vt dignita. ord.ſeruet.
q l.iudices.de dignit.li.12. C. l. ſenatores, eo. tit.l.fi.iuncta gl. in verbo de decurio.
r Papus,libr.5. rapſod.areſto. tit.11. areſt.13.
s Guido Pap. q.578.
t Bart. in l.honorū, de munerib.P.
v Guido Pap. deciſ.398.facit l.1.§. nō vrbē, de offic.præfe. vrb.
x Petrus Iacobi in praxi.tit. de conſulib.c. de ſtatu vniuerſi.col.5.
y l.exactores, de exact. tribut. li. 10.C.l. 3.C.de offi.magiſt.ciuit.
z l.1. §.fi. de aqua plu. arc. in P.
a Papus, lib. 3. rapſo.areſt. ti. 11.areſt.pen.firmat.Pau. Caſt. in l.potuit, C. de iur. delibe.
b l.1.de decre. decu.lib.10.C. tit.46. & l. his oneribus de vaca. mun.l.fi. §.fi.de mun.P.
c l.fin.& l.medicos, de profeſſ.& med. li. 10.C.
d in conſtitu. Franc. 1. de la confirmation des priuileges de l'vniuerſité.





ab immunitate poëtæ [a]. Conſtitutionibus autem
editis in comitijs generalibus Aureliacenſibus
anno 1560 [b]. immunes declarantur ab omnibus
Taleis vltra 20. ſolidos profeſſores publici aca-
demiarum gymnaſiarchæ, ſcribæ, bedelli eorum
& ſcholaſtici actu ſtudentes. Ob Pyrrhonem
Eleum Philoſophum & maximæ pietatis virum,
omnibus philoſophis immunitas à vectigalibus
13 plebiſcito promulgata eſt [c]. Clerici quoque in
academijs priuilegiatis ſtudentes non tenentur
ſoluere collectas in terris proprijs [d], exemplo
eorum qui militiæ armatæ dederunt nomina, qui
immunes ſunt [e]. Iſti autem milites vel tyrones
ſunt,quia & arma eorum libri ſunt [f]: Habent &
ſcholaſtici immunitates alias plures, de quibus
Rebuffus librum edidit, quem videto, quibus
gaudent qui in Academijs ſunt poſt ſex menſes:
ante enim ſcholaſtici non dicuntur, nec gaudent
priuilegijs. Vetitúmque academiarum rectori-
bus,ante ſex menſes ſtudio impenſos, ſcholaſticis
14 dare dyplomata atteſtationis ſcholaritatis [g]. Gui-
do Papæus [h] quoque notat doctores, qui cauſas
agunt in ſupremis ſubſellijs,in curia videlicet ſu-
prema, immunes quoque eſſe ab his collectis,
quia & hi ſeriò militare videntur,&c. [i] Nullám-
que ideo peræquationem pati debere [k], vt in mi-
litantibus receptum [l] : habent enim & dignita-
tem doctores [m]. Idémque & in doctoribus alijs
non poſtulantibus,ſeu qui aduocati non ſunt, di-
cendum tradit idem Papæus [n], & in licentiatis [o].
Hæc tamen non ſeruantur, & tantùm profeſſores
publici, híque egrè immunitatem habent, ſcili-
15 cet qui aſſiduè legunt [p]. Pauperes item à tributis
immunes, nec ſoluunt collectas [q],inanis quippe
alioquin eſt actio, quàm inopia debitoris exclu-
dit [r]. Nec inopes ſuſtinent onera patrimonio-
rum [s], obſequia tamen corpori indicta ſubeunt [t].
Sic forma cenſuali minuitur vel tollitur cenſus
16 ab his qui bonis minuuntur, vel priuantur [v]. In-
ter tyrannidis maleficia Nicephori Imperatoris
Orientis, illud etiam ex eius conſtitutionibus
Græcis [x] colligitur, quòd imperauerit,vt inopes
militarent, iiſque, à vicinis arma & ſtipendia in
17 ſingulos, 18. numiſmatum darentur, ac cenſus
præterea publicus eorum nomine penderent: id
vocatur allelengyum: quod alij pro alijs tributi
nomine ſponſores eſſent. Alius etiā Baſilius Por-
phyrogeneta Imperator Orientis, conſtituit tri-
butum pauperum qui ſoluendo non eſſent, à lo-
cupletibus exigendum eſſe, τῦλο ἢ ἐκλήθη ἀλλη-
λέγγυον, vocatum allelengyon [y]. Romanus Ar-
gyrius alius imperator Orientis, poſteà allelen-
gyum aboleuit, quod Conſtantinus quoque erat
18 ſublaturus, niſi mors eum anteuertiſſet [z]. Libe-
rorum 5. numerus tribuit à collectis immunita-
tem [a], & potiſsimùm à muneribus perſonalibus,
etiam ſi poſt impoſitam collectam filij morian-
tur [b]. Cæterùm Guido Pap. in hac cauſa exigit
12. liberos [c]. Et paulò poſt concludit nec vllum
liberorum numerum hodie excuſare à collectis,
ſed ſine ratione eorum peræquationem fieri.Nam
etiam de liberorum numero ad immunitatem
hanc ſufficiente non conſtat inter interpretes,
cùm & Azo ſexdecim exigat [d]. Et pro ratione
munerum & numerus quoque liberorum aliter

a l.poetæ, de profe. & medi.li.10.C.
b art. 26.
c Heſychius Myleſius Illuſtrius, libr. περὶ σοφῶν.
d Guid. Pap. deciſ.383.per l. 2.de epiſco. & cler. C.facit l. 3.& 2.qui ætate vel profeſſ. ſe excu.li.10.C.
e l.3.§.1.de mune.& honor.
f gl.in l.nepos proculo, de verb.ſign.
g Pap.li.5.rapſod. areſt. tit. 14.are.4.
h Guido Pap. deciſ.388.facit l.medicos, de profeſſ.& medi.li.10.C.
i l. aduocati, de aduocat.diuerſo. iudicio.
k l. ſancimus, C.eo.tit.
l l.3. §.1. de munerib.
m per nota.in cle. 2. de magiſt.Bar.in l.1. de ſacro.eccl.
n Guido Pap. deciſ.389.
o Guido Pap. deciſ. 390.
p Bart.in l. medicos,de profeſſ. & medic. & in l.1.de muner. & in quo loco,lib.10. C.
q l. indictiones. de anno. & tribut.li.10. C.in l.fi. & ibi Barto.qui numero libero. ſe excu.eo.li. 10.C.
r l. nam his, de dolo in P.l. itaque fullo, de fur.P.
s l. cura exigendi, §. inopes,de munerib.& hono.
t d. §.inopes.
v l.forma cenſuali, de cenſuali.de cenſi. in P.
x in conſtitutionibus. eius περὶ στρατείας τῶν ἀπόρων,de militia ino.li. 1.iuris orientalis.
y eod.lib.1.tit. περὶ ἀλληλεγγύου in conſtit. Baſilij Porphyrogenetæ.
z in eod.lib.1. in conſtitut. Romani titul. περὶ προσόδου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας,&c. de reditu magnæ eccleſiæ.
a l.fin. qui nume.libe.ſe excuſ.li.10.C.
b Bart.in l.2.§. non ſolùm,de excuſat. tuto. in P.
c Guido Pap. quæſt.401.per l.neque,de muneribus.patrimon.libro 10.C.l.ſi quis decurio in 2. de decurio.libro 10.C.l.ſemper, §.demonſtratur,de iure immunitat.& ibi gloſſ.in verbo ſexdecim.
d Azo in ſumm.titul. de iis qui ſe numer.liber. excuſa. libr. 10.C. verſicul. item à muneribus.

atque diuerſo modo definiturus eſt. Dehinc 19
miſerabiles perſonæ à collectis immunes eſſe de-
bent,veluti cæcus,ſi pauper ſit, non contribuet [e]:
ſatis enim morbo afflictus, alio onere grauari
non debet [f]. Et ſi omnino pauper non ſit,nec de-
bet exemplo cęterorum onerari,quia is potius ex
collectis iuuari deberet [g]. Surdi quoque à perſo-
ſonalibus muneribus excuſantur [h]. Miſerabiles
in ſumma perſonæ dicuntur, quorum miſericor-
dia illis aliquid remittimus, vt decrepitæ, diutur-
no morbo fatigatæ, & ſimiles [i], viduæ, pupilli,
orphani [k].Inter miſerabiles non ſunt plebeij, nec
ruſtici,imò iſti ferè ſoli potiſſimùm in Gallia in-
dictionibus ſubiacent.Et ad hunc modum Sarra-
ceni,& Græci eos tantùm qui villani decebantur,
penſionibus obnoxios faciebant [l] : atque ij qui
cunctos nutriunt,ab omnibus opprimuntur.Item
ij qui muneris publici vacationem habent ad ex-
traordinariè imperata non ſolent compelli [m].
Plato [n] ſancit peregrinos, qui in vrbem migra- 20
runt, & aliquam artem exercet, habere ius ac-
quirendi per viginti annos, à die conſcriptionis.
quo in tempore incolendi, nullum vectigal ſol-
uere cogi debent,niſi frugalitatis exemplum, nec
emptionis venditioníſque gratia quicquam æra-
rio debere. Cùm autem viginti anni elapſi erunt,
accipere rem ſuam & abire debere, niſi ob ma-
gnum quoddam beneficium in ciuitatem colla-
tum,digni numero ciuium eſſent.Releuauit pen- 21
ſionem conductoribus Apulis Theodoricus rex,
quòd frumenta eorum ab inimicorum incurſi-
bus fuiſſent concremata [o]. Laxauit & idem rex
Arelatenſibus per indictionem 4.fiſcalia tributa,
quòd partes eius ſequuti, glorioſæ obſidionis
penuriam ſuſtinuerunt:ita tamen vt futuro tem-
pore ad ſolutam redirent functionem, *Quid enim*,
inquit, *à domino agri exigas, quem cum non coluiſſe
cognoſcas* [p]? Rurſum idem Theodoricus ſcri-
bens prouincialibus in Gallia [q] : *Vobis*,inquit,*ho-
ſtili ferocitate vaſtatis,pro qualitate læſionis per indi-
ctionem quartam relaxatam agnoſcite tributariam
functionem, quia non gratulamur exigere quod tri-
ſtis ſolutor noſcitur offerre : ita tamen vt de illis,
quæ conſtant intacta, exercituales inueniur expenſæ,
quia illis in totum deuotio non debet deſeruire, quos
per ſe laborare cognoſcit.* Legibus Francorum cau-
tum ita, *ad regem vel in bellum proficiſcens vel re-
diens, à vectigali, quod ſtraſturam vocant, immu-
nis eſto:* Item alia lex de rebus quæ ad victum
pertinent, *niſi quis negotiationem exerceat, & de
Saumis nullus teloneum ſoluat: hac immunitate qui
ſacra loca adeunt gaudento.* Summarum nomine
clitellaria intelliguntur iumenta [r]. Conductor 22
pro re conducta non tenetur ſoluere collectas.
Verumtamen ſi quis locauit fundum ſub penſio-
ne perſpicienda in pecunia,ita quod omnes fru-
ctus remaneant penes colonum, dominus non
tenetur ad tributa, niſi conſuetudo aliter ſe ha-
beret [s].Quod verum ſecūdum Bartolum,in one-
ribus realibus : in collectis verò quæ imponun-
tur perſonæ pro rebus, inſpicienda domini per-
ſona cui imponitur [t]. In vſuario diſtinguitur an
in commodo cuius debetur vſus, dominus par-
ticipat, & tunc dominus tenetur tantùm ad ex-
penſas : aut participat ſolus vſuarius, & tunc ipſe
ſolus tenetur [v]. Quod autem pertinet ad vſum- 23
fructuum, ipſe proculdubiò tenetur pro rebus,
vnde percipit vſumfructum, ad tributa & col-
lectas X, niſi tanta eſſet collectarum quantitas,
quæ perceptioni fructuum æquiualeret : tunc

e Guido Pap. deciſ.400.
f c.1. de cleri. ægrotant. can. cùm, percuſſio, 7.q.3.l. diuus, de offic. præſ.in P.
g can.licet, de cenſib.
h l.2.qui morbo ſe excuſant,li.10.C.
i Azo in ſumma, tit. quan. imperat. inter pup. & viduā, C.
k nota, in ca. ex tenore, de foro compet.
l Falcandus,in hiſtoria Siciliæ.
m l.hi qui muneris,l.7.de vacat. mune.lib. 50.P.tit.5.
n Plato, 8. de legib.
o li.1.epiſtola. vari.Caſſiodo. epiſt.16.Theodorici Iuliano.
p Theodoric⁹, rex Gotthorū epiſt.32.Benello viro ſpectabili,li.3. varia. Caſſiod.
q epiſt.41.li. 3. varia. Caſſiod.
r Rhenan. de his,li.2. de rebus Germa. in pri.
s glo.in l.edictionis,de anno.& trib.lib. 10.C.
t l. reſcripto, in fine,de munerib.& in d.l. indictionis.
v l.ſi domum, de vſu & habitat.
x l. quæro. 28. de vſu & vſufru.lega.P.l. apud Iulianū,§. hæres, de lega. 1.l. vſufructu relicto, l. 59. & l.ſi pendentes, 34.§.ſi quid, & l. hactenus, de vſufru.

tunc enim tenetur proprietarius [a]: Eadem dicenda ſunt de rebus dotalibus, quarum maritus vſufructuarius eſt, qui tributa & ſtipendia pro illis præſtare debet, non vxor, nec ea minuunt do-
24 tem [b]. Singularis deciſio Iaboleni, *vt ſi vehiculum conduxiſti, vt onus tuum portaret, & ſecum iter faceres, & cùm pontem tranſires redemptor eius pontis portorium ab eo exigebat: quærebatur, an etiam pro ipſa ſola rheda portorium daturus fuerit: puto,* inquit, *ſi portorium mulio non ignorauit, & ſe ea tranſiturum cùm vehiculum locaret, mu-*
25 *lionem præſtare debere* [c]. Fauore commerciorum mercatores Ligerim amnem nauigantes immunitatem à principe impetrarunt anno 1440. 1448. 1483. Qui annonam Lutetiam deferunt exempti à vectigalibus, lege Ludouici II. anno 1474. repetita à Franciſco primo, anno 1532. Alexander Seuerus mercatoribus, negotiatoribus, vt Romam venirent facilius, vacationem munerum dedit [d]. Negotiatorum corporatorum Romæ & immunitas ab equorum collatione, & ab alijs muneri-
26 bus [e]. Aliquando negotiatoribus indictum tributum χρυσαργύρυ, auri luſtralis, quod & negotiatorium ex lucro mercatorum ſumebatur [f], quod remiſit etiam Alexander Seuerus [g]. Ob egregium aliquod nauatum facinus aliquando alicui, vel perſonæ ſingulari vel populo irrogatum priuilegium immunitatis vectigalium & poſteris. Quemadmodum Decelenſibus ob factum egregium, quòd olim vagantibus Tindaridis pro inquiſitione Helenę cum copioſo exercitu, & ignorantibus vbinam gentium eſſet, vaſtantibus oras Athenienſium, in quas inſcij irruperant, eis vbi eſſet renunciarunt, & Athenienſium terris eduxerunt amicè, permanſit in Sparta immunitas vectigalium & dignitas præſidendi [h].

a gl. l. concubinã, §. qui hortos, de lega. 3. allega, l. ſi res obligata, de legat. 1. & illã gl. annotat. Bart. & Dyn. in l. his verbis, §. item teſtator. de le. 3. & ita ſe obtinuiſſe Florentiæ, ait, Ludoui. Roma. ſing. 356.
b l. neque ſtipendium, l. 13. de impen. in reb. dota. fact. in P. li. 25. tit. 1.
c in l. cùm in plures, l. 62. §. vehiculum, loca. in P. libr. 19. tit. 2.
d Lamprid. in Alexand.
e Symmachus. epiſt. 13.
f l. negotiantes, §. de excuſat. munerum, li. 10. C. tit. 47. l. negotiatores de luſtralis auri collatio. in C. Theodoſiano.
g Lamprid. in Alexandro.
h Herod. in 9.

## De portorijs, ſeu vectigalibus in ſpecie. Cap. 9.

De publica. & vectigalibus, Lib. 39. tit. 4. P.

1 *Vectigal portorij pro inuectis & euectis rebus.*
2 *Portoria Plato & Nero voluerunt aliquando tollere.*
3 *Iulius Cæſar peregrinarum rerum portoria inſtituit: Franciſcus primus in Gallia, vocat hæc portoria,* Traicte foraine.
4 *Nundinæ quædam in Gallia à portorijs liberæ.*
5 *Portorium non ſoluunt ſeu vectigal ad proprium vſum delata, quæ fiſci ſunt, & dilata in opus ruſticum.*
6 *Empta à fiſco ſoluunt.*
7 *Vectigalia ſecundum conſuetudinem tantùm exiguntur, non plus: nec alio modo, nec de alijs rebus.*
8 *Cautum, ne vectores deuient à recto itinere, quo vectigal exigitur.*
9 *Nihil ſupra debitum vectigal exigendum.*
10 *Vectigalia eſſe portoria, pedagia, & guidagia, & quæ.*

1 SEd ſatis in vniuerſum de tributis dictum eſt, pauca nũc oportet in ſpecie ſubnectere, quæ exemplorum loco erunt. déque vectigalibus & portorijs, quæ ex rerum euectione & inuectione colliguntur: vnde & ἐξαγωγικὰ & εἰσαγωγικὰ dicuntur ab Strabone [i]. Et Iuſtinianus [k] & alij Cæſares [l] de his meminerunt. Portoria omnino ex ſua re- 2
publica exploſit Plato [m], nempe quemadmodum opinor, vt commercia libera exiſtentia, mercatores ad rerum copiam inuehendam allicerent. Nero quoque omnia voluit remittere, & cùm monitus à ſenatu fuiſſet, à republica id non eſſe, cauit tamen ne cenſibus negotiatorum naues adſcriberentur, néve tributa pro illis penderent [n]. Rara tamen fuit hæc principum manſuetudo, & factum vt mutatio principum & onerũ quoque adferret innouationem, negotijs quoque vel vrgentibus vel labentibus. Primus Iulius Cæſar 3
peregrinarum mercium portoria inſtituiſſe traditur à Suetonio Tranquillo [o]: quod poſteà vſu ſeruatum, & ex Martiani reſponſo liquet [p]. In Gallia Rex Franciſcus primus eius nominis permiſit euectionem tritici & vini, dummodò pro ſingulis modijs aureus nummus ſolueretur [q]. Et vectigalia impoſita pro rebus aliunde in Gallias importatis, vocant *la traicte foraine* [r]: Exce- 4
ptis certis nundinis in quas inuecta immunitatem habent, vt in nundinis dictis, *du lendit*, oppidi S. Dionyſij, propter Pariſios [s]. Solent exigi iſta vectigalia ex rebus quæ negotiandi cauſa inuehuntur & euehuntur non obſtante reſcripto contrario impetrato à principe [t] immunitatis: quod ſubreptitium præſumitur & quamuis domini rerum, ſint milites, ſi non ſoluant, excuſati quidem ſunt à commiſſo, id eſt, ne confiſcentur res ob vectigal non ſolutum, tamen deprehenſi ad ſolutionem coacti [v]. Res tamen in triplici dif- 5
ferentia ſunt à portorijs liberæ, nempe quæ quis ad vſum proprium defert, 2. pro ipſo fiſco delatæ 3. quæ exercendi ruris gratia [x]. Ad proprios vſus delata intelliguntur, quæ pro ſe vel pro ſua familia defert. Nam qui vſum pro ſe habet & pro familia habere cenſetur [y]. Et quia fiſcus de rebus ſibi neceſſarijs non ſoluit [z], neque illi qui fiſci res potiſſimùm tractant, veluti præſides prouinciarum pro ſuis rebus, nec etiam ſoluitur de rebus exercitui paratis [a]. Qui à fiſco tamen 6
emunt, vel de rebus fiſci negotiantur, fiſci priuilegio non vtuntur, quia ceſſat, & portoria præſtare tenentur [b]. Soluuntur autem tantùm de 7
his rebus qui ſolent illud præſtare, non de omnibus, nec alio modo, nec amplius quàm conſuetudo recipit [c]. Et proinde in comitijs Aureliæ generalibus [d], decretum anno 1560. iuúſſimque vt qui contendunt ſe ius vectigalis habere, portoriique, palam in albo deſcribant iura, & ex quibus rebus & quatenus exigant, ne ſupra modum, de aliiſque rebus quàm ius habeant poſſint extorquere, pœna priuationis iuris eius etiam quod habent & corporali, aduerſantibus indicta. Sunt leges Caroli Magni de his portorijs in hæc verba [e]. *De Theloneis*, inquit, *vt antiqua & iuſta Thelonea à negotiatoribus exigantur, tam de pontibus, quàm de nauigijs ſeu mercatibus, noua verò, ſeu iniuſta, vbi vel funes tenduntur, vel cum nauibus ſub pontibus tranſitur, ſeu his ſimilia, in quibus nullum adiutorium itinerantibus præſtatur, vt non exigantur. Similiter etiam nec de his qui ſine negotiandi cauſa ſubſtantiam ſuam, de vna domo ſua in aliam, aut ad palatium, aut in exercitum, ducunt.* Alia lex [f] rurſum: *Theloneis quæ iam anteà furmanita fuerunt nemo tollat, & niſi ibi vbi antiquo tempore præſumat.* Et in legibus Longobardorum [g] idem ſancit, *de Theloneis quæ iam antè ſurmanita fuerunt, vt nemo tollat, niſi vbi antiquo tempore conſuetudo fuit.* Vox Saxonica thol, tributi vt ait

Vitus

i Strabo. lib. 17.
k in edicto de Alexandrinis. A in l. vnic. de Alex. primatib. lib. 11. C.
m Plato, lib. 8. de legib.
n Cor. Taci. li. 13. aunal.
o Sueto. in Iulio Cæſare, ca. 32.
p Martia. l. interdum, l. 16. §. diui, de publi. & vectig. li. 39. tit. 4.
q à l'ordõnance du Roy Frãcoys, de la traicte des bledz.
r conſt. Franciſ. 1. de l'impoſition foraine, & Henric. 2. ſur le faict de l'impoſition, & Caroli 7. de l'impoſition foraine. & Carol. 8.
s cõſtit. de nõ imponen. nouis vectigalib.
t l. omniũ rex, l. 6. de vectiga. & commiſſ. li. 4. C. tit. 61.
v l. 3. C. de vectigal.
x Conſtanti. in l. vniuerſi, l. 5. de vectig. C.
y l. in lege cẽſoria, l. 204 de verb. ſign. d. l. omniũ, l. 2. de vſu & habitat. li. 7. P. tit. 8.
z l. locatio, l. 9. §. fiſcus, de publica. in P. li. 39. tit. 4.
a d. l. licitatio. §. earum rerũ, & l. ſi publicã, l. 4. §. 1. eo. ti. P.
b d. l. locatio, §. fiſcus.
c l. ſi publicanus, l. 4. §. fi. & d. l. licitatio-nis. §. earũ rerum, de pub. P.
d in conſtitutio. Aureliæ, art. 138.
e in capitularibus Caroli Magni, cap. de pace, c. 13.
f In capitulari 1. c. 19. in capitular. Caroli Magni.
g lib. 3. legum Longobardorum, tit. de epiſcop.



Vitus Amerbachius: ſed potius ego Græcam puto originem. Et rurſum Carolus Magnus [a], *Nullus cogatur ad pontem ire ad fluuium tranſeundum propter Thelonei cauſam, quando in alio loco compendioſius tranſiri poteſt fluuius. Similiter, vt in campo plano, vbi nec pons, nec traiectum eſt, ibi omnino vt*
8 *Theloneum non exigatur præcipimus.* Iubet tamen Carolus 8. Rex Galliarum [b], vt merces quæ vectigalibus ſubiiciuntur, recto itinere ducantur
9 eò vbi vectigalia debent, non obliquo. Marcus Cæſar curatoribus viarum ac regionum (ſcilicet vrbis) dedit poteſtatem vt vel punirent, vel ad præfectum vrbis puniendos remitterent eos, qui vltra vectigalia quicquam exegiſſent [c]. Et Theodoſius ad Senatum vrbis Romæ hoc etiam programmate edictali vſus: *Noueritis*, inquit, *in cunctorum prouincialium cognitionem pertinuiſſe, vt liberè prorumpat in publicum, qui ſe alienæ functio-*
10 *nis nouerit oppreſſum* [d]. Vocant nunc vectigalia iſta portoria, pedagia, & guidagia, quæ pro itinere tutando, & pro ductu, & pro impenſis in hæc factis exiguntur, authoritate expreſſa principis, vel tacita cum antiqua conſuetudine aliter illicita [e].

a in l. vt nulli cogantur. d. ti. de epiſ. li. 3. legũ Lõgobard.
b in Conſtitutio. Caroli 8. de l'impoſitiõ foraine.
c Iul. Capitoli. in vita Marci.
d Caſſiodor. in 2. varia. epiſto. ad Senatum.
e c. ſuper quibuſdam, c. 26. §. præterea, de verbo. ſig. li. 5. Decret. tit. 40.

## De quibuſdam rebus, ex quibus nomine tributi vel vectigalis, fiſcus quædam accipiebat. Cap. 10.

1 *De vectigali ſalis, & origine. Liuius ſalinator vnde dictus.*
2 *Salis fodinæ vbi.*
3 *Salis vectigal, dictum Gall.* Gabelle. *quando in Gallia inſtitutum.*
4 *Mirum de ſale euaneſcente Tragaſeo poſt impoſitum tributum ei à Lyſimacho.*
5 *Salinæ aliquando priuatis liberæ, quæ poſteà tributariæ, vt argenti, aurive, & aliarum rerum fodinæ.*
6 *Centeſima rerum venalium ſub Tyberio in ærarium miſſa.*
7 *Vectigal pro litibus, Caligulæ quadrageſima ſummæ controuerſæ.*
8 *Vectigal ex gerulorum quæſtibus Caligulæ, & ex meretricum lucris, & ex matrimonio.*
9 *Vectigal ad cuſtodes, quinquageſima pretij venditorum mancipiorum Octauij.*
*Item Octaua pars poſſeſſorum à liberis: & quadrans omnis reditus acceptus ab ingenuis.*
10 *Renouauit omnia vectigalia, addiditque noua Veſpaſianus, & vectigal ex Lotio.*
11 *Vectigalia καπνικὰ, id eſt, fumaria ſeu infumibula, ſeu vt noſtri dicunt,* par feus, *ab Iſaaco Commento imper. orientis introducta, & à Nicephoro etiam impera. orientis exacta.*
12 *Vini vectigal & ſalis Pariſiis impoſitum tempore Caroli quinti.*
13 *Tritici vectigal impoſitum, vi excuſſum.*
14 *Solarium tributum ob locum publicum poſſeſſum.*
15 *Vini vectigal olim in Gallia, & Tholoſæ à Romanis exactum.*
16 *Vectigal ex metalli fodinis, & metallarijs.*
17 *Quatuor genera perſonarum, quæ in metallis publicis conſiderantur, procuratores metallorum, adſcripti metallis, in metallum vel opus metalli damnati, monetarij.*
18 *Vectigal ſolutum pro vmbra Platani.*

APud Romanos vectigal præbebat ſal, 1
quod ingens fuit Romanis, vt ait Liuius [f], impoſitum à M. Liuio, & C. Claudio cenſoribus, vnde & Liuio nomen ſalinatoris inditum. Quod Vectigal ægrè tulit populus. Salino præpoſitus, alaſarchos dictus [g]. Plinius tamen tradit [h]: Ancum Marcium Regem, ſalis modia ſex milia in congiario dediſſe populo, & ſalinas primùm inſtituiſſe. Caius meminit de his [i], *Vectigalium publicorum*, inquit, *ſocijs permiſſum eſt corpus habere, vel auri fodinarum vel ſalinarum.* In Dorinana, quæ hodie Rana di- 2
citur, in comitatu Moramuriſienſi in Dana mediterranea, Salinæ extant, ad fontes Tibiſci locum incolæ Sigeth appellant, vbi ex montibus proximis tanta copia foſſilis ſalis eruitur, vt magnum inde vectigal Vngariæ reges recipiant, atque cameras tres in prouincia habeant, vbi ingentes montes ſalis congregant, Tordæ videlicet, Viſaſtinæ, quam & Salezeburgani dicunt, &c. vt eſt apud Volphgan. Lazium [k]. In Gallia ſalis vecti- 3
gal quoque opulentiſſimum, dicunt *la gabelle*, quòd impoſitum ſali ac promercali vino, tradit Paulus Aemilius [l] tempore Caroli 5. qui ſapiens dicebatur, ob neceſſitates belli eius tempeſtatis, is fuit rex ordine, 51. anno Domini 1364. Gaguinus autem [m] putat impoſitum à Philippo Valeſio, ſeu ſexto, qui fuit anteà rex 40. anno Domini 1328. Refert inſtitutum vectigal Meyerus anno Domini 1342. [n] & in Flandria prohibitum. At nobis adhuc ſupereſt conſtitutio Philippi pulchri, eius nominis 4. [o] qui extitit 45. ordine rex anno 1286. per quam apparet iam ab eo vectigal inditum ſali 4. denariorum in ſingulas libras, atque declaratum in ea, hoc auxilij tantùm nomine impoſitum ſali, non vt perpetuo dominio regio incorporaretur, eáque de re vocata regni publica comitia. Vt pro conciliatione horum dicendum ſit à tempore Philippi pulchri fuiſſe quidem hoc vectigal nomine oblationis & auxilij impoſitum, à ſequentibus autem principibus in ordinarium tributum tranſlatum, & aliquibus legibus alijs munitum: vel non in omni loco vbi ſal eſt primum impoſitum, ſed ſucceſſu temporis. Nam nec diu eſt ob hoc tributum Marenenſes rebellaſſe in magiſtratus regios in Aquitania Burdigalæ. Impoſuit 4
Lyſimachus tributum Tragaſeo ſali quem anteà licebat volentibus etiam capere: ſed eo impoſito ferunt ſalem euanuiſſe, & naturam liberalem, auaritiæ inuidiæ ſe ſubtraxiſſe: quod cùm audiſſet Lyſimachus, remiſit tributum, & ſtatim ſal vt anteà apparuit, ſi credamus Athenæo [p]. Salinæ ali- 5
quando fuerunt liberæ priuatis [q], non minus quàm ſulphurariæ [r], argenti fodinæ, auri & cretæ fodinæ, ex quibus & imperatores tantùm decimas capiebant [s]. Neque cuncta quæ in mari ſunt vel ex aqua marina fiunt, vt ſal, iuris imperatorij cenſentur: alioquin illud adulationi Palphurij ſimile eſſet dixiſſe, is enim omnia dicebat in mari capta & exiſtentia, Domitiani Cæſaris eſſe, vt Iuuenalis [t]:

*Si quid Palphurio, ſi credimus Armillato,*
*Quicquid conſpicuum pulchrúmque ex æquore toto eſt.*
*Res fiſci eſt, vbicunque natat.*

Quod falſiſſimum eſt, nam quæ in mari, vt quæ in cœlo capiuntur, occupantium fiunt [v]. Ideo & ſalinæ in quæ ex aqua marina multis laboribus coaleſcũt dominorum & occupantium iure ſunt, veruntamen poſteà principes ſibi ſalinarum ius

f Liuius, lib. 9. decad. 3.
g meminit Ci. 4. ad Atticum, & Ioſeph. vlt. antiquit.
h Plinius, libr. 31. Hiſtor. natur. c. 7.
i Caius, in l. 1. quod cuiuſq; vniuerſit. nomi. in P.
k Volphgan. Lazius, libr. 12. commentario. reipub. Roma. ſect. tit. 2. c. 1.
l Paul. Æmil. libr. 9. Hiſtor. Franc. in Carolo ſapiente.
m Gaguinus, lib. 8.
n Iacobus Meyerus, li. 12. Hiſtor. Fland.
o cuius meminit Franciſ. 1. cõſtitutio. des gabelles anno 1517. 10. Iulij.
p Athenæ. lib. 3. dignoſ. c. 1.
q Vlp. in l. magis puto, de rebus eor. qui ſub tut. in P.
r l. ſi quis vxori. 53. §. ſi ſulphurariæ, de furt. in P.
s l. cuncti, de metalla. lib. 11. C.
t Iuue. Saty. 4.
v l. 1. §. fi. de acqui. rer. domi. §. & quidẽ, de rer. diuiſ. & l. iniuriarum, de iniur. in P. l. 2. & 3. de rer. diuiſio. l. 3. ne quid in loco pub. P.

6 & reditus conſtituerunt. Vt & aurifodinas ſeu aurarias alliquando Tyberius ſibi reſeruauit bonis priuati proſcriptis [a]. Sub Tyberio centeſima pars rerum venalium præbebatur, quæ in ærarium militare mittebatur poſt bella ciuilia in ſubſidium militum [b], anteà pendebatur ducenteſima: ſed is ſubſtituit in eius locum centeſimam [c]. Eò refertur quod Vlpianus ait [d], vectigalis nomine ex emptione aliquid deberi poſſe, & tunc quod debetur præſtandum ab emptore vel venditore, prout placuerit, ſi nihil dictum ab empto-
7 re. Caligula introduxit vectigal pro litibus atque iudicijs vbicunque conceptis, quadrageſimam ſummæ de qua litigaretur. Nec erat ſine pœna, ſi quis compoſuiſſe vel donaſſe negotium conuinceretur, vt ſcribit Suetonius [e]. Vidi & meo tempore hoc vectigal in Gallia, vocabant conſignationes: verùm quia & nimium crudele viſum eſt,
8 ſublatum eſt. Ex gerulorum diurnus quæſtibus Caligula quoque partem octauam accepit: & ex capturis proſtitutarum, quantum quæque vno concubitu mereret, atque additum vt tenerentur publico, & quæ meretricium & quæ lenocinium feciſſet. Necnon & matrimonia obnoxia vectigali eſſe voluit [f]. Poſteà tamen Seuerus Cæſar vetuit inferri in ſacrum ærarium lenonum & meretricum vectigal, & vt ſcribit Lampridius [g]. Sic & inter Chriſtianos aliquando lupanaria permiſſa, & vectigalia exacta, ſed poſteà vtrumque Chriſtianè expunctum eſt: vt & Alphonſus primùm fecit Aragoniæ [h]. Et Boëmi apud ſe ex lege pro-
9 hibent [i]. Octauius Cæſar ad nutriendos cuſtodes & milites, vectigal impoſuit, vt deferretur ærario quinquageſima pars pretij mancipiorum, venditorum [k]. Et tempore triumuiratus eius, Lepidi, & Antonij imperatum libertis quotquot in Italia degerent, ducenta ſeſtertia vel amplius poſſiderent, octauam partem ſuarum facultatum deferrent in publicum, quod & turbas, cædes, & incendia edidit multa. Verùm tandem domiti liberti, & ab ingenuis quoque quadrans anni reditus exactus [l]: id enim ferebat miſeria illius ætatis, in bello conſtituendo contra Caſſium & Brutum authores necis Cæſaris, qui Aſiatica occupauerant tributa, éxque eadem cauſa aliorum vectigalium infinita propè proles, vt Appianus [m] nar-
10 rat, & Velleius Paterculus [n]. Renouauit omnia vectigalia, & noua addidit Veſpaſianus, ita vt ex lotio exigi iuſſerit [o]. Nicephorus quoque imperator orientis, omnes onerum releuationes ſu-
11 ſtulit, noua & incognita ante impoſuit [p]. Iſaacus Comnenus imperater orientis ſtatuit [q] canonem, quem dicunt canonicum pro vico habente τριάκοντα καπνοὺς, id eſt, triginta infumibula, aureum vnum, argenteos duos, arietem vnum, hordei modios ſex, vini menſuras ſex, farinæ modios ſex, gallinas 30. pro vico qui 20. habet infumibula, aurei beſſem argenteum, agnum dimidiatum, hordei modios quatuor, vini menſuras 4. gallinas 20. pro vico 10. infumibulorum, argenteos 5. agnellum vnum, hordei modios duos, gallinas decem. Nicephorus etiam alius imperator orientis, qui tempore Caroli magni vixit τὰ καπνικά, id eſt, fumaria tributa exegit ab initio vſque ſui imperij, etiam ex omnibus ſacris ædibus, necnon ab Eccleſijs, monaſterijs imperatorijs, à parœchis, orphanotrophijs, hoſpitalibus, gerocomijs [r].

a Cornel. Tac. lib. 4.
b Corn. Tac. li. 1. annal.
c Dion Caſſios, lib. 58.
d Vlp. l. debet, l. 27. de ædil. l. edicto, li. 21. P. ti. 1. Ludou. Roma. ſing. 582.
e Sueton. in Caligu. c. 40.
f Sueto. in Caligu. c. 40.
g Ælius Lamprid. in Seueri vita.
h Antonius Panormitanus li. 1. de geſt. & fact. Alphon. c. 61.
i Syluius, lib. 1. de dict. & fact. Alph. c. 61.
k Dion Caſſius. li. 53. Hiſt. Roma.
l Dion Caſſius lib. 50.
m Appia. Alexandri. libr. 4. bello. ciuil.
n Velleius Patercu. libr. poſteriore Hiſto. Romana.
o Xiphyli. ex Dione in Veſpaſiano. Suetonius. in Veſpaſ. c. 23.
p vide li. 1. Iuris orientalis in eius conſtitutionibus.
q li. 1. iur. orienta. in conſtitutio. Iſaaci Comneni tit. περὶ κανονικοῦ.
r in 1. lib. iur. oriental. in conſtitutionibus Nicephori περὶ στρατείας τῶν ἀπόρων, de militia egenorum.

Vini vectigal Lutetiæ impoſitum eſt tempore Caroli 5. inuento ærario inſufficiente pro impendijs belli in Anglos. Atque pro victu quo- 12
tidiano regis & filij eius Dalphini, duodecim denariorum turonenſium per ſingulas libras ſalis diuenditi, pluráque perſonalia alia, & realia tributa, quæ refert Gaguinus [s]. Impoſitum ali- 13
quando Brungenſibus vectigal tritici, verùm ipſi anno 1411. vi ſeſe liberarunt ab hoc onere. Et domo nouo illi tributo colligendo conſtructa in Brambergo, malleis confracta & in profluentem abiecta, Ioannes Bieſſe, Nicolaus de Zontere, Liuinus van Melaue, Ioannes Brito, Liuinus Scuetelare tributi inuentores exilio puniti [t]. Solarium aliud vectigal eſt, quod ex ſolo 14
publico à priuato poſſeſſo, publica locatione vel emphyteoſi colligitur [v]: qui enim ædificat in loco reipubli. tenetur canonem vel vectigal eius rei nomine præſtare, nec aliter licet occupare [x]. Sic & de agris, & de rebus ciuitatum dicimus, vt alij fundi vectigales, alij non vectigales ſint, vectigaléſque annuam habeant penſionem [y]. M. Fonteius prætor Galliæ pro Roma- 15
nis apud Allobroges, inter cætera à Gallis accuſatus, quod nouum vini portorium inſtituiſſet: quod tamen diluit Cicero [z], & anteà in Italia fuiſſe. Et in Gallia Titurium Tholoſæ in ſingulas vini amphoras portorij nomine exegiſſe: Crodinium Portium, & Numium ternos victoriatos, Nuchalone ſerene, vmbinos & victoriatos mille. Atque in his locis à ſe Codimi è Neucalone, ab his portorium eſſe exactum, ſi qui Cobiamacho, qui vicus inter Tholoſam & Narbonam eſt, dimitterentur, neque Tholoſam ire vellent, &c. Vectigal item fiſco penditur à me- 16
tallarijs ex metallifodinis. Quicunque volebat metallarij officium profiteri, prius præſtabat fiſco octo ſcrupulos in balucha [a], id eſt, in arenato vel minutato auro puro. Sic enim minutas arenas auri vocant Hiſpani baluchas, Græci chryſamos [b]. Scrupulum 24 pars vnciæ eſt. Præſtabant & ſingulis annis quoque iſti aurileguli 7. ſcrupulos auri [c]. Et vltrà, ſi quis in ſuo ſolo cuniculos auri quærendi cauſa effodiſſet, decimam auri præſtabat fiſco: ſi in alieno, decumam domino ſoli, & decumam fiſco [d]. In metallis publicis qua- 17
tuor genera perſonarum conſiderantur, qui alijs regendis præficiuntur, procuratores metallorum ſunt, qui ad tempus præficiebantur, quo niſi expleto, ad aliam dignitatem non conſcendebant [e]. Aliud genus, eorum qui adſcripti metallis erant, qui inibi perperuò ſeruire cogebantur, vt ex corpore metallorum cum vxoribus & ſobole, quò exeuntes, cum ſobole reuocabantur [f]. Erant tamen liberi hi homines metallarij. Tertium genus erat eorum, qui ad metallum, vel opus metalli damnantur, qui pro definito tempore vincti metallis operam præbent, libertatéque amiſſa ſeruiunt [g]: interdum tamen inde remittuntur, ſi inutiles ſunt operi propter valetudinem, vel ætatis infirmitatem, dummodo impetretur à principe [h]. Quartum genus faciunt monetarij, qui metalla tractant & ſignant, quorum peritia certa eſſe debet & fides, vnde & corpus olim faciebant & collegium. Pro vmbra platani ſolutum etiam ve- 18
ctigal tradit Plinius, cùm ea arbor vmbræ gratia tantùm ex alieno fuerit petita orbe [i].

s Gaguin. li. 9. in Carolo 5.
t Iacobus Meyerus, li. 15. annalium Flandriæ in Ioanne Burgundione.
v l. 2. §. ſi quis nemine prohibente, ne quid in loc. pub. lib. 43. P. tit. 8. l. 1. de diuerſ. prædiis pub. libr. 11. C. tit. 69.
x l. ſi legatum l. 10. de operibus pub. li. 50. P. tit. 10. l. ſi qui ex ti. l 5. de diuerſ. prædiis, li. 11. C.
y l. 1. ſi ager vectigal. vel emphyteot. petat li. 6. P. tit. 3.
z Cicero pro M. Fonteio.
a l. 1. de metallar. lib. 11. C. tit. 6.
b Plinius. libr. 33. c. 4.
c l. per annos eo. tit. de metallar.
d Gratianus, l. cuncti. l. 3. de metallar. C.
e l. 4. de metallar. li. 11. C.
f l. ſi eod. de metallar.
g l. aut damnũ, l. 8. §. eſt pœna, & §. ſeq. l. quidam ſunt ſerui pœnæ, l. 17. de pœ. in P. li, 48. tit. 19.
h l. in metall. damnati, l. 22. de pœnis eod.
i Plinius, libr. 12. c. 1.

De



## De theſauris inuentis, in fiſcum inferendis. Cap. 11.

1 *Vectigal captum à ſubitò ditatis.*
2 *Theſauri inuenti in quantum & quãdo fiſci ſunt. Theſaurus quid.*
3 *Quando quis dicatur theſaurum in ſuo inuenire, & cedere emphyteotæ in re emphyteoticaria inuentum docetur.*
4 *Non autem vſufructuario rei, in qua inuenitur: Non ei, qui hypothecæ nomine habet, vel nomine dotis inſtituendum.*
5 *Mercenarius in alieno operans inueniens theſaurum, nihil ex eo tanquam inuentor percipit.*
6 *Lex Apuliæ antiqua omnes theſauros inuentos defert fiſco: alia diuidit cum inuentore: at in Gallia & alibi qualis hac de re ſit, lex, explicatur.*

1 INter exactiones Tyrãnicas, quæ enumerãtur [a] Nicephori Cęſaris Orientis, qui ſucceſſit Irenæ, eſt vectigal inſtitutum, quod à magiſtratibus inſpici res eorum iuſſit, qui ex pauperie ſubitò ad opes perueniſſent: ab iiſque veluti qui theſauros inueniſſent, pecuniam poſtulari. Ad ius fiſci theſauros inuentos pertinere indicat Calliſtratus [b].
2 Quod cum diſtinctione temperandum eſt: nam qui in ſuo theſautum inuenit, ſuum facit: ſi in alieno vel fiſcali prædio fortuna inuenerit, cum domino ſoli vel fiſco partitur [c]: ſi inſcio vel nolente domino in alieno inquirens inueniat, omnis domino debetur: ſi autem magicis & malis artibus alicubi quis inuenerit, fiſco quærit [d]. Abſurdum enim eſſet, vt quis ex eo lucrum caperet, vnde pœnam meretur. Conſtituerunt autem leges pœnas magis hariolis & huiuſmodi ſuperſtitioſis & pernicioſis hominibus [e]. Plato porrò [f] omnino à theſauris inuentis abſtinendum eſſe docuit, niſi quis ſit ex familia eorum, qui recondiderunt. atque ideò publicè ſacrandum voluit modico præmio accepto, veluti ſapientes tripodem aureum inuentum in mari, Deo potius cenſuerunt conſecrandum, quàm ſibi reſeruandum [g]. Theſauri nomen non omnem pecuniam reconditam continet, ſed eam tantùm, de cuius depoſitione ſeu infoſſione, non extat memoria [h]. Alioquin autem, ſi quis metu bellorum aut latronum aut cuſtodiæ cauſa infoderit, non eſt theſaurus huius generis, vt cedat inuentori, imò furtum qui effoderit, committit [i]: nam & poſſidere dicitur is pecuniam, qui eam terra condidit, etiam ſi igno-
3 ret locum vbi condiderit [k]. At in ſuo inuenire dicitur non ſolùm dominus loci, cum pleno dominio poſſidens, ſed etiam emphyteota, qui vtile dominium habet in prædio vectigali: tum quia propriè theſaurus, nec fructus quidem fundi eſt ciuilis aut natnralis [l], nec verè fundi portio [m], ſed res penitus ab eo ſeparata, nihil habens cum fundo commune. Et proinde, fortunæ donum in viſceribus terræ conditum [n]: nullius & quod inuentori, vt occupanti potius cedere, quàm alij debeat. Tum etiam quia emphyteota habet vtilem actionem pro fundo petendo & in rem [o], ſuúmque cuiuſq; videtur quod vindicari poteſt [p]. Et meum eſt, cuius vendicandi ius habeo [q]. Cùm in rem actio competit eis, qui iure gentium, aut ciuili dominium acquirunt [r]. Proinde emphy-

a li. 1. iur. orienta. in conſtitu. Nicephor. tit. περὶ στρατείας τῶν ἀπόρων, de militia inopũ.
b l. 1. de iure fiſc. P.
c & hæc fuit etiam Adriani conſtitutio, teſte Aelio Spartiano in Adriano, §. theſauros, de rer. diuiſ.
d l. 1. de theſau. li. 10. C. titu. §. theſauros, de rer. duiſ. §. fin. q̃ ſint regaliæ li. 2. feudo. tit. 56.
e l. 3. & 4. de mathe. & maleſic. li. 9. C. tit. 18. cap. 1. 2. 3. de ſortileg. lib. 5. Decret. tit. 21. tota 16. q. 2. Deu. 18. Leuit. 20. & 27. 1. Reg. 28. cũ ſimilib.
f Plato. li. 10. de legib.
g Diog. Laert. in Solone.
h l. 1. de theſaur. li. 10. C.
i Paul. l. nunquam nuda. l. 31. §. theſaurus, de acq. rer. domi. li. 44. P. ti. 1.
k l. peregrè, 44. de acquir. poſſeſſ. li. 41. P. tit. 2.
l l. diuortio, §. ſi fundũ, ſol. matri. P.
m l. 3. §. Neratius. de acqui. poſſ. in P.
n Menãder in fabula, quæ theſaurus, & l. ſi is qui, §. q̃ ſi ſeruus, de acq. rer. dom.
o Paul. in l. 1. ſi ager vectig. vel emphyteo. pera.
p Vlpianus. l. Quintus Mutius l. 29. §. argento legato, & §. cui legatum eſt, de auro. & arg. lega. li. 34. P. tit. 2.
q Celſus, l. ſolum, lex 49. §. meum eſt, de rei vend. lib. 6. P. tit. 1.
r Paul. l. in rem act. l. 29. eo. P.

teota in ſuo inueniſſe dicitur, ſi inueniat theſaurum in re emphyteoticaria, & ſibi totum acquirat, vel ſi alius ibi inueniat, medietatem tanquam dominus, pręfertúrque domino directo, cùm etiã emphyteoticarios poſſeſſores Theodoſius vocet fundorum dominos [s]. Et ita Angel. Aretinus cõtra Placẽtinum defendit [t]. Hinc ſequitur theſau- 4
rum inuentum in fundo, in quo vſusfructus debetur alicui, non vſufructuario, ſed domino directo quæri. Quod & Tryphonius iuriſc. reſpõdit [v]. Sic & ſimilis vſufructuario, hic qui hypothecæ nomine poſſidet, vt theſaurum in re hypothecata inuentum non ſibi quærat, ſed debitori vt domino relinquat [x], quanquam alienare poſſit pro debito [y]. Idipſum in marito, ſi inueniatur theſaurus in fundo dotali inæſtimato, dicendum, vt non illi, ſed vxori quæratur, niſi ipſemet maritus inueniat, tunc enim, vt alius in alieno inueniens, iure inuentionis medietatem conſequitur [z]: quòd & in vſufructuario & creditore intelligo vera, vt inuenientes ipſi in prædio vſufructuario vel oppignerato, mediam conſequantur partem, tanquã in ſolo alieno inuenientes, non tanquam domini. Cæterùm in mercenario, qui operas ſuas locauit, 5
ſi fodiendo vel ædificãdo inueniat theſaurũ, Angelus notat nihil eum inde percipere debere [a], argumento procuratoris qui ex mandato domini agens, litem putà vel aliud: omnia domini reſtituere tenetur, etſi iniuſtè à iudice fuerint aſſignata [b]. Ex Apuliæ regni ſtatuto, theſaurus recondi- 6
tus inuentus ſiue publico ſiue priuato loco fiſci omnino erat. Alia poſtea lege Caroli 2. diuidendus inter regem & inuentorem [c]. Lege Conſtantini quiſquis theſaurum reperiſſet, vltrò ad fiſcũ referre debebat [d]. Ludouici noni conſtitutio etiã aureum theſaurum aurifodinas regi omnimodo attribuit. Et ita vetuſtiſſima extant ſenatus Pariſienſis decreta, theſaurum aureum quocunque in agro repertum ad principem: argenteum ad agri proprietarium pertinere anno 1259. & 1261. [e] Ea de re ſic etiam Eduardus primus Angliæ rex ſtatuit, Theſauros de terra, domini regis eſſe, niſi in templo vel in cæmiterio inuenirentur, eóque caſu aurum regis fore, cum argenti parte dimidia, reſidua parte eccleſiæ attributa [f]. Theodoricus Oſtrogothus Italiæ rex, quoque depoſitiuas pecunias ex longa vetuſtate dominis carentes, ad fiſcum pertinere ſtatuit [g]. At aliquando Pariſienſis ſenatus diuidendum theſaurum à principe cum repertore pronunciauit [h]. Sed & Calend. Sextil. anno 1570. expulſo fiſco regio theſauri reperti pars vna domino iuridico, altera repertori, tertia alia domino fundi proprietario aſſignata [i].

s l. poſſeſſores l. 12. in fine de fundis p trim. li. 11. C. tit. 61.
t Ang. Aret. in §. theſauros. de rer. diuiſ.
v Trypho. in l. ſi is qui in aliena poteſtate, l. 63. §. quod ſi ſeruus. de acq. rer. dom. li. 41. P. tit. 1.
x d. §. quod ſi ſeruus.
y §. cõtra, q̃b. aliena. licet, li. 2. inſt. ti. 8. cum ſimilib.
z Papinia. in l. diuortio, l. 8. §. ſi fundum, ſol. matri. libr. 24. P. tit. 3.
a Angel. Areti. in d. §. Theſauros. num. 2. de rer. diuiſ.
b Caius, in l. 46. §. procurator, de pcurator. li. 3. P. tit. 3.
c Matthæus de Afflict. conſtit. Neapolita. de offic. ſecret.
d de Theſaur. in C. Theodo.
e Chopinus, li. de domanio 2. li. tit. 5.
f in leg. Saxoni. Lambardi.
g Caſſiado. lib. 6. Variarum.
h Ioan. Gal. q. 193. deciſa per areſt.
i Chopinus, vbi ſupra.

## De hæreditatibus, aut portionibus illarum in fiſcum delatis. Cap. 12.

1 *Fiſcus olim auctus inſtituto principe, qui hæreditates priuatorum acceptaret.*
2 *Principes qui repudiarunt ſibi delatas hæreditates.*
3 *Cautum, ne liceat Imperatorem litis cauſa inſtituere.*
4 *Caducæ hæreditates quando in fiſcum delatæ.*
5 *Vigeſima hæreditatum aliquando delata in fiſcũ. Deſcriptio vniuerſi orbis quare & quando ab Octauio imperata, eod.*

6 *Decima legis Papiæ & vigeſima teſtamentaria ſublata.*
7 *Decima omnium hæredita. Turcæ principi pendent. Patalnagius æſtimator bonorum Turcis.*
8 *Hæreditates morientium ab inteſtato ſine proximis, & vxore, vel marito deferuntur fiſco nunc, vt bona vacantia.*
9 *Albanagij iure & Galliæ princeps ſuccedit alienigenis in regno morientibus, non factis regnicolis.*
*Excluſis filiis.* 11. *Bononia habet & hoc ius, eod. & Sicilia,* 14.
10 *Nothis ſeu ſpuriis ab inteſtato decedentibus ſuccedit princeps, vel dominus loci, qui iuriſdictionem habeat loci, vide &* 13.
12 *Delata fiſco non petita quadriennio, non delata* 20. *annis præſcribuntur.*
15 *Bona vacantia & regis, interdum & dominorum iuridicorum ſunt.*
16 *Hæreditates & legata indignis relicta quando fiſco deferantur.*

1 NOn reſpuit princeps hæreditates eorum
qui eum inſtituerunt, & ita illæ quoque fiſcum augent [a]. Mos namque antiquus erat, vel metu vel gratiæ aucupandæ cauſa inſtituendi imperatores: vnde Caius Caligula ad conficiendam pecuniam edictum ſenatuſc. propoſuit, vt qui ante hæredem ſibi deſtinaſſet Tyberium, Caio legaret morte ſua [b], quamuis Paulo iuriſ. placuerit eius bona qui ſe imperatorem hæredem facturum eſſe iactauerit,
2 à fiſco occupari non poſſe [c]. Neque etiam omnes principes in ea fuerunt ſententia, quinimo & aliqui illorum, delatas legitimè repudiarunt eorum quibus erant proximi vel filij, vt Adrianus fecit teſte Spartiano [d]. Et Antoninus Pius alio nomine dictus Aurelius [e]. Et Octauianus Cæſar nunquam quicquam ex ignoti teſtaméto capere ſuſtinuit [f]. Nec Flauius Domitianus ab illis accepit, quibus liberi eſſent [g]. Qui omnes excelluerant maximè in hoc & Tiberio iuſtiores, qui auariſſimus cùm eſſet, omnes ſibi delatas hæreditates lubens adibat [h]. Vnde & plures illum inſtituebant vel ad inuidiam aliorum, vel vt vindictam facilius per ipſum hæredem exequerentur
3 in alios. Cui tamen malo poſteà proſpectum cautúmve, non licere Imperatorem litis cauſa hæredem inſtituere, minúſque inuidioſum viſum, neque calumniæ facultatem ex principali maieſtate capi oportere [i]. Aelius quoque Pertinax hac de re ſenatuſconſultum tulit, & eo ſe profeſſus eſt nullius ſe aditurum hæreditatem, quæ aut adulatione alicuius delata eſſet, aut lite perplexa, legitimi & neceſſarij hæredes reſeruarentur. Addiditque ſenatuſconſulto, *Sanctius eſt, patres conſcripti, inopem rempub. obtinere, quàm ad diuitiarum cumulum per diſcrimen ac dedecorum veſtigia per-*
4 *uenire* [k]. Præter inſtitutionem & volútatem quoque decedentium hæreditates olim ad principem vel eius fiſcum deuoluebantur, quando perueniebant in cauſam caduci: veluti ſi inſtitueretur qui tunc non erat in rerum natura, vel non exiſtenti legaretur, vel inſtitutus vita decederet ante teſtatorem. Sublatum tamen hoc poſtmodum tempore pacis, quod erat ob penuriam temporis belli inductum [l]. Iſtam legem de augendo ærario, quæ poſteà moderata fuit, tulit ſenior
5 Auguſtus, vt ſcribit Cornel. Tacitus [m]. Fuit & aliquando ex hæreditatibus & legatis pars adiudicata fiſco, & ærario militari vigeſima per eundem Auguſtum Octauianum, qui eam inſtituit exceptis his quæ proximo genere iunctis, ac pauperibus morte aliorum relinquerentur [n], quæ cùm oneroſa viſa fuiſſet Romanis, dicerentque ſe quoduis aliud tributum, quàm vigeſimam paſſuros: Octauianus, anno vrbis conditæ 766. anno 1. ſui quinti decennij imperij in agros & domos penſionem tranſtulit, ac ſtatim non oſtenſo quantum aut quomodo cuilibet pendendum foret, alios alio diuiſit, qui priuatorum ac ciuitatum facultates deſcriberent, vt cùm ſinguli maiorem iacturam vererentur, mallent vigeſimam pendere; ídque eius conſilium ita res ipſa probabit [o]. Edictúmque fuiſſe propoſitum de illa deſcriptione meminit Diuus Lucas [p] amanuenſis ſacer: *Exiuit*, inquit, *edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, &c.* Legem vigeſimæ renouauit M. Antonius philoſophus, vt teſtis Iulius Capitolinus [q]. Iuſtinianus & huic aliam addidiſſe Adrianum vult, vtpotè qui valde fuit de ærario ſtudioſus, vt ſcribit Eutropius [r]. Ipſe au- 6
tem Iuſtinianus quæ de hæreditatum vigeſima introducta erant, ſuſtulit [s]. Sicut & ſublata decima quæ ex lege Papia deducebatur ex legatis à viro vxori, vel ab vxore marito relictis, ſi illis nõ eſſent legitimi liberi [t]. Apud Turcas eorum im- 7
perator, bonorum defuncti decimam quamque corradit, etſi defuncto legitimus ſit hæres. Eſtque eius rei gratia magiſtratus æſtimationem bonorũ faciens, dictus Petaluogius. Accipit tamen nunc 8
& fiſcus hæreditates moriẽtium ab inteſtato ſine proximis, vxore, vel ſine ſocio liberalitatis à principe collatæ, tanquam in bonis vacantibus, excluſis ciuitatibus, quæ ius fiſci non habent [v]. Et ſic Theodoricus rex Gotthorum ſcribit [x], *proximos defunctorum nobis legaliter anteponis, quia in hoc caſu principis perſona poſt omnes eſt: ſed huic optamus non acquirere, dummodo ſint qui relicta debeant poſſidere.* Hoc & in Gallia obtinet, ex cuius ge- 9
nerali conſuetudine rex iure albanagij, id eſt, alibi nati, extraneis alibi natis ſuccedit, ſi illi non fuerint regnicolæ à principe facti, id eſt, vt diximus, ſi non fuerint afiliati, vel naturaliſati, etiam ſi fecerint teſtamentum. Et nothis quoque, ſiue 10
ſpuriis non legitimatis ſuccedit princeps, ſicuti & quilibet dominus directus habens iuriſdictionem ſpuriis decedentibus in ſuo territorio, ſi illis non ſint deſcendentes ex linea recta legitimi & naturales, vt ſæpe ſecundum hæc quæ diximus tã in alienigenis ſeu peregrinis, quàm ſpuriis iudicatum eſt [y]. Poſſunt tamen ex conſuetudine teſtari ſpurij ſeu baſtardi [z]. Et quanquam ſint fi- 11
lij peregrinis, tamen fiſcus his excluſis ſuccedit, quia illorum patres, ſine adoptione regia, non ſunt capaces acquiſitionis bonorum in regno, nec etiam beneficiorum, vt deciſum conſtitutione regia 6. idus Martias 1431. vt nec Bononiæ extranei, vt ait Barbatia. [a] Cæterùm ad bona 12
aduenarum ſeu peregrinorum vocatur principis fiſcus, tanquam ad bona vacantia, quæ principis ſunt: niſi ſi delata ſint, & admonitus, de his fiſcus non petierit, quo caſu iure poſſunt præſcribi contra fiſcum quadriennio [b]: quæ non delata ſunt, viginti annis [c]. In Gallia autem Chaſſaneus in vtroq; caſu triginta annos deſiderari putat [d]. Et extat conſtitutio 8. idus Sept. 1486. qua 13
fiſcus in nothorum bonis occupandis præfertur dynaſtis, qui aliquando ſibi hoc ius ...ciſcunt, vt ait Paul. Caſtren. conſil. 34. vnde ... lib. 2
...neræ

a l. 1. de iur. fiſ. in P. Vlp. in l. 1. Paul. in l. 2. de offic. procura. Cæſar. lib. 1. P. tit. 19.
b Dion Caſſius, li. 59.
c l. eius bona, l. 31. de teſtam. li. 28. P. tit. 1. facit l. noluimus, & l. ex imperfecto, C. de teſtam.
d Ælius Spartia. in vita Adriani.
e Iul. Capitol. in vita Antonini Pij.
f Suetonius in Octauio. c. 66.
g Suet. in Domitia. c. 9.
h Dion Caſſius, lib. 58.
i Paul. in l. Imperatorem, l. 91. de hæred. inſtituen. libr. 28. P. tit. 1.
k Iul. Capitol. in Aelio Pertinace.
l l. 1. §. 1. & §. & cum triplici, & §. pro ſecũdo, decad. tol. li. 6. C. tit. 50.
m Cornel. Tacit. lib. 3. annal.
n Dion Caſſius, li. 55.
o Dion Caſſius, lib. 56. Hiſtor.
p D. Luc. c. 2.
q Capitoli. in M. Antonio.
r Eutrop. lib. 8.
s l. edicto. D. Adriani, l. 3. de edict. D. Adri. toll. lib. 6. C. ti. 10.
t l. 2. de infir. pœn. cælibat. li. 8. C. tit. 8.
v Dioclet. & Maxi. in l. 1. & Theodo. & Honor. in l. vacantia. l. 4. de bon. vacantia, l. 4. de bon. vacanti. li. 10. C. ti. 10.
x Caſſiodo. lib. 6. Variarum.
y Papus, lib. 5. rapſo. areſt. tit. 2. areſt. 1. Guillel. Bened. in c. Raynutius, in verbo & vxorem nomine, deciſ. 5. n. 480.
z Boer. ad conſuet. Bituri. tit. de teſtam. §. fi. Pyrrhus, ad cõſuet. Aureliac. tit. 14. de ſucceſſionib.
a conſilio 23. vol. 1.
b l. 1. §. diuus, de iure fiſci li. 49. P. ti. 19. in l. 1. de quadrien. præſc. libr. 7. C. tit. 37.
c d. §. diuus, l. 1. de iur. fiſc.
d Chaſſan. in conſti. Burg. ti. 2. §. 1. in verba. qui confiſque le corps, num. 34. & in rub. de cenſi. §. 2. verſ. & ſemblablement ſe faire, nu. 20.



Cameræ ratiociniorum fol. 320. ſcriptum eſt, bona baſtardorum decedẽtium in terra altorum iuſtitiariorum non capiantur per officiarios regis, niſi conſtet per informationem legitimam, regem eſſe in poſſeſſione capiendorum in illo loco: quod ſi dubium ſit, fiat inuẽtarium, & tradatur in manu ſecura. Apud Siculos inteſtato aduena, quẽ
14 ipſi garagangum vocant, mortuo, bona in fiſcum
15 coguntur [a]. Competunt & bona vacantia non ſolùm principibus, ſed & aliis dominis iuridicis aliquando, qui ius gladij habent, ſecundùm mores diuerſos. Perueniunt & alio modo ad fiſcum hæ-
16 reditates & legata. Et quamuis melius ad pœnalia compendia hic modus referendus eſſet, tamen de hæreditatibus ad fiſcum deferendis inſtitutus ſermo dabit huic modo locum: nempe cùm is cui relinquitur tacitè legatum, vel hæreditas: non poteſt capere, incapáxque non ſe defert, vt partem aliquam conſequatur: tunc enim fiſcus relicto potitur [b]. Quæ reddunt autem incapacem, vt illi in fraudem relinqui tacitè non poſsit, plura ſunt, vt damnato in metallum relinquatur, vel hæretico, vel nato ex nephario coitu, & ſimilia quæ enumerat & probat glo. in l. 1. de iure fiſci in P. Ideò hæreditates fideicommiſſariæ, de quibus contra legem reſtituendis perſonis prohibitis à lege promiſſionem quis adhibuerit, fiſco deferuntur [c]. Deferuntur & ſucceſſiones mortuorum, quorum hæreditates hæredes adierunt ante vindicatam necem eorum, quibus ſuccedunt [d]. Quod & in patronis etiam receptum eſt, vt niſi libertorum necem vindicent, fiſcus ab illis hæreditates repoſcat, cùm omnes hæredes, vt ait Paulus, in defunctos officioſos eſſe oporteat [e]. Quod tamen intelligendum, dummodo hæres pupillus non ſit, qui ob ætatem ab indignitate illa excuſatur [f]: quia ibi nulla culpa eſſe videtur, vbi conſilij defectus eſſe conſpicitur. Quò fit, vt is hæres etiam non priuetur hæreditate, qui cum ignoraret authores patrati ſceleris, mortem non vindicauit [g]. Sic quoque nec is priuatur, qui ante ſuam culpam, in agendo ab alio præuentus fuit: tunc enim tutò adit ſi culpa negligentiæ non imputatur: contrà ſi imputari poſſit [h].

a Conſtitutio Neapoli. de offic. ſecreti, & ibi Matth. de Afflict.
b Paul. in l. edicto, l. 13. de iur fiſ. l. 1. eo. P. l. 1. C. de delator. li. 10. ti. 11.
c Papin. l. cum qui, l. 18. de iis quib. vt indig. li. 34. P. tit. 9.
d l. ſi ea, q. l. 3. de iis quib. vt indig. li. 6. C. ti. 35. Vlp. l. neceſſarios, l. 5. §. 1. ad ſenatuſc. Syllania. li. 29. P. titul. 5. l. 1. de iur. fiſ. in P. Vlpian. l. Marcellus, l. 3. §. fin. ad Sc. Trebell. li. 36. P. tit. 1.
e l. portiones. l. 81. de iis quibus vt indign. in P.
f d. l. ſi ea quæſtio, & l. minoribus, de iis quibus vt indig. C.
g l. ſi ideo vtio, l. 7. eod. ti. C. de iis quib. vt indig. l. cum fratrem, l. 9. eo. C.
h l. ſororem, l. 10. C. eo.

## De viis publicis. Cap. 13.

1 *Via publica iuris regalis eſt, quidque via publica. Viæ diuiſio & ſpecies, publicæ, priuatæ.*
2 *Vicinalis, iter, actus, via quid. Viæ publicæ latitudo quanta eſſe debeat. eod.*
3 *Vias publicas non licet occupare vel concludere priuatis, quibus ſine metu occupantibus quilibet poteſt ſe opponere.*
4 *Viarum publicarum cura aliquando fuit conſulum & ædilium curulium, & quid huiuſmodi curarent in eis, ἀσυνόμοις Græcorum.*
5 *Curator viarum aliquando ſolus, qualis poteſtas eius, & quot conſtituti.*
*Curam tandem viarum, & ſecuritatem in Cæſares tranſtulerunt. Quare & vectigal exigunt.* Maiſtre des ports & paſſages, *in Gallia quis.*
6 *Viæ publicæ communes vſu, non vicinia illis prædia, in quibus non eſt declinandum.*
7 *Itinera viarum per milliaria & lapides metiebantur ab antiquis. Et quomodo columnæ lapideæ viis apponerentur.*
8 *Lex viarum vna, comiter iter docendum eſſe.*

REgaliæ cenſentur viæ publicæ [i]. Viam 1
publicam eam dicimus, cuius etiam ſolum publicum eſt [k]: non enim ſicut in priuata via, ita & publica accipimus, viæ enim priuatæ ſolum alienum eſt, ius tamen eundi & agendi nobis competit ſeruitutis iure [l]. Sic viæ publicæ ſiue baſilicæ vel regiæ, prætoriæ, conſulares, priuatæ aliæ, quæ & agrariæ, & vicinales quæ in vicis ſunt, vel in vicos ducunt [m]. Inter quas iter, actus, via: iter ius eundi 2
per fundum alienum hominis tantùm actus & iumenti & plauſtri agendi ius [n]. Via ius eundi, iumenti & vehiculi agendi, quæ continet actum & iter [o]. Via in porrecto 8. pedum, in anfractu 16. conſtitui debet [p]. Actui dimidium, id eſt 4. pedes tribui debent. Poteſt tamen via vel anguſtior vel latior pacto conſtitui dũmodo per eam vehiculũ ire poſſit [q]. Ex conſuetudine quarundam regionum viæ publicæ latiores aliquando, vt ex Turonenſi, via publica debet habere 16. pedes latitudinis, & vicinalis 8. habétque notionem delictorum in illis commiſſorum ex ea lege Caſtellanus [r], quæ & ex aliis conſuetudinibus obtinent [s]. Non licet ſine authoritate diuini reſcri- 3
pti angiportus integros vel partes, ſuis domibus includere vel porticus vſurpare, ſed debent reddi ciuitati, eum multando qui auſus eſt 50. libris auri [t]. Viæ publicæ ſine permiſſu principis, quia illius ſunt, quicquam priuati operis non admittunt [v]. Reficere tamen & purgare licet impunè, non deteriorem facere, alioquin & ei vis impunè fit à quolibet de populo [x], non obſtante oppoſita præſcriptione, quia populus non vtendo, non amittit viam publicam [y]: cum nec loca publica, licet vſibus priuatorum deſeruiant, tamen non quaſi propria cuiuſque, ſunt, & tantum iuris habemus ad obtinendum, quantum quilibet ex populo ad prohibendum habet [z]. Et cuilibet in publicum petere permittẽdum eſt id, quod ad vſum hominum pertineat, veluti vias publicas, itinera publica. Et ideo quolibet poſtulante, de his interdicitur [a]. Florente repub. Romana cenſorum 4
ea functio erat, vt vias ſternendas in vrbe, ſilice, glarea, extra vrbem, ſubſtruendas marginandáſque locarent apud Liuium [b]. Olim hæc cauſa viarum publicarum magiſtratibus propriis commiſſa fuit; nempe Aedilibus Curulibus, qui poſteà curatores viarum dicti ob id [c], qui cogebant dominos agrorum vel ædificiorum vicinorum viis publicis, eas pro modo obiecto loci reparare & emendare: cauebántque ne quis effoderet vias, ne ſubrueret, neque in his conſtrueret, conſtitutum diſſoluerent, purgaríve curarent, ne permitterent ſtercora, non morticinia, non coria in eis iacere, non in illis rixari [d]. Græci munus hoc ἀσυνόμοις ſuis decreuêre, vt itinerum publicorum per vrbem curam agerent, vti complanarentur, & quæ in vrbem tendunt, ne perfoderentur, aut aggeribus congeſtis obruerentur, néve quid in militari via ædificaretur, teſte Platone [e]. Erat aliquando viarum curator proprius,
qualis Octauius fuit conſtitutus, quíque, qui viis 5
reficiendis præeſſent prætorios viros, qui lictoribus binis vterentur, deſignauit [f]. Atque iis anteà vias extra vrbem reficiendas mandauit partim publicis, partim ſuis, partim patrum quibuſdam ſumptibus [g]. Statuerunt Cæſares, omnes ſine exceptione conceſſi priuilegij immunitatis tributorum, ad viarum & põtium reparationem conferre debere [h]. Alexander Cæſar Romæ
vrbis

i §. 1. quæ ſunt Rega. li. 2. feudor. tit. 56.
k l. 2. §. viam publicam, ne quid in lo. publi. li. 43. P. ti. 8.
l d. §. viam, & in l. loci, ſi ſerui. vend. in P.
m l. 2. §. viarũ, ne quid in loc. pub. l. 3. de loc. & itiner. pub.
n l. inter actum, l. 12. de ſeruit. ruſt. prędio. li. 8. tit. 3. l. qui ſella. l. 7. eod.
o l. 1. de ſeruit. ruſtic. præd. in P. vbi gloſſ. in verbo via, differentiã actus & viæ dat.
p l. viæ latitudo, l. 8. de ſeruit. ruſt. prædi. in P.
q Paul. l. via, l. 23. de ſeruit. ruſt. præd. P.
r in cõſu. Turonen. titul. des droictz du ſeigneur chaſtelain, art. 1.
s Couſtumes d'Aniou, eod. tit. arti. 43. 44. 45. Maine, eo. ti. art. 50. Rochelle, tit. de iuriſ. art. 1.
t l. qui ſine, l. 19. de operib. pub. li. 8. C. tit. 12.
v l. ſi in publico, l. 18. §. fi. de aqua plu. arcen. li. 39. P. tit. 3. l. 2. §. ait prætor, ne quid in loc. public. P. l. 2. de loc. & itiner. pub. P.
x l. 1. de via publica. lib. 43. P. tit. 10.
y l. 2. eo. de via pub.
z l. 2. §. hoc interdictum, ne qd in loc. pub.
a l. 1. de loc. & itiner. pub. lib. 43. P. tit. 7.
b Liuius, lib. 1. deca. 5.
c l. ad curatores reipub. & l. qui vias publicas, de dã. infe. in P. l. 2. §. ſed & ſi curatores, ad munĩcip. P. Lãprid. in Alexandro.
d l. 3. de via publi. libr. 43. P. tit. 10.
e Plato, 6. de legib.
f Diõ Caſſius, lib. 54.
g Diõ Caſſius, lib. 53.
h l. 1. 2. 3. 5. 6. de itiner. munien. lib. 15. C. Theodoſ. 3.

vrbis, regionum, & viarum curatores fecit 14.[a] Auguſtus fecit Agrippam generum viarum curatorem[b]. Poſteà viarum curam ad ſe principes auocarunt, & ſecuritatem, vt tráſeuntibus[c], à quibus vectigal exigunt, tutum eſſet iter. Propriumque in Gallia regium magiſtratum habemus,
6 *Maiſtres des ports, paſſages, & chemins*. Publicæ viæ omnibus communes vſu, tamen vicinia prædia minimè, in qua non eſt à via declinandum. Sic & liberum iter publicum petiit Iſraeliticus populus à Sehone rege Amorrhæorum[d], *obſecro vt tranſire mihi liceat, per terram tuam: non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec tranſierimus terminos tuos.* Viamque hanc regiam fuiſſe publicam explicatur in Deuteronomio, vbi ea repetuntur[e]. *Tranſibimus per terram tuam, publica gradiemur via, non declinabimus neque ad dextram neque ad ſiniſtram.* Alexander Seuerus Imperator, ſi quis de via in alicuius poſſeſſionem deflexiſſet, pro qualitate loci, aut fuſtibus ſubiiciebatur in conſpectu eius, aut virgis, aut condemnationi: aut ſi hæc omnia tranſiret dignitas hominis grauiſſimis contumeliis: cùm diceret, víſne in agro tuo hoc fieri? al-
7 teri ne feceris, quod tibi fieri non vis[f]. Per milliaria & lapides itinera metiebantur antiqui, vnde & lapis, & milliarium pro eodem[g]: ſingulis milliariis tribunus Gracchus lapideas columnas habentes inſcripta ſpatiorum ſigna poſuit, vt au-
8 thor Plutarchus[h]. Inter leges viarum publicarum illa, Erranti viam comiter oſtendendam. *Homo*, inquit Ennius, *qui errãti comiter monſtrat viam, quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit*[i], *&c.* Et Diphylus Comicus[k].

> ἀγνοεῖς, ἐν ταῖς ἀραῖς
> ὅτι ἐστιν, εἴ της μὴ φάσῃ ὀρθῶς ὁδὸν,
> ἢ πῦρ ἐναύσει ἢ διαφθερεῖ ὕδωρ
> μέλλοντι δειπνεῖν, ἤγε κωλύσει τινὰ, id eſt.
> *Neſcis execrationibus obnoxium eſſe,*
> *Si quis aut non rectè monſtrauerit viam,*
> *Aut ignem accenderit, aut aquam corruperit*
> *Volenti comedere, aut prohibuerit iſta.*

## De mari & fluminibus publicis. Cap. 14.

1 *De mari relatiuè. Flumina regalia, & compendia eorum principis. Flumina publica, & priuata: publica quæ.*
2 *Fluminis & riui differentia: flumen quid, & quid torrens, & priuatum flumen.*
3 *Flumina publica vſu communia, pro pietate principis.*
4 *Fluminum duo genera, Regalia, & bannalia, & quæ regalia, regalium vtilitates & vectigalia principis.*
5 *Bannaria flumina, quæ videlicet donata vaſſallis.*
6 *Leges piſcationibus & inſtrumentis piſcatoriis impoſitæ.*
7 *Portus publici iuris, ideò cuilibet licet in iis piſcari: Regij autem iuris vel domini loci ratione iuriſdictionis & vectigalium. Portus quid, & eius differentia ab ſtatione. eod.*
8 *Litus quid, & ripa, & differentia.*

1 DE mari iam ſatis diximus, dum egimus de aqua, ideo nihil addam. Inter regalia flumina publica etiam ſunt, & compendia ad principem pertinent[l]: Fluminum quædam publica ſunt, quædam non. Publicum eſſe Caſſius definit, quod perenne ſit, id eſt, perpetuò fluat.
Flumen à riuo magnitudine diſcernendum, aut 2
exiſtimatione circumcolẽtium. Torrẽs eſt, quod tantùm hyeme fluit[m]. Sic intelligenda de perennibus, quæ traduntur à Iuſtiniano & aliis iuriſconſultis, flumina omnia & portus publica eſſe, taliaque eſſe, dicentur, quæ omnium vſibus patent, & ſunt in iure principis, vt olim populi, & quæ oriuntur in publicis locis & per publica fluunt: vt priuata, quæ ſunt in dominio, cõmodo, vſu alicuius priuati, quæ in priuato oriuntur aut fluunt, & quæ talia habentur ex principis conceſſione, vel præſcriptione, vel alio iuſto titulo[n].
Publica vſu ſunt communia, ſed proprietate ſunt 3
principis, & olim populi: ſicuti riparum vſus publicus & communis, ſed earum proprietas eorum cenſentur, quorum prædiis hærent[o]. Communia quidem ſcilicet vſu hæc omnia iure naturæ, aer, aqua profluens, & mare, & per hoc litora maris[p]. De legibus aquarum plura diximus, dum de quatuor elementis in iure conſiderandis egimus titulo de aqua, quæ non repetemus. Fluminum, 4
vbi & lacus continentur duo genera, alia regalia, alia bannalia ſeu proſcripta. Regalia ſunt, in quibus princeps iure patrimoniali ſeu domaniali vectigal capit, & ideo in his modum piſcandi & tempus cõſtituit. Et quia onus & curam fluminũ ſibi aſciuerunt principes[q], æquum eſt vectigalia, piſcarias, aliáque commoda eorum, ad illos pertinere[r]. Carolus Magnus tamen illa vectigalia voluit exigi de pontibus, nauigiis, & mercatis, non quando funes tenduntur, vel quando ſub põtibus cum nauibus tranſitur, vel ex ſimilibus, in quibus nullum auxilium itinerantibus præbetur[s]. Nam 5
& hæc aboleuit Pertinax inſtituta à tyrannis vectigalia[t]. Bannaria ſeu proſcripta flumina quibuſdam beneficis ſeu vaſſallis cõdonata ſunt priuatis, vel conſuetudine, vel pacto vſurpata. Hodie in Gallia piſcandi in omnibus bannalibus moderata licentia[v]. Modúſque piſcandi redemptori- 6
bus piſcationum & aliis præſcriptus. Et de modulo retium, verriculorum, & naſſium, & de magnitudine, & de tempore capiendorum piſcium, leges datæ à Philippo 4. rege Gall. menſe Sextil. anno 1291. & menſe Martij anno 1302. Et à Carolo 5. conſtitut. *des eaux & foreſts.* Sunt portus quoque publici iuris & regij[x]. Ideo ius piſcandi 7
omnibus iure gentium commune[y], quod pertinet ad iuriſdictionem, & regis ſunt, vel illius domini, in cuius territorio ſunt[z], & ideo vectigalia quoque eius ad eum pertinent[a]. Portus appellatus eſt concluſus locus, quo importantur merces, atque exportantur: & ea quæ nihilominus ſtatione concluſa atque munita ſunt[b]. Portus ſpecies forſan non concluſi, ſtatio eſt, ab ſtando: locus inquam vbicunque naues tutò ſtare poſſunt[c]. Et ita diſtinctio fit, vt interdictum detur, ne quid in mari inve litore fiat, quo portus, itérve nauigio deterius fiat. Litus maris eſt qua- 8
tenus hyberni fluctus maximus excurrit[d], communéque eſt vſu vt mare[e], quod & de litoribus fluminum dictum eſt[f]. Tamen quòd pertinet ad ad iuriſdictionem, & ius tutandi & ad vectigalia, principis litora ſunt, aut eius qui habet in illo loco imperium[g]. Ripam tamen propriè fluminum aiunt, vt Ouidius,

> *--campóque recepti*
> *Liberioris aquæ pro ripis clitora p[...]t*[h].

Ripæ

a vt author Lamprid. in eius vita.
b Sueton. in Auguſto.
c c. 1. quæ ſint regalia.
d Numer. c. 21.
e Deut. c. 2.
f Lamprid. in vita Alex. Seueri.
g l. 1. §. inuito, de offic. præf. vrb. l. propter litem, §. vit. de excuſat. tutor. l. 2. de erogat. mili. anno. lib. 12. C. tit. 38.
h Plutarch. in Graccho.
i Cicer. de Senect.
k in ſentẽtiis Comicorũ antiquorũ c. 15.
l §. 1. quæ ſint reg. in vſib. feudo. Bart. Iaſ. & alij in l. quominus, de fluminib.
m hec in l. d fluminib. libr. 43. P. tit. 11.
n §. flumina de rer. diuiſ. l. nemo, l. 4. eod. in P. l. adeo, l. 7. §. inſula, de acqui. rer. dõ. in P. li. 31. tit. 1. l. fluminum, l. 24. de dam. infecto.
o Iaſon, in l. quómin[9], nu. 1. de rer. diuiſ.
p d. §. flumina, de rer. diuiſio. l. 3. de fluminibus l. riparum, de rer. diuiſ.
q l. 2. de rer. diuiſio. in P.
r l. quod principis, & l. ſi in publico, de aqua plu. arcen. P. l. quominus, de fluminib. l. ſeruitutes, §. fluminib.
s l. ſecundum naturã de reg. iur. P. l. ſi, §. ſed cum. ſecundũ, de furt. C.
t in libr. 3. leg. Francicæ. c. 2. de Theloneis.
v Herodia. in 2.
x ita intelligend. Ioan. Faber, in §. fluminum, de rer. diuiſ.
y §. 1. quæ ſint regal. l. nemo, de rer. diuiſ.
z flumina, de rer. diuiſio.
a d. §. 1. quæ ſint rega. l. edicto, §. 1. & l. in terpub. §. 1. de verbo. ſignif.
b Vlp. l. portus, l. 59. de verb. ſignif.
c l. 1. §. ſtationem. de fluminib. in P.
d l. 1. §. ſi in mari, de fluminibus.
e l. Titius, l. 6. & 112. de verb. ſignifi. §. equidem, de rer. diuiſ.
f §. flumina, de rer. diuiſ.
g l. litora, ne quid in loc. ſacr.
h Ouid. 1. Metamor.



Ripæ quoque ſolent habere præcipitem aſperitatem, vt liquet, in omnium ripis, litora vt plurimũ plana ſunt, vnde Pomponius Mela[a] de Aethiopia agens, vaſta omnia vaſtis præciſa montibus, ripæ potius ſunt quàm litora. Crepido ſeu labrum amnis, id quod flumen continet naturalem rigorem ſui curſus tenens[b]. Confunditur & appellatio cum litore. Verùm fluminum ripæ ad poſſeſſores proprietatis proximiores pertinent[c]. Iuriſdictio ad dominos locorum vel ad principem. Reparationem omnes exceptione conferre tenentur[d]. Ex conſtitutionibus Gallicis latis anno Domini 1517. & 1543[e]. cautum, vt rerum omniũ, quæ à pelago in litora extrahuntur, tertia pars ad principem regio iure pertineat, tertia altera ad maris præfectum, alia ad nauarchos repertores. Et ſi tamẽ dominus rerum ſuarum iacturam perſequatur intra annum, ei reſtituantur refuſis ſumptibus[f]. Aequè annumerantur inter regalia in Sicilia, Anglia, & litoribus Italicis naufragiorum compendia[g]. Eſt & ius guidagij in Armorica, regale in mari[h].

## De bonis patrimonialibus principis à fiſco colligendis, & de paſcuis. Cap. 15.

1 *Tot ſpecies patrimonij principis, quot priuatorum.*
2 *Prouentus ex ſaltibus & paſcuis principi, & pœna paſcentium in illis.*
3 *Saltus & paſcua quid.*
4 *Non licet pecus in paſcua aliena vel nemora immittere prohibente domino.*
5 *Duobus modis prohiberi cenſentur ingreſſus paſcuorum, voce, ſigno: & quomodo ſigno. Iterum banno, vel cruce, vel foſſis, vel vallo.*
6 *Animalia in paſcuis & nemore principis inuenta pro noxa ſunt, non ſi inueniantur in priuatorum paſcuis, quia tunc tantum damnum datur.*
7 *Quando & quomodo dominus ius habet retentionis animalium inuentorum in ſuo paſcentium, & de praxi huius rei.*
8 *Damnum datum modicum ab equo viatoris neceſſitate vrgente, vel à pecore deperdito ſine culpa domini an reſarciendum.*
9 *De iure paſcendi in alieno fundo, & iure illius ſeruitutis: quo tamen abutendum non eſt præter modum.*
10 *Duo iura paſcendi, viridis paſcui & vacui paſcui, quidque vtrumque, & tempus paſcendi vacui paſcui quod.*
11 *Porci paſcuis non debent immitti.*
12 *Abutentes paſcuis & ſaltibus iure priuantur conceſſo.*
13 *Paſcua publica Romana, vnde vectigalia olim dicta agri ſcripturarij.*
14 *Thoria lex in depaſcentes agros publicos.*
15 *Paſcuorum antiquum vectigal.*

1 TOt ſpecies patrimonij principis eſſe poſſunt, quot & priuati[i]. Quamobrẽ de hoc pauca dixiſſe contentus ero, & proſequar quæ de paſcuis & ſaltibus regiis frequentia ſunt. Iure itaque qui immiſit animalia in paſcua, vel ſyluam, vel ſaltum principis, ſi ius non habeat paſcendi: illa amittit & fiſco dantur. Atque ſaltuum vel paſcuorum procurator, id eſt, qui curam gerit eorum, ſi conniueat, & pretio venalem gratiam fecerit, grauiſſimo ſubditur ſupplicio[k]. Saltus ſunt propriè, paſcua loca 3
inculta crebris ſyluis & dumetis repleta, vt innuit Virgilius[l].

> *Salticus in vacuis*, inquit, *paſcuntur plena ſecundum Flumina.* —

Et Varro[m], *quos agros*, inquit, *non colebant, propter ſyluas, aut id genus, vbi pecus paſci poſſet, & poſſidebant, ab vſu ſuo ſaltus antiqui nominabant, Græci* νόμος, *Latini nemora.* Saltus atque paſcua, aut ſunt priuatorum, aut publica, ſeu vniuerſitatis alicuius. Generaliter non licet in paſcua alterius ſiue 4
ea ſint fiſcalia, ſiue priuata, pecus paſcendi gratia immittere, nec militibus quidem[n]: quia nec licet fundos alienos, inuito domino ingredi ſine iure ſeruitutis[o], maximè ſi prohibeat dominus. Porro prohiberi videtur ingreſſus duobus mo- 5
dis, vel expreſſa voce, vel ſigno. Quid vocalis expreſſa prohibitio ſit, palam eſt: ſigno verò fit prohibitio, ſi in ingreſſu vel limitibus, ſeu terminis fundi ſeu prati, crux vel aliud ſimile, quod dicitur bannum, ponatur vel figatur authoritate iudicis ordinarij vel territorij, vel ciuitatis habentis imperium merum ſeu aliam iuriſdictionem, cuius indictæ pœnæ aduerſus ſcientes & violãtes, bannum habent executionem[p]. 2. fit inhibitio, ſi paſcua, prata, vel nemora, cingantur foſſa, aggere, vel maceria[q]. Hoc ſingulare in paſcuis principis, vt 6
animalia inibi inuenta aliena, fiſco adiudicentur pro noxa: in aliis aliorum nequaquam receptum, nam tantùm dominus animaliũ, quæ damnũ dedere, tenetur illud reſarcire, nec domino fundi, læſi, ius retentionis animalium datur, ſed actio ad damni repetitionem[r]. Quinimo ſi quis durius, aut aliter quàm ſuum animal, à fundo ſuo alienum expellendo & abigendo, lædat, vt ſi abortum equa abacta fecerit, pro damno tenetur[s]. Habet enim actionem paratam contra dominum animalis, vt de paſtu pecoris, cùm in ſuo alienum pecus depaſcitur[t]. Fuerunt tamen qui defen- 7
dant poſſe à domino fundi detineri inuentum alienum animal, donec fuerit damnum datum reparatum, vel de eo cautum. Quod & ſeruatur ex conſuetudine diuerſorum pagorum, potiſſimum iuxta Tholoſam & approbatum Neratij videtur authoritate[v], & Vlpiani[x]. Súntque expenſæ quæ in hac detentione fiunt reſarciendæ quoque à domino animalis[y]. Et pro damno dato electio domini animalis eſt, vel damnum reparare, vel dare animal pro noxa[z]. Receptum quoque eſt, vt teſtandi damni cauſa, quis poſſit hominem repertum in crimine etiam retinere per viginti horas[a]. Et ita probo poſſe retineri animal nocens, & recludi teſtationis cauſa, & vt damnum reſtituatur. Nec pugnat l. quamuis, ad l. Aquil. in P. quæ dicit non licere includere: etenim hoc verum eſt, ſi dominus damnum offerat, vel non licebit ei concludere, vt ſuum pecus faciat, vel domino interuertat. Hoc enim ad paſcua principis ſolùm pertinet, non priuatorum. Item non licere puto diutius animal includere ſine monitione domini, vt ſuum recipiat[b], ſi ſciatur, cuius ſit animal. Quod ſi quis ignoret, vtetur conſilio Vlpiani[c], vt proponat palam libellum: ſe inueniſſe tale animal in ſuo prædio, quod ſit reſtiturus domino damnum ſoluenti. Quo inuento, & de damno cauenti, id reſtituere debet, vt alias fuit iudicatũ[d]. Cautione quippe recepta, probare debet damnum teſtibus, vel per relationem

ſeu

a Pompe. Mela, lib. 3.
b Vlp. l. 1. §. ripa, de flumi. P.
c l. riparũ, de rer. diuiſ. P. §. riparum, eod. app. Iuſt. vide de ripis plura, & de illis muniendis Cæpollã, li. 2. de ſeruit. ruſt. c. 36.
d l. ad portus, C. de operib. publ.
e art. 11. conſt. du fruit de la marine.
f iuxta l. nauigia, C. de furt.
g Lucas de Pẽ. & Ioan. de Platea. in l. 1. de naufra. libr. C. Matthæus, de Aſſi. lib. conſt. 59.
h Argentæus, in conſue. Armoricis.
i viden. tot. titulus, de fundis rei priua. & ſalt. diui. domus li. 11. C. ti. 65. & de fundis & ſaltib. rei Dominic. eo. tit. 66. de agricol. & mãcip. Domini. ti. 67. & 68. & 70. 71. 73. 74. 75. & 76.
k l. 1. de fund. & ſalti. rer. dominic. li. 11. C.
l Virgil. libr. 3. Geor.
m Varro, 4. de ling. Latin.
n l. 2. & 3. de paſ. pub. & priuat. li. 11. C. tit. 9.
o c. omnes leges, 1. diſtin. l. per agrũ, l. 11. de ſeruit. lib. 3. C. tit. 34. Call. l. diuus Pius, l. 16. de ſeruit. ruſtic. prædi. li. 8. P. tit. 3. Caius, l. 3. de acqu. rer. domin. lib. 41. P. tit. 1. Iuſtini. §. feræ, de rer. diuiſ.
p l. fi. de decre. ab ord. faci. li. 50. P. tit. 9. Notat expreſſe Petrus Iacobi, in rub. de acti. ex pauperie, §. itẽ notandum, circa finem.
q l. 3. §. item feras, de acq. poſſeſſ. lib. 41. P. ti. 2. l. vſufructuarium venari, l. 69. de vſu. lib. 7. P. tit. 1.
r Pompo. in l. quamuis alienum. l. 10. ad l. aquil. libr. 9. P. tit. 2.
s Pompo. in l. quintus Muti[9] l. 39. & l. ſi boues, l. 5. ad leg. aquil. P.
t Iulia. in l. quæ ſeruandarum, l. 15. §. final. de præſcri. verb. lib. 19. P. tit. 5.
v Nerat. l. rates. l. 8. de incen. rui. & nauf. P.
x Vlp. in l. hoc amplius, l. 9. §. Neratius, de dam. inf. li. 39. P. tit. 2.
y arg. l. Celſus ſcribit, l. 5. §. ſed & ſi ratio, ad exhiben. li. 10. P. titul. 4. l. prætor ait, l. 7. §. fin. de dam. inf. in P. l. ſi nõ ſortem, l. 26. §. ſi centum, de cond. in deb. li. 12. P. tit. 6.
z l. 1. ſi quadrup. pauper. fec. dica. lib. 9. P. tit. 8. 1. eod. tit. ap. Iuſt. lib. 4. tit. 9.
a Vlp. l. capite, l. 25. ad l. Iul. Maieſt. lib. 48. P. tit. 5.
b d. l. quãuis, ad l. aquil.
c Vlp. l. falſus creditor, l. 44. §. qui alienũ, de furt. lib. 47. P. tit. 2.
d Pariſiis anno 1546. 6. Februarij, Papus lib. 18. rapſod. arreſt. tit. 9. arreſt. 1.

ſeu cenſuram expertorum, qui damna iudicát. ſic
tutò ad petitionem condemnationis damni acce-
dit: alioquin enim deficiente in probatione dam-
ni capiente, aduerſarius rectè de occupatione il-
legitima, vt de furto, aduerſus eum conqueri poſ-
8 ſet. Inutile tamen hîc non erit annotaſſe duos ca-
ſus in quibus in ſuo depaſcentia animalia pro
damno non poteſt retinere, vel damnum repete-
re à domino eius: primus in viatore, ſi neceſsitate
compulſus, equum in itinere, vel in vicinis pratis
pauit [a], putà equo deficiẽte ob penuriam alimen-
ti, vel ob morbum: & neceſsitas faciet licitũ quod
alioquin prohibitum [b]. Alius caſus notatur ab
Alberico [c], vt dominus animalis non teneatur de
damno ab eo dato, quando animal deperditum
fuiſſet ſine domini culpa, & depopulatur aliena.
Verùm ego non ſubſcribo, ſed arbitror damnum
teneri reſarcire, liberari tamen à pœna, quæ vltra
damnũ domino imponitur fiſco, vel domino rei
læſæ addicenda: neque enim æquum eſſet euaſiſſe
ſaturum vel nutritum animal cum alterius iactu-
9 ra, & ita ditari alterius malo dominum [d]. Excipi-
tur tamen alius caſus à reparatione damni dati in
prædiis alienis ab animalibus noſtris, ſi in illis ſer-
uitutem paſcendi pecoris habeamus, quæ ius tri-
buit impunè [e], & acquiritur interdum in rebus
dominorum clientelarium ex cautione traditio-
nis in Emphyteoſim nominatim facta, vel alio ti-
tulo, ſeu præſcriptione longiſſimi temporis, quæ
vicem legis obtineat [f] etiam ſine titulo. Cum ti-
tulo tamen decem annorum poſſeſſione, vel quaſi
inter præſentes, & 20. inter abſentes [g]. Et contra
dominum etiam directum, ſi modo ei tributum,
ſeu cenſus eo nomine præſtetur [h]. Et ita iudica-
tum [i]. Nam cenſus eius præſtatio arguit titulum,
vt vſurarum præſtatio præcedentem obligatio-
nem [k]. Quæ vera ſunt quatenus modus conceſ-
10 ſus paſcendi ſeruatur. Nam paſcendi modi duo,
viridis, inquam, paſcui, & vacui. Viride paſcuum
eſt, quod tempere fructuum cõceditur: vt in pra-
tis tempore quo herbæ virent in fœnúmque creſ-
cunt. Et in ſyluis tempore quo glans eſt. Ita va-
cuum, quod exciſſo fœno, & collectis glandibus
tantum permiſſum eſt. Paſcua viuentia & viren-
tia, intelliguntur in nemoribus & ſaltibus à die
feſti S. Michaëlis, vſque ad diem ſancti Andreæ.
Quare hoc tempore inhibentur his qui tantum
vacuum habent paſcuum [l]. Ex conſuetudine Bi-
turigum paſcua virentia inhibentur in pratis à
die annunciationis Deiparæ, qui eſt 25. Martij vſ-
que ad 29. Septembris [m]. Quod & alibi ſeruatur.
Marcus Cato in hæc verba ita ſcribit [n], *Qua lege
pabulum hybernum vendere oporteat, qua vendas,
finis dicito. Pabulum fini accipito. Ex Calendis Se-
ptembribus prato ſicco decedat, vbi pyrus florere cœ-
perit, prato irriguo: vbi ſuper inférque vicinus permit-
tet, tum decedito, vel diem certam vtrique facito.*
11 *Cætero pabulo, Calendis Martiis cedito.* Et iſtis le-
gibus vti licet paſcuis iure etiam vicinitatis extra
tempora prohibita, & dummodo prædia vicina
non ſint circundata, quæ ita excipi videntur, &
dummodo in prata aliquo tempore porci non
immittantur, quia iſti roſtro radices herbarum
12 exarant & eruunt [o]. Neque enim hoc modo vel
alio licet, etiam ſi conceſſa ſit paſcendi facultas,
abuti rebus ſeu nemoribus vel paſcuis: alioquin
abutentes priuantur iure, vt iudicatũ fuit 3. Non.
13 Iulij 1530. teſte Ioanne Lucio [p]. Erant etiam Ro-
mæ paſcua publica, ex quibus etiam vectigalia
perueniebant ad ærarium publicum, vocaban-

a c.1. §. fin. de pac. tenen. lib. 2. feud. tit. 27.
b c. quod non eſt licitum, 4. de reg. iur. apud Gregor. 1. Machabeo. 2.
c Alberi. iu, 2. par. ſtatuto, q. 76.
d l. nã hoc natura, de condict. indeb. in P. l. locupletari. de reg. iur. l. iure naturæ, eod. in P.
e Vlpia. in l. 3. Papi. in l. 4. de ſeruit. ruſtic. præd. libr. 8. P. tit. 3.
f l. 1. §. pen. de aq. plu. arcen. lib. 39. P. tit. 3. Pompo. l. hoc iure, l. 3. de aqua quotid. & æſti. libr. 43. P. tit. 19.
g l. ſi quis diuturno, l. 10. & ibi gl. docto, ſi ſer. vendi. li. 8. P. tit. 5. & in l. ſi ſeruitutes prædio. l. 14. de ſeruit. li. 8. P. tit. 1.
h Vlp. in l. vẽditor, l. 14. §. ſi conſtat, commu. præd. li. 8. P. tit. 4.
i Guid. Pap. q. 563. Pap. lib. 14. rapſod. areſt. li. 1. areſt. 4.
k l. cum de in rem verſ. l. 6. de vſuris libr. 22. P. tit. 1.
l Chaſſaneus in rub. 14. des fruitz & paſturages, §. 4. & 5. in conſuetud. Burgun.
m §. 4. de conſuetu. Biturig.
n Cato, lib. de re ruſt. c. 149.
o in §. 1. de cõſuet. prædio. in conſue. Bitur.
p Ioan. Lucius, li. 7. placitorũ curiæ, tit. 7. plac. 1.

túrque agri illi ſcripturarij, in quibus vt pecora
paſcerentur, certum æs erat: ita dicti, quia publi-
canus ſcribendo conficit rationem, vt ait Sex-
tus Pompeius. Et eorum, qui paſcua publica cõ-
ducebant ratio, ſcriptura dicebatur, vt ait Aſco-
nius Pedianus [q]. Eratque lex Thoria, quæ ani- 14
maduertebat in eos, quorum pecora agros publi-
cos depaſcerẽt [r]. Ouidius florales ludos olim cu-
ratos & exhibitos tradit, ex pecunia, quæ ex mul-
ctatione eorum, qui paſcua depaſcerentur, colli-
gebatur. Refértque primùm libera fuiſſe paſcua,
poſteà in publicum redacta aliqua, & inde vecti-
galia exhibita, his verbis [s].

*Dic Dea, reſpondi, ludorum quæ ſit origo:*
*Vix benè deſieram, retulit illa mihi.*
*Cætera luxuriæ nondum inſtrumenta vigebant,*
*Aut pecus aut latam diues habebat humum.*
*Hinc etiam locuples, hinc ipſa pecunia dicta eſt:*
*Sed iam de vetito quiſque parabat opes.*
*Venerat in morem populi depaſcere ſaltus,*
*Idque diu licuit, pœnáque nulla fuit.*
*Vindice ſeruabat nullo ſua publica vulgus,*
*Iámque in priuato paſcere inertis erat.*
*Plebis ad ædiles perducta licentia, talis*
*Publicios, animus defuit ante viris.*
*Rem populus recipit, mulctam ſubiêre nocentes,*
*Vindicibus laudi publica cura fuit.*
*Multa data eſt ex parte mihi magnóque fauore,*
*Victores ludos inſtituêre nouos.*
*Parte locant cliui, qui tunc erat ardua rupes,*
*Vtile nunc iter eſt, publiciúmque vocant.*

Scribit & Plinius [t], etiam nunc id ſuo tempore in 15
tabulis cenſoriis: paſcua dicuntur omnia, ex qui-
bus populus reditus habet, quia diu hoc ſolum
vectigal fuerat. Paſcua vniuerſitatis cuiuſdam,
vel pagi, vel ciuitatis, illis tantum communia ſunt,
qui eiuſdem ſunt municipij, vel qui ius alio mo-
do ſibi quæſierint. Sic enim fuiſſe communia in
diuiſionem agrorũ, paſcẽdi cauſa, tradunt Agen-
nius [v], Flaccus, & Frontinus. Quæ tamen poſteà
priuati ſibi aliquando vſurparunt & inuaſerunt
per potentiam. Data & compaſcua à dominis di-
rectis, aliquando colonis agrorum, & clientibus
cenſualibus, ſub cenſu certo annuo, certis legibus
& conditionibus, quæ placuerunt in traditione.

## De ſyluis, & nemoribus. Cap. 16.

1 *Ius regium & in ſyluas.*
2 *Cura nemorum & inter ſummæ politiæ curas, ob ſecuritatem itinerum & vtilitatem communem conſulibus etiam commiſſa.*
3 *Iura regis in ſaltibus Normanicis, tertium, & Dangerium ius Gruariæ.*
4 *Compendia quoque Romanis olim fuiſſe ex ſyluis.*

IVs regium in ſyluas quoque porrigi 1
nemo dubitabit, qui legit curam ſyl-
uarum & nemorum in politiæ genere
bene conſtituto ſummam fuiſſe, &
ideò præfectos eſſe eis conſtitutos peregrinos, vt
notat Ariſtot [x], & vt Virgilius [y].

*Sic animus ſyluas, ſyluæ ſunt conſule dignæ.*

Siue ad ſecuritatem referas publicam, ſiue ad vti-
litatem & commodum publicum, quorum cura
principis eſt [z]. Nam & concedebant Conſulibus,
ſicut prouincia, & curam ſyluarum & itinerum [a],
*quia*, inquit Philippus Beroaldus [b], *loca ſunt la-
trociniis exercendis accommodata, vt ita conſulibus*
*repurga-*

q Aſcon. pedia. in diuinatio. Ciceronis.
r Cicero. 2. de oratore.
s Ouid. 5. Faſto.
t Plinius, 1. c. 3.
v Agennius Vrbicus & Flacus, de conditionib. agrorum.
x Ariſtot. libr. 6. Polit. c. 8. & lib. 7. c. 12. lib. 7. c. 12.
y Virgil. Bucol. Eclog. 4.
z l. 3. de offic. præf. Vigil. lib. 1. P. tit. 15.
a Sueto. Tranquil. in Iulio Cæſ. c. 19.
b Philippus Beroal. in prædictum locum Tranquilli.



*repurgarentur, fierént que loca viatoribus tutiora.* Nam
& ſyluæ ideo latrocinijs ſuſpectæ, publico præſi-
dio obtineri conſueuerant, vt innuit Iuuen.

*Armato quoties tuto cuſtode tenetur*
*Et pontina Palus, & Gallinaria ſylua.*

Fuerunt & ſyluæ publicæ curæ, ad deligendam &
conſeruandam materiam vſibus publicis neceſſa-
riam, ſicuti Lampridius memorat [a], Alexandrum
Cæſarem in publicos vſus thermarum eas depu-
taſſe. Ita Veneti præfectum conſtituunt ſyluis, ne
materia deſit ad naues conficiendas [b]. Salomon
Rex ideo petijt à Rege Tyriorum Hiramo, ligna
cedrina & abiegna [c], tanquam ab eo, in cuius ma-
nu ſyluæ regni eſſent. Et Neemias ædificaturus
Hieruſalem, petijt ab Artaxerxe epiſtolam ad
Aſaf cuſtodem ſaltus regis, vt daret ligna [d]. Et le-
ge Ludouici & Clotarij de ſyluis, & ibi dicitur,
de foreſtibus nouiter inſtituendis, ſic ſcriptum [e],
vt *quicunque illas habet, dimittat, niſi forſan indicio
veraci oſtendere poſſit, quod per iuſſionem ſiue per-
miſſionem domini Caroli genitoris noſtri eas inſti-
tuiſſet, præter eas quæ ad noſtrum opus pertinent, vn-
de nos decernere volumus quicquid nobis placuerit.
Ius regium eſt monarchæ noſtro Gallico, in ſaltibus*
3 *Normanicis, vulgi vocabulo, Tertium & Dangie-
rum, cuius canon conſiſtit vt in alijs, in quibus ius
habet in arborum cæſura, glande, paſcuis, & alijs ſi-
milibus commodis, iúſque Gruariæ. Ea de cauſa, ne
fraus fieret canoni inſtituti præfecti Gruarij, viridarij,
cuſtodes ſaltuarij, aliíque quibus ſyluarum procuratio
demandata.* Sunt & de hac re conſtitutiones re-
giæ, quæ latè de horum cura & iuriſdictione &
reditu tractant, *des eaus & foreſts* à Franciſco I. &
4 Henrico II. editæ. Et olim quoque de ſyluis com-
pendia publica fuiſſe conſtat ex Iuuenale, dum
ait [f],

*Nunc ſacri fontis nemus & delubra locantur*
*Iudæis, quorum cophinus, fœnúmque ſupellex.*
*Omnis enim populo mercedem pendere iuſſa eſt.*
*Arbor, & eiectis mendicat ſylua camœnis.*

## De compendijs fiſcalibus pœnalibus. Cap. 17.

1 *Malè quæſita & retenta fiſco danda, & confiſcata in pœnam, enumeratíque caſus, quibus bona delinquentium in fiſcum deponuntur ſeu confiſcantur, & quando filijs reſeruetur legitima.*
2 *Quæ detrahantur à bonis confiſcatis.*
3 *Nouiſſimo iure ceſſat confiſcatio, exceptis paucis criminibus enumeratis. Nec in Aquitania niſi raro confiſcatur. In Gallia contrà, confiſcato corpore confiſcantur bona, reſeruata vxori & liberis rei quadam portione.*
4 *Bona confiſcata in quibus criminibus quærantur dominis iuriſdictionalibus, & quãdo ſoli Regi.*
5 *Quando confiſcatio bonorum à iudice laico facta non tollit ius patronatus rei.*
6 *Defertur fiſco duplum pretij emptionis ementis domum vt demoliatur: Item bona deſiſtentis ab accuſatione, pretium rei litigioſæ venditæ: & ex alijs cauſis, quæ enumerantur.*

1 DItatur fiſcus quoq; ex pœnis, vel pœ-
nalibus compendijs: Nam in primis
malè quæſita & retenta, fiſco addun-
tur [g], vnde illa parœmia, quæ non ca-

a Lamprid. in Alexand.
b P. Crinitus.
c 3. Reg. c. 5.
d 2. Eſdræ, c. 2.
e leg. 4. legis Francicæ c. 19.
f Iuuenal. Satyr. 3.
g l. in hæredẽ l. 5. de calumnia, li. 3. P. ti. 6.

pit Chriſtus, capit fiſcus [h]. 2. Res magni pretij, à
fiſco minoris empta, fiſco adiicitur [i], ſi fraus em-
ptoris interueniat conſulto, non aliter [k]. 3. bona
monopolantium [l]. 4. bona eius qui ruſticanũ ad
obſequia ſibi præſtanda iure mancipij compulit,
aut bouem aut ſeruum eius in vſus proprios con-
uertit [m]. 5. bona ſortilegorum & maleficorum [n]. 6.
& damnatorum crimine, quod habet pœnam ca-
pitalem in inſulam deportationẽ & relegationem
cum bonorũ adéptione [o]. 7. Reorum quoq; olim
ex crimine falſi vel quaſi [p]. 8. Tutoris pupillũ cor-
rumpentis [q]. 9. Hæreticorum bona quoque defe-
rũtur fiſco [r]. 10. Apoſtatarum anteà [s], quæ poſteà
ſucceſſoribus reſeruata fuerunt [t]. 11. Publicantur
bona damnatórum de vi publica [v]. 12. Tertia pars
quoque damnatorum de vi priuata [x]. 13. Bona re-
deunt ad fiſcum, ſi ex præuaricatione aduocati vel
procuratoris ſui victus ſit [y]. 14. In ſumma iure
Pandectarum & Codicis, bona eorum, qui capite
damnati ſunt, ad fiſcum pertinent, reſeruata qua-
dam portione legitimę liberis [z], niſi mater depor-
tata eſſet: nam tunc filijs, Diocletia. & Maximia. le-
gitimam non dant [a]. Solebant Romani bona pu-
blicare, id eſt, in vſus publicos redigere, quos ma-
ximis criminibus damnabant, vt docet pluribus
exemplis Alexan. ab Alexandro [b]: & eorum quo-
que qui metu pœnæ criminis mortem ſibi infere-
bant [c]. Notandum tamen condemnato filiofamil. 2
de crimine, vbi confiſcatio locum habet, viuente
patre nec legitimam eius confiſcari, nec bona ca-
ſtrenſia vel militiæ gratia à patre conceſſa ſecun-
dum Alexandrum imperatorem [d]: quia & præ-
matura eſt petitio legitimæ ante mortem patris [e].
Nec veniunt etiam in confiſcationem, ſed detra-
huntur à bonis confiſcatis quæ ante condemna-
tionem donata ſunt, paraphernalia vxoris, & alia
donata filijs [f], etiamſi poſt contractum capitale
crimen fiant iſtæ bonorũ diſtractiones, dummo-
do in fraudem fiſci ſcienter non fiant [g], & niſi
commiſſum fuiſſet crimen perduellionis vel læſæ
maieſtatis, poſt quod donationes etiam perfectæ
ante condemnationem à reo, factæ à fiſco reuo-
cantur [h]. Si mulier quoque deliquiſſet nupta, in
eo caſu quo maritus lucratur dotem vel partem
eius, dos non datur fiſco, ſed apud maritum rema-
net, perinde, ac ſi duraret matrimonium [i]. Nouiſ- 3
ſimo iure nouellarum exceptis quibuſdam crimi-
nibus non confiſcantur bona [k]. Excepta crimina
ſunt vtriuſque maieſtatis, & diuinæ [l], & huma-
næ [m], raptus [n], & alia plura, de quibus videndus
Boërius [o]. In Aquitania ob crimen nulla cõfiſca-
tio regi ob priuilegium, quod illi conceſſit anno
domini 1337. ſecundum quod iudicatur [p], niſi tam
atrox fuerit delictum, nempe comprehenſum in
authentica bona damnatorum de bon. proſcrip.
C. At generali conſuetudine Galliæ confiſcato,
vt dicunt, corpore, confiſcantur & bona, reſerua-
ta vxori & liberis quadam portione. Cedítque 4
huiuſmodi confiſcandi ius & confiſcatio domi-
nis, in quorum iuriſdictione bona confiſcanda ſi-
ta ſunt: exceptis criminibus priuilegiatis, nempe
hæreſeos, falſæ monetæ, imminutæ maieſtatis, ob

h ca. maiores, 16. q. 7.
i leg. 1. de iure fiſc. P.
k l. 1. de fide inſtru. & iur. haſt. fiſcal. lib. 10. C. l. ſi minori pretio, l. 3. de iur. fiſc. lib. 10. C.
l l. vni. de monopol. li. 4. C. tit. 59.
m l. 2. ne ruſtica. ad vllũ obſequiũ deuocen. lib. 11. C. tit. 54.
n l. 3. de malefic. & mathema. li. 9. C. ti. 2. rapuerit c. ex tuarum, de ſortil.
o l. 3. §. final. ad leg. Corne. de ſicar. libr. 48. P. ti. 8. vbi & crimina enumerãtur eius pœnæ, & in l. 4. eius tit.
p Marti. in l. 1. §. fi. ad l. Corn. de falſ. li. 48. P. tit. 10.
q l. 1. ſi quis ea cuius tut. fuer. corruperit, li. 9. C. tit. 10.
r Manichæi l. 4. de hæret. li. 1. C. tit. 9. Innocen. 5. in c. vergentis, de hæretic.
s l. 1. de apoſtatis, lib. 1. C. tit. 10.
t l. apoſtatarum, C. eo.
v l. 1. ad le. Iul. de vi publ. P.
x l. 1. ad l. Iul. de vi priuat.
y l. 1. de ſent. aduer. fiſc. retract. lib. 10. C. tit. 9.
z Calliſ. in l. 1. & Paul. in l. fi. de bon. damn. li. 48. P. tit. 20. Grat. & Theo. & Valentinia. in l. ſi deportatus, de bon. proſcr. li. 9. C. tit. 49.
a l. de bonis, l. 6. de bon. proſcript. eod.
b Alex. l. 3. genialium dier. c. 32.
c leg. 2. & 3. de bon. cor. qui mor. ſibi cõſc. l. parricidij, l. 8. ad l. Pom. de parric. li. 48. P. tit. 9.
d in l. ſi filiusfam. l. 3. de bono. proſcr. C.
e in l. 1. §. ſi impuberi, de collat. bonor. lib. 37. P. tit. 6.
f Archad. & Hono. l. ſi quis poſthac, l. 9. de bon. proſcri.
g l. poſt contractum, l. 15. de donat. lib. 39. P. tit. 5.
h l. donationes, l. 32. §. perfectæ, eo. de donat. l. pen. & fin. ad leg. Iul. mai. lib. 9. C. tit. 8.
i Calliſtra. in l. quinque legib. l. 3. Paul. in l. & omnes, l. 4. Vlpian. in l. ſed ea lege, l. 5. de bon. damnat. P.
k authen. bona damnatorum, C. de bon proſcr.
l ca. ſecundum leges, de hæreti. in ſexto l. Manichæos, l. 4. eod. C.
m l. quiſquis, l. pen. & fin. ad leg. Iul. maieſt. C. d. l. donationes, §. perfectæ. de don. P.
n ca. ſi quis capuerit. 27. q. 1.
o Boerius, deciſ. 264.
o Papus, libr. 24. rapſod. areſtor. titu. 2. areſto. 1. Imbert. Manuali, de pœn. pecunia. abrogat.

quæ crimina bona deferuntur fiſco regio, vt ſcri-
5 bit Manſuerius [a]. Facta tamen confiſcatio à iudice laico, non priuat reum iure patronatus: quia hoc eſt extra forum, & iuriſdictionem laici, vt notant aliqui [b], quamuis alij diſtinguant [c], vt ademptione partis bonorum, ius patronatus non perdatur, contrà ſi omnia adimantur, quod verius credo: quia ius patronatus tranſeat cum vniuerſitate bo-
6 norum, ſi ei adhæreat nec excipiatur [d]. 15. In fiſcum defertur duplum pretij, quo quis emit domum, vel villam, vt eam demoliretur [e]. Malè affectus enim in rempubl. viſus eſt, qui ſpe aliqua particularis commercij & pretij, patitur publicum aſpectum deturpari. Sic enim ſiue ſpe lucri patiatur res ſuas deturpari, vel alia ratione demoliatur, hac lege non vincitur [f]. Ad decus tamen vrbis pertinet ædificia non derelinquere [g]: cùm deformetur ruinis [h]. Licet tamen vnicuique in eadem ciuitate ex vna domo in aliam materiam transferre [i]. 16. Ad fiſcum pertinet, quæ quis viui cognati ignorantis bona vel partem bonorum, tanquam jam hæres, & poſteà ſucceſſit, nam ea tanquam ab indigno auferuntur [k]. 17. Pœna pecuniaria accedit fiſco eius qui ab accuſatione receſſit [l]. 18. defertur fiſco rei litigioſæ, pendente lite venditæ ſcienter, pretium & tantumdem, exceptis alienationibus cauſa dotis, & iure tranſactionis vel diuiſionis, vel legati, vel fideicommiſſi [m]. 19. Ex contractu priuato poteſt quæri fiſco, & pœna quæ ſoluenda fiſco inſeritur compromiſſo, niſi ſtetur arbitrio [n]. 20. Accedit fiſco pœna quæ debetur ex contractu inito cõtra prohibitionem [o]. 21. Et fiſci ſunt multæ pro pœna impoſitæ [p]. 22. pœna fraudantis vectigal legitimum, cõfiſcatio eſt, cùm incidit in commiſſum [q], niſi per quinquennium rem in commiſſum venientem fiſcus non petierit, poſteà enim qui fraudauit vectigal, tutus erit [r]. 23. domus in quam aliquid ex ſepulchro violato delatum eſt, conſentiente domino, fiſco adiudicatur [s], cum pœna 20. librarum auri, quam ſoluunt violantes [t]. 24. Qui in baltheis & equeſtribus frænis auſus fuiſſet lapides pretioſos inſerere veluti, Iacinthos, margaritas, fiſco quinquaginta libras auri debebat. Et qui cultum imperatorium ex auro vſurpaſſet, vel fabricando, vel deferendo, centum librarum auri mulcta damnabatur fiſco, pœna quoque imminente capitali [v]. 25. Iudex qui noluerit audire eum, qui ſe docere paratus eſt, immunem à functionibus publicis, debet fiſco 30. libras auri, apparitor 50 [x].

a M:ſuer. in ſua praxi. ti. de pœn. §. itẽ aduertendum, & in conſue. Burgundiæ, §. 1. tit. des confiſcations, & ibi Chaſſan.
b gl. in clem. paſtoralis, ante, §. cæterum, in verbo ſubiectæ, de ſent. & re iud. in Clem. Martin. d. Cazarius Laudenſis tractat. de fiſco num. 3.
c glo. in ca. filiis. 16. q. 7.
d c. ex literis. de iur. patron.
e Paul. l. ſenatus, l. 52. de contrah. empt. lib. 18. titu. 1. l. 1. de iur. fiſc. P. l. 2. de ædifi. priuat. lib. 8. C. tit. 10.
f l. cætera, l. 43. §. itẽ quæri, & §. ſed & ſi quis. de leg. 1. li. 30. P. tit. 1.
g l. prætor ait, l. 20. §. interdictum, de oper. nou. nunciat. li. 39. P. tit. 1.
h l. ſi ne quid in loc. publ. li. 43. P. tit. 8.
i l. ſi quis, de ædifi. priuat.
k Martian. in l. 2. de iis quib. vt indign. libr. 34. P. tit. 9. l. quidam. § fin. & l. ſeq. de donatio. in P. l. fi. C. de pact.
l l. 1. de iur. fiſ. P. l. 1. §. ſi quis autem ab accuſatione, ad Sc. Turpill. lib. 48. P. tit. 16.
m l. fin. de litigio. l. 8. C. ti. 37.
n l. 1. de iu. fiſc. in P. Rebu. in comm. ad regias conſtitu. tract. de arbit. & arbitr. art. 1. gl. 33. nu. 12. & ſequentib.
o vt in l. fin. de contract. iud. lib. 1. C. tit. 54. l. aufertur, l. 46. §. quod à præſide de iur. fiſ. P. cum ſimilib. ibi not. in verbo vendicatur, l. 2. de iis quib. vt indig. in P. l. mercatores, de commerc. & mercat. C.
p l. mulctarum ſeuera compendia, l. 5. de mod. mulctand. li. 1. C. tit. 55. l. conſiliarios, l. tertia. de aſſeſſor. lib. 1. C. tit. 52.
q l. commiſſa, l. 14 de publica. lib. 39. P. tit. 4. cum ſimilib.
r l. 2. de vectig. & commiſſ. lib. 4. C. tit. 61.
s l. ſecunda, de ſepult. viola. C.
t l. 3. C. eod.
v in l. vnci. nul. lic. in frænis & in eque. &c. lib. 11. C. tit. 11.
x l. 2. de offic. ciuil. iudi. lib. 1. C. tit. 46.

## De compendijs ex pœna eorum qui ciuitates ſuas relinquunt. Cap. 18.

1 *Curialis rure in fiſcum delato in quod relicta ciuitate ſua ſe contuliſſet, priuabatur: Et inibi de amore in patriam, & de bono ciue.*
2 *Ciues reparare domos, quas in ciuitate habent, coguntur, aut ædificare de nouo.*
3 *Decuriones ex ciuibus delecti munera obibant: & ibi de curionibus, & decurionibus, & decurijs, & quid curia, & curiales, Et num. 5.*
4 *Corporati vrbis Romæ nec rus, vt nec curiales, ſe poterant habitandi cauſa conferre. Valens Chriſtianos proſecutus odio.*
6 *In duabus ciuitatibus poſſe quem incolam eſſe, & vtraque ad munera cogi ſubeunda.*
7 *Quid faciat ciuem alicuius ciuitatis.*

1 SI ciuitatis cuiuſdam curialis, id eſt, in numerum magiſtratuum relatus ciuitatis immemor rus habitandi cauſa ſe conferebat, eò quòd ob ruſticanum fundum ciuitatem contempſiſſet, fundo priuabatur, quod fiſco quærebatur [y]. Et exiſtimati impij, qui patriam contempſerint, potiſſimùm qui perſonam in ea gerunt publicam, quales ij curiales curijs & populo præpoſiti munerum ciuilium diſpenſatores, quibus ſatis eſt ſi inſeruiant, vt ait Auguſtus [z]. Aulus Gabinius trib. pleb. ſuadens Pompeio recuſanti bellum contra Pyratas: *ô Pompei*, inquit, *mihi & patriæ concede, cui & natus es & educatus, téque eius commodis inſeruire oportet, eius cauſa nullos labores, nulla pericula ſubterfugere, ſed etiam, ſi res ita ferat vt moriendum ſit, pro ea quouis mortis genere* [a]. *Omnis peregrinatio*, vt ait Cicero [b], *obſcura & ſordida eſt ijs, quorum induſtria in patria poteſt eſſe illuſtris.* Et rurſum [c], *ciuis eſt is, qui patriam ſuam diligit, ac bonos omnes ſaluos & incolumes deſiderat.* Et hîc argumenta plura peti poſſunt à loco communi dilectionis patriæ, & obedientiæ quæ iuris naturalis ſeu gentium eſt [d]. Cui & addo ciuem non probè dici, ſi vnitatem illam ciuitatis à qua ciuis eſt, curare recuſet, etſi inde ſeorſum ſecedat. Quamobrem & Cæſares in curiales & ciues præclaram hanc legem ſtatuerunt his verbis [e], *Singularum vrbium curiales etiam inuiti, vel reparare intra ciuitates, quas olim habuerunt domos, vel de nouo ædificare cogantur: illic ſemper munijs inſeruituri, & aucturi propriarum frequentiam ciuitatum. Poſſeſſores verò, qui non erunt curiales in vrbibus in quibus domos poſſident, eaſdem domos dirutas neglectáſque reparent: indiciaria ad conſeruandum hoc præceptum authoritate retinendi.* Non enim omnes habitatores alicuius ciuitatis curiales erant, ſed digniſſimi ex illis meritis & facultatibus, ad ſubeunda patriæ munera eligebantur [f]. Et decurionum & curialium publica fuiſſe munera cõſtat ex Liuio [g], & Dionyſio Halicarnaſſeo [h]. Sed apertius ex Pomponio Læto [i], *Multitudinem*, inquit, *Romulus vel ſecundùm alios Seruius Tullius in partes tres, quas tribus appellauit, & tribuum duces, tribunos. Ipſas autem tribus ſingulas in triginta partes diuiſit, quas curias dixit, quoniam earum cura reſpub. ſententiam expediebat, indéque latæ à regibus quædam leges curiatæ dictæ, Curiarum præfectos, Curiones dixit: diuiſit & ſingulas curias in decurias, id eſt, alias decem partes, quarum propoſiti decuriones.* Poſſunt etiam dici curiales, qui lecti ex curijs in ſenatorium ordinem reducti erant, vt actitatum eſt ante primum interregnum, teſte Feneſtella [k]. Et ſenatus quoque curia dicebatur: quia ille rempub. curat, quemadmodum & curiæ à curia dictę ſecundum M. Terentium Varronem [l]. Accipitur & curialis in hoc exemplo, quo is prohibetur ciuitatem ſuam relinquere: pro decurione & præpoſito curijs: nam eadem prohibitio quæ fit curiali [m], fit & decurioni à Pomponio iu[r]iſconſ. [n]

Quod

y l. 1. de decurion. l. vnica. ſi curia. relic. ciuitat. rus habi. &c. libr. 10. C. tit. 37.
z l. curialis, l. 21. de decurio. lib. 10. C. tit. 31.
a Dion Caſſius, lib. 36. Hiſto. Roma. firmat hoc Cice. 4. ad Herennium.
b Cic. ad Mar. Cælium lib. 2. epiſt. famil.
c Cicero, in Vatinium.
d l. 2. de iuſt. & iure.
e l. ſingularũ, l. 8. de ædif. priuat. li. 2. C. tit. 10.
f l. ad ſubeunda, l. 46. de decurio. l. 10. C.
g Liuius, in 1.
h Dion. Halic. in 2.
i Pompo. Læt. lib. de magiſt. in princ.
k Feneſt. libr. de magiſtratibus, c. 4.
l Varro, 5. de ling. Lat.
m in l. 1. ſi curial. &c. lib. 10. C.
n l. 1. de decurion. lib. 50. P. tit. 2.



4 Quod & ad corporatos vrbis Romæ producendum eſt, cùm & ij ciuitate donati, ſuffragijs poſſent ad munera decurionum peruenire, & ijſdem functionibus ſubiiciãtur. Quare nec illis licet extranea vel peregrina loca incolere, & ſi fecerint ad vrbem retrahuntur [a]. Quod & ſtrictè iuſſit obſeruari Valens Cæſar, vt ab heremo Chriſtianum curialem ad munera reuocauerit [b]. Quanquam hic non zelo publico fecerit, ſed odio Chriſtiani nominis, quo flagrabat: nam & hic perſecutus eſt Eccleſiã Dei [b], & plures Chriſtianos Gotthis obiecit occidendos, alios quoque 80. Epiſcopos ad ſe miſſos legatos, cum nauibus incendit, vt ſcribunt Sozomenus [d], & Greg. Nazianzenus [e],
5 & alij. Alciatus [f] exiſtimauit curiales eſſe, ex decurionibus & principalibus ciuitatis cuiuſque electos, qui munera omnia ſuſtinere cogebantur, & ab alijs exigere. Vtcunque tamen res ſe habeat, exploratum eſt, curiales municipalibus muneribus obſtrictos eſſe, & ideò prohibitum illis iure, ne ſe alibi transferrent, ne deſertores officij im-
6 poſiti eſſent. Sed ſi quis non adhuc decurio in aliã ciuitatem ſe conferat, verum eſt ciuitatem illam ſecundam, quæ plurium eſt, non confiſcari. Cæterùm placuit huiuſmodi incolam vtriuſque ciuitatis muneribus poſſe affici, ſi quando viſum ſit municipibus [g]. Poteſt namque municeps originarius, qui munere aliquo nõ fungitur, alibi trãſferre domicilium liberè [h], & ibi eſſe etiam incola, qui talis erit, ſi intra mœnia ciuitatis, vel intra ſaltem pomæria habitet [i]. Non enim incolam facit habitatio intra territorij ciuitatis fines ſola, neque is ad ſubeũda munera cogi poteſt ibi. Cæterùm ſi eodem anno duarum ciuitatum incola, in vtraque ad munus vocetur, vel ad decurionatum, vel ad alium honorem, præfertur ciuitas originaria [k]. Alterius enim ciuitatis incola, poteſt in
7 loco originis fieri conſul [l]. Ciues in ſumma facit, origo, manuſſio, allectio, adoptio: incolas, domicilium, municipes quoque origo paterna [m].

a l. 1. de priuil. leg. corp. vrb. Romæ li. 11. C. tit. 14.
b l. quidem ignauiæ, l. 26. de decurio. li. 10. C. tit. 31.
c Paul. Diaco. lib. 11.
d Sozomenus li. 5. c. 14.
e Grego. Nazian. in Monodia.
f Alciat. lib. 2. Iur. parerg. c. 26. & in l. pupillis, l. 29. §. decuriones, de ver. ſignif.
g l. & fi. de municip. & originar. libr. 10. C. tit. 38. Paulus in l. incola, l. 29. ad municipal. lib. 50. P. tit. 1.
h l. 1. de incol. li. 10. C. tit. 39.
i l. 3. de incol. eod.
k Paul. in l. libertus, l. 27. §. preſcriptio, ad municip. li. 50. P. tit. 1.
l l. priuilegio l. 6. de incol. li. 10. C. tit. 39.
m l. ciues, l. 7. de incolis. lib. 10. C. l. 1. ad munic. in P.

## De Compendio fiſcali, ex cœlibatu. Cap. 19.

1 *Cœlibes antiquitus certam pendebant ærario pecuniam ex lege, cuius authores Camillus & Poſthumius: eandem & Plato tulit.*
2 *Quomodo intelligenda illa lex cœlibatus.*
3 *Sublata pœna cœlibatus poſtea.*

1 DEferebatur antiquitus ex lege in ærarium certa pecunia & mulcta indicta, & exacta per cenſores à cœlibibus: authores eius feruntur Camillus & Poſthumius [n]. Nam lex quæ vetabat cœlibatum, tranſtulit etiam caſtigationem ad cenſores [n]. Plato ferè eandem legem ita ſanciuit [p]: *Si quis viuat in ciuitate ſine connubio, & egerit triginta quinque annos: ſingulis annis, ſi de maximo cenſu eſt, drachmis centum multetur: ſi de ſecundo, ſeptuaginta: ſi de tertio, ſexaginta, ſi de quarto triginta.* Verùm Plato illam pecuniam non ærario, ſed Iunoni conſecrari
2 iuſſit. Quæ leges probabiles aliqua ratione erant, in illis qui caſtè viuere non poterant, & melius ſit nubere quàm vri [q], vel habita ratione temporis, in quo ob bella propemodum periturum genus erat hominum, niſi generatione repararetur, quod fit per nuptias legitimè [r]. Porrò nec matrimoniũ imperatum virginitatem vouentibus perpetuam ſatis docuimus in Artis mirabil. ſyntaxib. etiam apud gentiles, apud quos Veſtales & aliæ virgines erant ſummo in honore [s]. Et deinceps, poſtquam 3
in mœchos iuſta conſtituta vindicta, & cùm lex Dei innotuit Euangelica, cœlibatus approbatus & laudatus eſt caſtus [t], ſublatúmque vectigal & pœna, cœlibibus, & qui liberos non habebant impoſita etiam iure ciuili [v]. *Sancimus*, inquit Iuſtinianus [x], *omnes fœminas ſecundum quod poſſunt, caſtitatem agere, quæ etiam ſola Deo cum fiducia poſſibilis eſt, animas hominum præſentare.* Nuptiæ terram implent, virginitatis paradiſum [y]. Et ita futurum eſſe in Eccleſia Dei prædixerat Dauid, dicens [z], *adducentur regi virgines.*

n Val. Max. li. 2. cap. 4.
o Cicero. 3. de leg.
p Plato, 6. de legib.
q 1. ad Cor. 7.
r §. 1. de nupt. in auth.
s docuimus, lib. 40. Syntax. ar. mir. c. 11.
t prior. ad Corint. 7.
v l. 1. de infirman. pœn. cœlib & orb. li. 8. C. tit. 58.
x §. ſancimus, de lenonib. in auth. col. 3. tit. 1.
y c. nuptiæ, 32. q. 1.
z Pſal. 44. & ibi ita Euthymius.

## De alijs pœnis deferendis fiſco. Cap. 20.

1 *Auri libram fiſco pendit occupans ex grege principis equum, & pœna arboris laureæ ſuccidentium eidem refertur: vel eorum qui ex ſyluis principis cedunt vel emunt.*
2 *Licebat exponere liberos lege Romuli quomodo, & de abolitione legis, & de pœna.*
3 *Aliæ cauſæ proſcriptionis bonorum.*

IN fiſcum etiam defertur pœna libræ 1
vnius auri, ab eo qui ex armento vel grege principis, equum vel equam occupauerit, neque reddiderit ad vocem præconis quærentis: ſi duos vel duas, duarum librarum: ſic pro ſingulis vnam libram auri præbebit. Quod ſi ex alijs gregibus, ſex vncias auri niſi ſpontè obtulerit [a]. Ementes & vendentes ex arboribus lucorum Daphnes in Syria, vel Perſides in Aegypto 50. libras auri fiſco debebant [b]. Itẽ qui cupreſſos etiam ſpontè lapſas in ſyluis principis transtulit propria authoritate, vel exciderit, etiã ſi alias nouellas ſubrogauerit, obnoxius fiſco 50. librarum auri pondo [c]. Cautum de arboribus & ſyluis principis in Gallia, conſtitutionibus proprijs regis. Inuenimus etiam inter leges Romuli 2
eam, quæ neceſſitatem colonis imponit educandi quicquid illis naſceretur maſculum: è filiabus autem primogenitas: nullam autem prolem necari permiſit minorem triennio, niſi ſi quid mutilum, aut alioquin prodigioſum in ipſo partu eſſet editum: tales enim fœtus exponi à parentibus non vetuit, ſed iudicatos prius quinque viris proximis vicinis, ſi illis quoque exponendos eſſe viſum fuiſſet. Contra autem legem committentium præter alias multas, etiam dimidium bonorum addixit ærario [d]. Hodie tamen vt ſuo loco latius traditur, & ius necis & exponendi in liberos prohibetur, & iuſſum vt quiſque ſobolem ſuam omnem cuiuſcunq; ſit generis & fortunæ nutriat [e]: imò & iure pandectarum, qui partum non agnoſceret, extraordinario iudicio coërcebatur [f]. Proſcribebantur & bona eorũ, qui ſpectaculis, diebus feſtis potiſſimùm dominicis interfuiſſent, quive die dominico actus iudiciales exercuiſſent [g]. Sunt 3
& aliæ cauſæ proſcriptionis, quæ cùm de criminibus agetur, apparebunt, ex quibus ditatur ærarium. Atque hæc pauca exempli cauſa nunc ſufficit monuiſſe, cætera ad propria relego loca. Compendia quoque alia propria infinita fiſci ſunt, quæ

a l. 1. de Greg. domin. li. 11. C. ti. 75. l. 1. de his qui ſe defer. li. 10. C. tit. 13.
b l. 1. de cupreſſ. libr. 11. C. tit. 77.
c l. 2. eo. tit.
d Dionyſ. Halicar. lib. 2.
e l. 2. de infant. expo. libr. 8. C. tit. 52. l. nec filium, l. 9. de patr. pot. lib. 8. C. tit. 47.
f Paul. in l. 1. §. pœna, de libe. agnoſ. libr. 25. P. tit. 3.
g l. fi. de feriis li. 3. C. tit. 12.

priuilegij nomine illi concedunt, quæ cùm fusè
ſint ab alijs tractata, conniueo, cùm & tractatum
ediderit de fiſco & fiſci priuilegijs Lucas Par-
menſis. Tractat & Caſtrenſis in l.fina.de priuileg.
fiſci C. Interpretes in tit. de ſententijs aduerſum
fiſcum non retractandis. lib.10.C.

## De ædificijs & operibus publicis ſeu vniuerſitatis. Cap.21.

1 *Aedificia publica magnificentius quàm priuata olim extructa.*
*Valerius Publicola eminentes ædes, ne offenderet populum, in plana ſubmiſit. eod.*
2 *Nouum opus publicum non debet incipi, priuſquam cœptum perficiatur.*
3 *Aedificans opus publicum de vitio intra quindecim annos tenetur, ſe ſuóſque obligat.*
4 *Aedificium priuatum publico nō iungendum, intra 15. pedes, vel iuxta horrea publica 100. pedum, omni præſcriptione ceſſante.*
5 *Super ergaſteria publica licet ædificare.*
6 *Qui contribuunt ædificijs publicis, & qui non.*
7 *Quibus liceat titulos ſuos, operibus publicis inſcribere vel affigere.*
8 *Præterea & loca publica non poſſunt, quàm à publicis perſonis habitari.*
9 *In palatio non licet priuatis nuptas & conuiuia celebrare.*
10 *In ſumma enumerata omnino opera publica.*

1 APud antiquos cura erat maxima or-
nare & magnificè conſtruere ædificia
publica, templa, portus, & ſimilia:
particulares autem ædes, quantumuis
eſſent præſtantiorum virorum, non magis quàm
vicinorum, apparere vt ait Demoſth. [a] Et Vale-
rius Publicola ne ſpecie arcis offenderet popu-
lum eminentis, ædes ſuas in plana ſubmiſit [b].
Opera publica omnibus proſunt, & ideo maximè
cura adhibenda eſt, vt ea pulchra, & ſolida, tuta, &
2 magnifica ſint. Leges itaque eò diriguntur, atque
ne prius nouum inchoëtur quàm vetus perficia-
tur, ſaltem ſine principis licentia [c]. Et proinde ex
pecunia legata ad opus nouum prius poteſt refici
vetus, ſi alia pecunia non ſufficiat, & ſatis ſit ope-
3 rum publicorū [d]. Et vt ſolida ſint opera, qui ædi-
ficat, de vitio ædificij tenetur intra quindecim an-
nos [e], extra caſus fortuitos. Curatórque operis
non tantùm ſe, ſed & ſuos obligat hæredes & ob
4 ceſſationem [f]. Vt autem tuta ſint, cautum ne quis
priuatus iuxta opera publica ædificet, vt circa
theatra vel amphytheatra [g]. Et ædificia diruun-
tur ob metum inſidiarum vel incendij [h], relicto
ſpatio quindecim pedum inter hæc & priuata
opera [i]. Et ſi iuxta horrea publica, çentum pedū [k],
5 omni præſcriptione etiam reiecta [l]. Permiſſum
tamen aliquando ſuper ergaſteria publica ædifi-
care [m]. Quin ſi opus publicum ędificandum con-
ceditur interdū, & diruere priuata ædificia, dum-
modo valorem 50. librarum non excedant, non
alia [n]. Magnifica porro vt ſint, cauetur primùm,
6 omnes ſine exceptione contribuere debere [o]. Ex-
7 cipiuntur alicubi ſenatores [p]. Dehinc vt in operi-
bus publicis publico ſumptu excitatis, nemo præ-
bus publicis publico ſumptu excitatis, nemo præ-
terquam princeps titulos ſuos vel nomen ſcri-
bat [q]. Impenſus tamen tunc accepto ferendis cura-
toribus [r], dummodo rationes reddant præſidibus
prouinciarum, & alijs viris ſpectabilibus [s]: niſi
quis ſuis ſumptibus ædificauerit opus publicum,
tunc enim permittitur nomen ſuum inſcribere
volente populo [t]. Nec tamen reparanti ſuo ſum-
ptu, eius nomē qui edificauit ſuo quoque ſumptu
licet delere, ſed ſuum tantum ſubiicere [v]. Ad ma- 8
gnificentiam quoque pertinet, ne prætoria, locá-
ue publica alijs quàm publicis perſonis, conce-
dantur inhabitanda [x]. Domus principis, baſilica
& palatium plerunque dicitur, in quo tantùm ha-
bitare debent poſt principem qui eius vſibus in-
ſeruiunt, & alij excludi, & ei ædificia contigua
dirui [y]. Iubet Leo Cæſar in ciuitatibus in quibus
palatium eſt, alibi quàm in eo ne habitet rector
prouinciæ, vt habitandi ratio, ſaltem curam ædifi-
cij ſuadeat [y]. Non licet item in baſilica inaurata 9
alicuius priuati imaginem pingere, non equos in-
troducere, vel nuptias priuatorum celebrare [a].
Inter opera communia vniuerſitatis, & quæ ſunt 10
publici vſus, enumerantur quę in ciuitatibus ſunt,
theatra, & ſtudia [b], forum [c], curia, baſilica, viæ pu-
blicæ, balnea publica, piſcinæ, aquæductus, fon-
tes, campi publici, vt Martius, fama, porticus, & ſi-
milia, paſcua, nemora, & ſimilia. Item agri vecti-
gales & non vectigales: vectigales, qui in perpe-
tuum fruendi locantur: non vectigales, qui ita co-
lendi dantur, vt priuatis agros noſtros colendos
dare ſolemus [d].

a Demoſt. in Orat. de reip. ordi. & aduerſus Ariſtocra.
b Plin. l.15. de vir. illuſtr. Diony. Halic. lib.5. Plutarc. in eius vita. Vale. Max. li.4.c.1. & alij.
c l. 4. & l. nemo, l.12. & l.fi. de operi. pub. li.8. C. tit.12. l. 3.15. 16. 17. 19. 21.27. & 29. eo. tit. in 15. lib. C. Theod. tit.1.
d Calliſtrat. l. pecuniam, l.7. de oper. publ. li.50. P. tit.10.
e l. omnes, l.7. C. de ope. pub.
f l.1. eod. P.
g l.3. eod. P.
h l. ædificia, l. 33. C. eod.
i l. ſi cui, l.9. & l.fi. C. de ædifi. priuat.
k l.4. de oper. publi. in Cod. Theodoſ.
l l. præſcriptio, eodem C. Theodoſ.
m l. comperimus, l.9. eo. ti. C. Theod.
n l. ſi quando, l.8. C. de operib. pub. in C. Iuſtin. & in l. 3. eo. ap. Theodoſ.
o l. ad portus. l.6. eod. C. Iuſt. l. omnes, l.11. eod.
p l.5. eod. tit. in C. Theod.
q l.3. & l. ſi qs, l.9. eo. titul. in C. Iuſtin.
r l. 2. eod. C. Iuſtin.
s l. vni. de ratioci. operum pub.
t l.2. & 7. de operi. pub. P.
v d. l.7.
x l.3. de operi. pub. in C. Iuſt.
y l. quicunq; l. 16. de operi. pub. li.8. C. tit. 12. l. vni. de palat. & domib. domin. li.11. C. tit.76.
z l. pen. de off. recto. prouin. li.1. C. tit.44.
a l. Baſilicam, l.20. de operi. pub. libro 8. C. tit.12.
b l.3. de oper. publ. in P. l. in tantum, l. 6. §. vniuerſitatis, de re diu. P. §. vniuerſitatis, eo. ap. Iuſti. §. 1. de inutil. ſtipul. Cicer. 1. de offi.
c §.1. de inutilib. ſtipul. §. fin. de empt.
d l.1. cum ſuis. §§. ſi ager. vect. vel emphyth. peta. libr. 6. P. tit.3.

## De fontibus, Et aquæductu. Cap. 22.

Lib.43.P.tit.21 Lib.11.C.tit.42.

1 *Aquarum vſus neceſſarius & vtilis, & ſalubris.*
2 *Fontium memoria cum ſanctitate.*
3 *Fontes & eorum aquæductus, aut publici, aut priuati.*
4 *Ius hauriendi ex fonte publico, & aquæ ducendæ quomodo præſcribatur.*
5 *Lege aquarum, aquæductuum publicorum, & de officio curatorum aquarum*

AQuarum officium & ad publicum 1
vſum, vt ad potum, ad ſalubritatem,
vel ad eluenda pauimenta, ad lauatio-
nes, & ad ſecuritatem publicam per-
tinent, vt dum ea cinguntur vrbes. *Fontium memo-* 2
*ria*, inquit Frontinus [e], *Romæ cùm ſanctitate ad-
huc extat & colitur.* Salubritatem enim ægris cor-
poris adferre creduntur, ſicut C. Amarinus me-
minit. Fontes & aquæductus aut publici ſunt, aut 3
priuatorum, & ex priuatis fieri poſſunt publici:
tamen in priuatorum non poſſunt poſtmodum
redire poteſtatem longi temporis præſcriptione [f].
Quamuis ius hauriendi vetus longóque dominio 4
cōſtitutum, ſingulis manere ciuibus ſtatutum ſit,
ſi de temporis initio non extet memoria [g]. Proin-
de vti fontibus publicis quis prohiberi non po-
teſt, neque eo fonte quo vſus anteà eſt: alioquin
interdictum propoſitum erat à prætore, vti de eo
*fonte quo de agitur, hoc anno aqua nec vi, nec clam,
nec precario ab illo vſus es, quominus ea ita vtaris
vim fieri veto.* De lacu, puteo, piſcina ita quoque
interdictum [h]. Quod & interdictum pertinet ad
coërcendam aquam ne fluat, & ad purgandū fon-
tem, ſine quibus vſus aquæ nullus eſt [i], & ſiti pe-
rirent homines [k], ſicuti in aqua æſtiua ſta[illegible]um [l].
Sunt

e Fronti. lib.1. de aquæductibus.
f l. diligenter, l. 9. de aquæ duct. lib.11. C.
g l.4. eod. C.
h l.1. de fonte, li.43. P. tit.21.
i d. l.1. §. fin. de fonte, P.
k l. fi. de riuis, li.43. P. tit.20.
l in l. 1. §. ait prętor de aqua quotid. & æſtiua in P.



Poſſunt naſci ex his duæ ſeruitutes vt priuatæ
aquæ alijs communicentur, nempè ſeruitus aquæ
ducendæ & hauriendæ, cui adhæret, appel-
lendi pecus ad quam, & ſunt prodita interdi-
cta pro his diuerſa [a]. Et pariter de modo ducen-
di varia tractatio, quæ in titulo de riuis lib.43.P.
Verùm de his omnibus ſuis locis, nempe dum de
aquæ elemento, & dum de ſeruitutibus agemus
5 rerum. Leges aquarum, aquæductuum publico-
rum apud Iulium Frontinum [b] deſcriptæ ſunt,
quas curator aquarum tenebatur cōſeruare, qua-
rum vna ex SC. *Ne quis ſine literis Cæſaris*, id eſt,
ne quis aquam publicam non impetratam, *& ne
quis amplius quàm impetratum fuerit, ducat.* Alia,
*qui aquam in vſus priuatos deducere volet, impe-
trare debebit, & à principe epiſtolam ad curatores
deferre.* Aliud ſenatuſconſultum quod Q. Ælius
Tubero, & Q. Fabius Maximus V.F. id eſt, volue-
rant fieri, *ne cui priuato ex riuis publicis liceret
aquam ducere, vtique omnes ij quibus aquæ ducendæ
ius datum eſſet, ex caſtellis ducerent, animaduer-
teréntque curatores aquarum, quibus locis intra ex-
tráque vrbem aptè caſtella priuati facere poſſent, ex
quibus aquam ducerent, quam ex caſtello commu-
nem accepiſſent à curatoribus aquarum, ne cui eorum
quibus aqua daretur publica, ius eſſet intra quin-
quaginta pedes eius caſtelli, ex quo aquam ducerent,
laxiorem fiſtulam ſubijcere, quàm quinariam.* Hoc
autem ſenatuſconſultum aquam non niſi ex ca-
ſtello duci permittit, ne aut riui aut fiſtulæ publi-
cæ lacerentur. Alia lex, *vt ius impetrandæ aquæ ne-
que hæredem, neque emptorem, neque vllum prædio-
rum dominum ſequeretur, exceptis balneis, quibus
quæ publicè lauarent, priuilegium antiquitus conce-
debatur, vt ſemel data aqua perpetuò maneret.* Vl-
pia. tamen [c] in alijs diſtinguit, num perſonis datus
ſit aquæ ductus, vt tunc perſonam nō egrediatur:
an rebus, vt tunc ſequatur poſſeſſorem. Aliud ſe-
natuſconſultum apud Frontinum [d], quo de refi-
ciendis riuis ſpecubúſque, per quæ opera publica
corrumpuntur, *placuit circa fontes & fornices &
muros vtraque ex parte vacuos centenos quinos de-
nos pedes patere, & circa riuos qui ſub terra eſſent
& ſpecus intra vrbem, & extra vrbem continentia
ædificia, vtraque ex parte quinos pedes vacuos re-
linqui: ita vt neque monimentum in his locis, neque
ædificium poſt hoc tempus ponere, neque conferre
arbores liceret, & ſi quæ tunc eſſent arbores circa id
ſpatium, extirparentur: præterquam ſi quæ villæ con-
tinentes, & incluſæ ædificijs eſſent. Si quis aduerſus
ea commiſiſſet in ſingulas res, in dena millia damnas
eſſet: ex quibus pars dimidia præmium accuſatori da-
retur, cuius opera maximè conuictus eſſet; qui ad-
uerſus hoc ſenatuſconſultum commiſiſſet: pars altera
dimidia in ærarium redigeretur, déque ea re iudica-
rent cognoſceréntque curatores aquarum.* Conſtan-
tinus tamen à formis aquæductuum publicorum
arbores 15. pedes voluit ſeiungi [e], Auguſtus 10.[f]
Alia lex [g], quàm T. Quintius Criſpinus conſul
rogauit populum, populus autem ſciuit. *Quicun-
que poſt hanc legem regatam, riuos, ſpecus, fornices,
fiſtulas, caſtella, tubulos, lacus aquarum publi-
carum quæ ad vrbem ducuntur, earúmve quam
ſciens dolo malo forauerit, ruperit, forare rumperéve
curauerit, peiorémve fecerit, quominus ea aqua ea-
rúmve quæ in vrbem Romam ire, cadere, fluere, perue-
nire, duci poſſint, quæ vrbi continentia ſunt, erunt, in
hiſque hortis, prædijs, locis, quorum hortorum, præ-
diorum, locorum dominis poſſeſſoribus V.F. aqua data
vel attributa eſt, vel erit, vt ſal diſtribuatur, diuida-
tur, in caſtella immittatur: is populo Roma. C. Millia
dare damnas eſto. Et qui clam quid eorum ita fe-
cerit, id omne ſarcire, reficere, reſtituere, ædificare,
ponere, & cælare, demoliri, damnas eſto, ſine dolo
malo, &c.* De modis ducendi aquam, & de aqua
ducenda plura tractata videbitis paulò pòſt libro
ſequen. 4. c.15. de aquæductu, & cap.16. de aquæ
hauſtu, & cap.17.

a l.1. §. hoc interdictum, de fonte in P.
b Iulius Fronti. li.2. de aquæ duct. l.1. §. permittitur, de aqua quotidia. & æſti. libr. 43. P. tit.19. de his dicimus in ſeruitut. aquæductus, quædam.
c l.1. §. permittitur, de aqua quotid. & æſti.
d lib.2.
e l.1. de aquæduc. li.11. C. tit. 42.
f l. omnes, l.6. eod.
g Fronti. libr. 2. de aquæductib.

*Libri tertij primæ partis Syntagmatis iuris vniuerſi Finis.*

# DE REBVS SERVIENTIBVS ET LIBERIS,

## LIBER IIII.

### De Seruitute prædiorum in genere. Cap. 1.

Lib.3.C.tit.34. Lib.8.P.tit.1. Inſtit.lib.2.tit.3.

1 *Diuiſio rerum in liberas, & ſeruientes, & quomodo res ſeruire intelligantur.*
2 *Res quatuor modis ſeruire intelliguntur. Vnde quatuor genera ſeruitutum, ſeruiunt námque perſonæ perſonis, perſonæ rebus, res rebus, & res perſonis.*
3 *Seruitus realis quid.*
4 *Prædium optimum maximúmque, non eſt quod ſeruit.*
5 *Prædium quid dicatur hîc: & duplex, ruſticum, & vrbanum.*
6 *Futuro ædificio quæ ſeruitus poſſit imponi.*
7 *Seruitutes indiuiduæ, & antinomia hac de re conciliatæ.*
8 *Seruitutum realium diuiſio.*

1 ALia rerũ diuiſio eſt, vt harum quędã ſint liberæ, quędã ſeruæ, vel ſeruientes. Qualitates autem hæ rerum natæ ſunt ex dominio earum: ſiquidem vbi dominia diſtincta fuerunt, res propriæ cœperunt cuiuſcunque dici atque ſubiectio illa, qua domini arbitrio res tractatur, alio nomine quàm ſeruitutis, dicitur, nempe per pronomina, meum, tuum, ſuum [a]. Nam res ſua nemini ſeruit [b]. At ſi integro remanente dominio, quiſpiam in re alterius aliquod ius percipiendi aliquam vtilitatem habeat [c], res ſeruire tunc, ſed alij, quàm ſuo domino, dicetur. Nec ideò minus dicetur dominus is, cuius res eſt, quia ſeruitus illa, vel ius illud in re aliena, potius incorporale eſt [d], & afficit ius præcipuè domini, vt cogatur pati, & ne poſſit pro arbitrio re ſua vti [e]. Similiter hæc nomina, libertas rerum, vel res liberæ, dicuntur potius de domino, quem nemo poſſit prohibere, quin illis liberè vtatur, & vt dicitur, quin poſſit de ſuis lapillis ex arbitrio ludere [f]: vt contrà, ſeruitus rei, quãdo illa libertas non eſt domino in re integra aut arbitraria. Inde tamẽ dicimus prædia ſeruitutem pati [g], & ſeruientia [h], aut libera [i]. Vera prædialis ſeruitus ex facto videtur orta hominis, item formulæ, quibus conſtituitur: ſiquidẽ ſi natura ſubiiciatur inferior ager ſuperiori, propriè non eſt ſeruitus, ſed ius ſeu natura prædiorum [k]: non ſecus quàm nõ eſt ſeruitus, vti re ſua, vt diximus. Adhærent autẽ iſta incorporalia ſeruitutũ rebus, vt neq; quiſquam ſeruitutem acquirere vel vrbani vel ruſtici prædij poſſint, niſi qui prædiũ habet, nec quiſquã debere, niſi qui habet prædium [l]. Sed vt explanemus ſcopulos, qui in hac ſeruitutum tractatione offendũt incautos, paucis expedit generalia ſeruitutum monere, ne æquiuocatio ingerat errorem. Itaque ſeruire di- 2
cuntur quadrupliciter res, primùm, perſonæ perſonis: & ideò ſeruitus dicitur perſonarum melius quàm perſonalis, de qua in perſonis diximus. 2. dicuntur, quamuis impropriè, perſonæ rebus ſeruire, vt etiam in ſeruitutibus perſonarum diximus. 3. res ſeruiunt rebus: vel 4. loco res perſonis. Nunc de ſeruitute duorum poſtremorum membrorum tractandum eſt, & de eius ſubſtantia generaliter, dehinc in ſpecie breuiter. Eſt itaque ſeruitus rea- 3
lis, diminutio iuris prædij alieni, ad vtilitatem, & ius ſeruitutis alterius prædij, vel perſonæ. Ex qui- 4
bus in primis conſtat, ſeruitutem eſſe iuris alterius prædij diminutionem, & optimum maximúmque dici non poſſe, quod ſeruitutem debet, quódve liberũ non eſt [m]. Ita ſeruitutis impoſitione, alterius fundi ius diminui, alterius augeri tradit Sextus Pædius [n]. habet prædium dominans vel perſona, cui ſeruitus à re debetur, vtilitatẽ quandã in fundo ſeruiente [o], quæ minuit ius ſeu libertatem alterius ſeruientis prædij [p]. Prædiúmque pretioſius habetur à ſeruitute liberũ [q]. Prædium vocatur hîc 5
quodcunq; immobile, ſiue ſit fundus, ſeu domus. Idque duplex eſt, vrbanum, & ruſticum: vrbanum eſt, ædificium habitãdi cauſa factum, ſiue in vrbe, ſiue in villa ſit [r]: ruſticum eſt, quod non eſt ædificium, vt fundus, vinea, pratum [s]. His imponuntur 6
ſeruitutes ob aliorũ prædiorũ vel aliarum perſonarũ vtilitatem, vel præſentẽ vel futuram. Et licet vtilis nõ ſit ſeruitus cõſtitutionis tempore, tamen imponi poteſt, ſi talis futura ſit [t], vt habeatur ratio futuri tẽporis in his [v], ſicut & futuro ædificio imponitur.[x] Et hæc ſentẽtia, vt paucis dicã, mihi placet, omiſſis diuerſæ ſententiæ rationibus. Hærent hæc iura prædijs quæ ſemper ſequuntur [y]. Et quia 7
iura per ſe diuidi nequeũt [z], ita ſeruitutes indiuiduæ ſunt [a], nec pro parte præſtari poſſunt, vel cõcedi, vel adimi [b]. Ideò ſi generaliter per fundum concedatur à pluribus dominis ſeruitus in fundo inter illos cõmuni, valent quidẽ ceſſiones ſeparatim à ſingulis factæ, ſed ſine effectu ſunt, niſi omnes conceſſerint, vt nouiſſima ceſſione cæteræ firmari videantur [c]. Siquidẽ nõ deſignata certa parte fundi ſeruitus per fundũ cõceſſa, omnes & ſingulas partes fundi cõplectitur: vt tota in toto, & tota ſit in qualibet eius parte, vt dicitur de anima, niſi pars quæ ſeruiat deſignetur: Imò & in ſolũ ipſum penetrat, nec in ſola ſuperficie reſidet, in l. certo, de ſerui. ruſt. præd. Itaq; & naturaliter & ciuiliter eſt indiuidua ſeruitus: natura, quia quæ tangi non poſſunt, indiuidua ſunt [d], qualia iura ſunt [e] minus ciuiliter, quia tantam vtilitatem non adfert pars intuitu partis, quantam totum reſpectus totius [f].

a cap. quo iure defendis villas, 8. diſt.
b l. ſi qs ædes, l. 29. de ſeruit. vrban. prædi. l. vti frui, ſi vſus fru. peta. P. l. in re communi, l. 26. de ſeru. vrb. P. l. cùm eſſent, l. 33. §. fi. de ſer. ruſt. præd. in P.
c l. quoties, 15. de ſeruit. P.
d l. 1. §. fin. de rer. diuiſ. §. 1. de reb. corpo. ap. Iuſtin.
e l. quoties nec hominũ, l. 15. §. 1. de ſeruit. tit. generali: & l. 1. de aqua pluui. arcen. in P.
f l. ſed & ſi lege, l. 28. §. conſuluit, de peti. hæred. lib. 5. P. tit. 3. l. ſi quid, 34. §. ſicut, eod. tit.
g l. ædificia, l. 11. de ſeru. vrb. præd. in P. l. altius, C. de ſeru.
h l. via, l. 23. §. pen. de ſeruit. ruſtic.
i l. ſi ædes, l. 31. in prin. & §. 1. de ſeruit. vrb. præd.
k l. 1. §. fina. de aqua plu. arcẽ.

l Vlp. l. 1. communia prædiorum, li. 8. P. tit. 4. §. ideo de ſerui. ruſt. l. qui aliena. §. vlt. de nego. geſt.
m l. cùm vẽnderes, l. 59. de contrah. empt. libr. 18. P. tit. 1. l. qui vti optimè, l. 90. de verb. ſig. l. pen. de euict. in P.
n l. de pupillo, l. 5. §. Sextus Pædius, de op. nou. nunc. lib. 39. P. tit. 1.
o l. quoties, in 1. de ſeruit. P.
p l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis fortè, de verb. oblig.
q l. 1. §. final. de act. empt. P.
r l. vrbana prædia, de verb. ſignifi.
s l. 1. commu. præd. in P.
t l. ei fundo, de ſeruit. P.
v l. ſi infantis, de vſufr. l. Labeo, de ſeruit. ruſtic. præd. l. interdum, de verb. obl.
x l. ſi ſeruitus, §. fin. de ſeruit. vrban.
y l. via conſtitui, l. 23. §. ſi fundus, de ſer. ruſt. l. cum fundo, 36. eo. tit. l. neque, quib. mod. vſusfru. amitta. l. cùm fundus, l. 13. cõmu. præd. in P.
z l. 1. §. incorporales. de rer. diuiſio. §. 1. de reb. corpor. & incorp.
a l. ſtipulationes non diuiduntur, l. 72. de verb. oblig. & l. 2. §. & harũ, eo. tit. l. viæ. de ſeruitu. l. 1. §. ſi vſusfructus, ad le. Fal. in P.
b l. pro parte, l. 11. de ſeruit. l. ſi is qui duas, de ſeruitu. leg. l. ſi quis duas, §. 1. comm. præd.
c l. per fundũ, de ſeru. ruſtic. præd.
d l. certo generi, l. 13. §. ſi locus 1. & l. ſi mihi conceſſeris, l. 21. de ſer. ruſt. præd. l. ſi via, l. 26. eod. tit. & l. ſi cui, de ſerui. tit. generali.
e §. 1. de reb. corp. & incor. l. 1. de rer. diui.
f l. in executione, §. pro parte. de verbor. oblig.

Dehinc



Dehinc & in omnibus iubent leges, finem & intentionem actuum inſpici [a]. Porrò in ſeruitutibus, finis commodum eſt in vſu earum [b], qui indiuiduus eſt [c], quia & hîc in facto conſiſtit, quod eſt quoque indiuiduum [d]. Sed ius maximè ſeruitutis indiuiduum illud continet omnino. Quò fit, vt antinomiæ, quæ in hac tractatione indiuidui obiiciuntur, facilè ſubmoueantur: nam ad ius non pertinet fundi, corpus quod ſeruitutem admittit. Et aliud eſt ius in corpore, & aliud corpus. Et corpus quidem diuiduum, ſed ius quod in eo eſt, indiuiduum: fructus quamuis diuidi poſſint, qui ex fundo percipiuntur [e]. Ita frui pro parte poſſumus [f], & vti etiam partim fructibus in vſum acceptis, & parte domino aliqua derelicta [g] Et diuiduus vſusfructus [h], ſed ius vtendi fruendi erit indiuiduum [i], & vſus indiuiduus [k]. Alia etiam inde euaneſcit antinomia, qua videtur diuidi vſus, adiecto tempore, cùm quis illa die vel hora, alius alia vtatur, vel alternis diebus [l], quia id ad modum pertinet iuris conſtitutæ ſeruitutis, non ad ius vtendi [m], vt ſecernatur vſus temporibus. Pari modo alia quæ ad certam partem fundi, vel rei conſtitui ſeruitutem probat. vbi corpus fundi diuiditur, vel ſuperficies [n], ad quam certam pro diuiſo ſeruitus tota, vel ius integrum refertur. Facta autem relatione ad partem ſeruitutis vel iuris, ſeruitus pro parte conſtitui nequit [o]. Sic Paulus ait, iura ſeruitutum interdum diuiſa à fundo, non eſſe diuidua menſura vel temporibus: interdum menſura aut temporibus diuidi vſum pluribus debitum, vt ſi plures vni, qui ius aquæ ducendæ habebat, ſuccedant [p]. Sic dum ius aquæducendæ per eundem aquæductum pluribus cõceditur, vel eundi per idem iter, ius quidem non diuiditur, ſed aqua vel modus communi diuidundo [q]. Et plures integræ poſſunt eſſe per eundem
8 locum & plurium ſeruitutes [r]. Poſtrema verba finitionis ſeruitutis realis, realium ſeruitutum membra oſtendunt, vt aliæ à rebus, perſonis: aliæ à rebus, rebus debeantur: illas perſonarum dixit Martianus vt vſum & vſumfructum: iſtas, rerum, vt ruſticorum prædiorum, & vrbanorum [s].

a l. verum, l. qui iniuriæ, de iniur. in P.
b l. videamus, l. 19. in fine de vſur. libr. 22. P. tit. 1.
c l. viæ, de ſeruitutib.
d d. l. in executione, & l. ſi ſtipulationes nõ diuiduntur, de verb. obl. P.
e l. 1. §. ſi vſusfructus, ad leg. Falcid. l. 5. de vſufruct.
f l. vſus pars, l. 20. de vſu & habit. li. 7. P. tit. 9.
g l. fundi vſu, l. 16. & l. diuus, l. 23. §. 1. de vſu, & habit. in P.
h l. vſusfruct⁹, de vſufr. P.
i expreſsè in l. 1. §. quædam, de rer. diuiſ.
k dicta l. vſus pars, l. 20. de vſu & habit. & l. viæ itineris, l. 17. de ſeruit. in P.
l l. via, l. 5. §. 1. de ſeruit. in P.
m l. 4. §. fin. eo. l. 2. de aqua quot. & æſti.
n l. ad certam partem, l. 6. de ſeruit. in P.
o l. ſi qs duas, 6. ſi quis partẽ, commu. præd.
p Paulus in l. arbor, 19. §. fin. comm. diuid. lib. 10. P. tit. 3.
q Iulian. in l. Lucio Titio, l. 4. de aqua quotid. & æſti. lib. 43. P. tit. 19.
r l. ſi prius, l. 17. de aqua plu. arcen. lib. 39. P. tit. 3. l. 2. §. 1. de ſeruit. ruſtic.
s Mart. in l. 1. de ſeruit. titu. generali.

### De ſeruitutibus debitis à rebus perſonis: & primùm de vſu & habitatione. Cap. 2.

Lib. 2. Inſtit. tit. 5. Lib. 7. P. tit. 8.

1 *Quinque ſpecies ſeruitutis debitæ à rebus perſonis enumeratæ.*
2 *Prius tractandum de vſu & habitatione, quàm de vſufructu.*
3 *Vſus quid, & quæ vſuarius poſſit percipere.*
4 *Vſuarius nec locat, vel vendit, nec in alium transfert vſum.*
5 *Caſus tres excepti, quibus vſuarius vendit, addictione diuiſionis, videlicet, vel ſi lignorum vſus à longè petendus, idque pro ſumptibus: vel ſi vini & frumenti procul petendus vſus. 8.*
6 *Vſuarius domus, poteſt locare partem eius, parte contentus.*
6 *Num cui relicta fuerint à pluribus ſeorſum ad vſum ſufficientia, accedente alterius poſtea vſu legato, debeat altero priuari, vel vtraque retinere poſſit.*
8 *In vſu determinando conſiderandæ res, perſonæ, & modus dictus, & quales perſonas habitationem domus habens poteſt ſecum admittere.*
9 *Qui habet vſum capacioris domus, quàm ſua conditio exigit, vacuam quoque partem ſibi reſeruat, nec proprietarius occupat.*
10 *Habitationem habens domus, ſimilis ferè vſuario domus, & in quibus differant.*
11 *Habitationem domus habens, ſeorſum habitans, eam poteſt locare.*
12 *Qui habet vſumfructum domus vel fundi, quomodo vtatur & quibus.*
13 *Vſus ſyluæ vſumfructum continet.*
14 *Conceſſo vſu ſeruorum, quid conceſſum videatur.*
15 *Plus eſt in operis ſerui debitis, quàm in vſu debito ſerui.*
16 *Vſu animalium conceſſo, quid liceat vſuario.*
17 *Vſus pecuniæ vſumfructum habet.*
18 *De vtendi modo & cautione præbenda.*
19 *Differentia vſus, & commodati.*
20 *Vſuarius reficere debet domum, cuius habet vſum, ſi ſolus vel pro parte, qua vtitur: quomodo vti poteſt, & quid cogitur pati ab eo proprietarius. vide & infra. c. 3. num. 20.*
21 *Quibus modis acquiratur & amittatur vſus.*
22 *Commoditas prædij conceſſa alicui, accedit ſeruitutibus prædialibus perſonalibus.*

INter ſeruitutes perſonales, debitas à 1
rebus perſonis, quinque conſtituemus & explicabimus Deo fauente, vſum, habitationem, operas ſeruorum, commoditates ex rebus aliquibus, & vſumfructum. Quatuor priores ſub vſu concludi poſſunt. Tractarunt iuriſconſulti prius de vſufructu, 2
quàm de vſu & habitatione [t]: mihi methodus videtur facilior contraria, vt de vſu primùm & habitatione, quàm de vſufructu agamus, vt intelligamus priori loco ſimplicia, pòſt cõpoſita. Vſusfructus enim latiſſimè patet, & vſum & habitationem continet, cæteráſque ex rebus commòditates fructuum [v]. Et minus in vſu, quàm in vſufructu. Et fructus ſine vſu eſſe non poteſt, vſus autem eſt ſine fructu [x]. Proinde vſus ſeu ad ma- 3
iorem ſignificationem, vſus nudus ſeu χενὸς, ſine fructu [y], eſt ius alienis rebus vtendi, ſalua rerum ſubſtantia [z]. Qui vſum habet tantùm ad indigentiam quotidianam propriam, ſecundum qualitatem & conditionem ſuam fructibus vel rebus vtitur: vt non poſſit vltra compendium inde vel vtilitatem conſequi, vel impedimento eſſe domino agri, ædis, vel fructuum [a]. Et ſi vſu legato, magis ſit vſus legatarius, quàm oportet: officio iudicis, qui quemadmodum vtatur iudicat, continetur, iubere, ne aliter quàm debet vtatur [b]. Ex qui- 4
bus ſequitur vſuarium non poſſe vſum concedere alij, nec locare, vendere, vel alio modo in alium transferre [c]: quia perſonalis: vt neque ad hæredem vſuarij tranſeat [d]. Et perſonalia cum perſona extinguntur, nec perſonam cui irrogantur, egrediuntur [e], potiſſimùm inſpecta qualitate ſeruitutis huius, quæ ad perſonæ neceſſitatem & alimenta pertinet & præbet neceſſaria, quæ alienari nequeunt [f]. Paulus excipit caſum, ſi ex neceſ- 5
ſitate diuiſionis: iudex adiudicando alteri vſum vendat, & ita admitti [g]. Itẽ ſingulare eſt quod notant Accurſ. & Ang. Aretinus [h], quod ſi lignorum ex ſylua alicui vſus relictus eſt, & vectura faciẽda

t conſtat ex tot. lib. 7. P.
v l. 2. & l. per ſeruum, l. 14. §. 1. de vſu & habit. l. vſusfructus, l. 7. de vſu fruct. Iul. Paul. lib. 3. recep. ſenten. tit. 6. l. plenum, de vſu & habita.
x §. minùs autem, de vſu & habita. l. ſi habitatio, l. 10. §. ſi vſus, & l. per ſeruum, l. 14. §. ſi vſusfructus, eod. tit. in P.
y l. 1. & 2. & l. ſi habitatio, l. 10. de vſu & habitat. P.
z glo. in l. 1. de vſu & habitat.
a §. 1. de vſu, & habit. l. denique, l. 11. & l. plenius, cũ ſuis §§. eod. in P.
b l. pen. §. fi. de vſu & habit. P.
c §. minus, §. item is qui, & ſeq. de vſu & habit. l. 2. §. domus, & l. 3. cum §. ll. ſeq. eod. in P.
d l. vſus aquæ, l. 22. eo. tit. in P.
e l. quia tale, ſol. matrim. in P. l. priuilegia, & l. in omnib. de reg. iur. P.
f l. de alimentis, C. de tranſact. l. cum hi, eo. tit. in P.
g Pau. in l. item quamuis, l. 10. §. pen. lib. 10. P. tit. 3.
h glo. in §. minus in fine, & Angel. ibidem num. 3. l. diuus, de vſu & habitat. P.

longius ſit, poteſt qui vſum habet pro neceſſitate perſonæ ſuæ, in compenſationem ſumptuum, qui aliter vſus commoditatem excederent, de lignis vendere non amplius; quia vſuarius tantum habere debet quantum pro neceſſitate ſui ſufficit. Idémque Angelus recipiendum putat in vſu vini, frumenti, & aliorum, ſi de longinquo percipi debeant. Et hæc fauore vſuarij inducta recipio, ne vſus illi ob expenſas grauiores ſit inutilis: & quia,
6 vt dixi, ius hoc vtendi alienari prohibetur. Quare & in eiuſdem vtilitatem non difficilis erit ratio, cur liceat vſuario, cui domus amplioris capacitatis, quàm ipſi neceſſaria ſit, vſus relictus eſt, penſionem habitationis ex ea ab inquilino accipere, dum ipſe quoque inhabitat, & modica portione contentus ſit: hoc enim ei non eſt inuidendum,
7 inquit Vlpianus [a]. Mouet & aliam quęſtionem perpulchram & quotidianam gloſſa [b], quam inſolutam Angelus Areti. [c] relinquit. Num ſi mihi hodie vſus in fundo conſtituatur, qui mihi ſufficiat: & cras in alio, num ſecundus minor vel inutilis erit quòd iam alius mihi ſufficiat, eò quòd ad quotidianam neceſſitatem vſus relinquatur? Et reſpondet glo. locum eſſe gratificationi in toto, vel in parte, vel electioni. Citat §. ſi generaliter, de legat. qui nihil ad rem, & l. fin. de religio. & ſumpt. funer. in P. quæ tamen contrarium probare videtur. Nam ſi vſufructuarius ab hærede ſepultura defuncti oneretur, cùm hæredis eſſet electio, inibi vel alibi ſepelire, & eſſet locus gratificationi inter plures, qui poterant pati ſepulturam, aget vſufructuarius actione vtili in hæredem, quòd propter eam electionem minutus eſt vſusfructus. Sed hic vſuarius, cui diuerſorum fundorum relictus vſus eſt, non nocet alicui, & ſi ab ambobus vſum accipiat. Nam vtitur iure ſuo [d], quod pertinet ad debitores. Proinde rectè ad illá legem finalem ſimilitudo non videtur relata. Et exiſtimarem à ſingulis vſum deberi, non habita ratione, quòd aliunde vſum habere poſſit: non ſecus ac ei qui vſum habet, non poteſt obiici, quod pecunias habet, vnde poſſit aliunde, quàm ex re vſuaria ſibi comparare. Nec improbatur vſus habitationis cõceſſione facta filiofam. vel ſeruo, quòd illi penes patrem vel dominum habitare poſſint, imò & additur habitatio ad vtilitatem patris & domini [e]. Nec improbatur relictum & exactio legati alimentorum, ſi is cui legantur alioquin ſufficiens ſibi ſit & facultatibus abũdet [f]. Itaque, vt ait Paulus, fundi vſu legato, licebit vſuario, & ex fœno, quod in annum dumtaxat ſufficiat, capere: licèt mediocris prædij eo modo fructus conſumantur, quia & domo & ſeruo ita vteretur, vt nihil alij fructuum nomine ſupereſſet. Sic & de aliis, in quibus vſum habet. Omnia enim ad vſum eius peruenient, & poſſunt reſeruari, & in diuerſis domibus, ſed diuerſo tempore, & aliqua parte anni quis habitare, quia & domicilium in diuerſis lo-
8 cis habere poteſt [g]. In vſu, ſimul res & perſonæ & modus vtendi, coniungi debent. Nam res ad neceſſitatem perſonæ, vt dixi, & neceſſitas ad modum referri debet. Proinde conſidera cuius rei relinquatur vſus alicui, & quis qualíſve ſit is, cui relinquitur. Si domus habitatio relinquitur maſculo, poteſt is in ea habitare, & ſolus, & cum familia ſua, cum vxore, cum liberis, cum amicis & hoſpitibus gratis, & cum penſione admiſſis, quamuis ſeorſum inibi eo non reſidente non poſſit locare [h]. Si mulieri competat, & poteſt in ea cum marito habitare, & cum ſocero, etiam ſi tempore, quo vidua eſt, acquirat vſum, & poſteà nubat [i], & cum nuru, cum liberis, cum libertis, & parentibus [k]. Verùm hoſpitem recipere nõ poteſt quæ vſum habet, alium quàm eum qui honeſtè cũ ea habitaturus ſit [l]: poteſt & alia quæ mulier ad vſũ habet communicare marito [m]. Notabile & illud, 9
domo ad vſum legata, etſi amplior ſit, quàm exigat vſuarius: vacuam tamen partem & ei rema- 10
nere, non proprietario [n]. huic vſui domus affinis eſt habitatio domus debita, quæ perinde penè eſt, ac vſus, vt neque vendi poſſit, nec donari ab eo qui ius habitationis habet, eaſdémque perſonas qui habet habitationem, quas vſuarius domus recipere poſſit [o]. Verùm in aliquibus hoc ius ha- 11
bitationis differt ab vſu domus, quia in habitatione latior facultas ineſt: nam qui eam habet & alteri locare poteſt ſeorſum, & ſi ibi ipſe non habitet, non ſecus quàm ſi vſumfructum haberet domus [p]. Si fructuum, vel fundi vſus relictus ſit, 12
vel debitus, vtitur vſuarius ad vſum quotidianum horto, oleribus, pomis, floribus, aqua, lignis, non ad compendium vel abuſum, ſed ad vſum ſtramentis: nec pro ſe tantùm, ſed etiam pro hoſpitibus aliquando largiùs pro dignitate ſua, neque in villa tantùm, ſed & ex his in oppida ferre poteſt [q]. Quibus conceſſus eſt vſus ſyluæ, & fructus 13
conceſſus videtur [r]. Verùm iis non permittitur ex qualibet ſyluæ parte depromere, quamuis tota ſylua ſeruire dicatur: Nam ad certam partem reſtringitur etiam inuitis quibus ius eſt, ne ad nutum vtentium informis ſylua euadat, & ita iudicatum fuiſſe ſæpe refert Papus [s]. Et contra hi in arctam nemoris partem vſum ſuapte natura ſolidum, & totum in toto, & totum in qualibet parte, placuit curiæ ſupremæ Pariſiorum [t]. Atque vſuarios ob nemora, coniuratione víque armata, ab vniuerſitate vaſtata ipſorum nemorum vſu ac litis æſtimatione, eiúſque impendiis multari quoque decretum eſt [v]. Vſus aliquando conſtituitur 14
in ſeruis alienis, in quo id venit, vt ipſe vſuarius tantùm eorum opera ac miniſterio vti poſſit, non etiam alius, néve in alium transferat [x]. Poterit tamen eo cum aliis vti, veluti cum vxore, & vxor coniuge, cum patre, cum domino. Nec tamẽ operas ſerui locabit, nec aliis vtendas concedet. Tamen ſecum in rebus alienis ſeruo vti poterit, vt ſi fundum conduxerit, poterit ſeruum in eo iubere operari, & ſic in aliis negotiis, quæ ipſe ſuſceperit facienda vſuarius, poterit vſuariis ſeruis & vſuariis ancillis vti: quia illi operari videntur, non aliis [y]. Poſſum & ex re mea ſeruo vſuario ſtipulante, acquirere, vel eo per traditionem accipiente: quia in illis eius opera vtor [z]. Notandum 15
autem hic plus eſſe in operis ſerui debitis, quàm in vſu ſerui: quia fructus hominis in operis conſiſtit, & in mercedibus operarum, quæ capi à fructuario poſſunt [a], & vſus quoque ineſt [b]. Eadem 16
quę de vſu miniſterij ſerui dicta ſunt, & in animalium vſu relicto intelligi debent [c], vt poſſit his vti, non locare aliis: niſi & vſuarius talis ſit, qui operas ſuas, & equorum ſuorum ſoleat locare, vt auriga [d]. Porrò pecoris vſu relicto, vſuarius ad ſtercorandum tantùm ágrum ſuum vti poteſt, & modico tantùm lacte, reliquis non vtique, neque lana neque agnis [e], quia ea in fructu ſunt [f]. Si boum armenti vſus relinquatur, ad arãdum, & ad reliqua, ad quæ boues apti ſunt, vſuarius vtitur [g]. Vſus pecuniæ conceſſus æqualis eſt vſufructui [h], 17
ſicut & quãdo fundi vſus legatur, nam & fructus ad vſuarium pertinent, qui in annũ e[i] ſufficiant [i].

Et ſi

a Vlp. in l. 4. eo. ti. Ioan. Fab. in ti. de vſu & habit. in Inſtitut.
b glo. in §. minus, in verbo quotidianum, eo tit.
c Angel. in d. §. 1. de vſu & habitat.
d l. Proculus, de dam. inf.
e l. filiofam. l. 18. de vſu & habitat.
f l. cùm hi, §. ſed & perſonarũ, & §. in perſona, de tranſact. in P.
g Paulus, in l. Labeo, l. 5. Vlp. in l. aſſũptio, l. 6. §. iuriſprudentib. ad municip. & de incol. li. 50. P. ti. 1.
h l. 2. 3. 4. & 8. de vſu & habi. §. item is qui ædium, eo. tit. ap. Iuſtin.
i l. 4. eo. tit.
k l. 5. & 6. eod.
l l. non aliter, l. 7. eod.
m Paul. l. cæterarum, l. 9. eod.
n Notat Azo in Sũma iſtius titul. de vſu & habitat. apud. Iuſtin. verſ. illud videtur notandum.
o l. ſi habitat. l. 10. eod.
p §. ſed ſi cui, de vſu & habi. ap. Iuſti. l. cùm antiquitas, l. 13. de vſu & habitat. C.
q l. plenum, l. 12. §. 1. & 2. de vſu & habit. §. minus, eod. ap. Iuſtin.
r l. D. Adrianus, l. 23. eo. P.
s Pap. libr. 14. rapſod. areſt. tit. 3. areſt. 1. 3. 10. 11.
t Ioan. Lucius li. 7. placitorũ, tit. 7. plac. 2.
v Ioan. Luc. d. tit. 7. lib. 7. plac.
x §. item is ad quem, de vſu & habita.
y l. plenũ, l. 12. §. fin. de vſu & habit. P.
z leg. per ſeruum, l. 14. eod. & l. ſeruus, l. 21. & l. ſi ita legatus, 17. §. fin. eo. tit.
a l. 8. 4. de operib. ſeruor. lib. 7. P. tit. 7.
b l. operis ſerui. l. 5. de oper. ſeruo. in P. l. 2. de vſu & vſuf. lega. lib. 33. P. tit. 2.
c d. §. item is qui, de vſu & habitat.
d l. plenum. §. equitij eo. tit. de vſu & habi.
e d. l. plenum, §. ſed ſi pecorum, eod. tit. §. ſed ſi pecorũ, eo. ap. Iuſtin.
f l. in pecudũ, de vſur. in P. §. in pecudũ, de rer. diuiſ.
g d. l. plenũ, §. ſed ſi boum.
h Vlpi. in l. hoc ſenatuſconſultum, l. 5. §. fi. & in l. quoniam, l. 10. de vſufr. ear. rerum quę vſu conſum. li. 7. P. tit. 5.
i l. fundi, l. 16. de vſu & habi. in P.



Et ſi ita conceſſus vſus fundi, vt inſtructus eſſet,
18 etiam & inſtrumẽtorum vſus competit [a]. Modus vtẽdi eſt, vt vſuarius ſicut vſufructuarius caueat, de vtendo arbitrio boni viri, & de reſtituẽdo cũ opus erit [b]. Quare dictum eſt in finitione, vſum eſſe rei alterius ſalua rerum ſubſtantia. In cautione, omnia damna, quæ ab vſuario contingent, ſe
19 reſarciturum, vſuarius promiſiſſe cenſetur [c]. Diſfértque in hoc à commodato & precario, in quibus alicuius rei datur vſus, ſed non ſalua rerum ſubſtantia, nec cum cautione damni præſtandi, quod non reſarcit qui accipit, dummodo culpa non adſit commodatarij [d]. Quamuis & maxima ſit affinitas inter commodatum & vtendum da-
20 tum [e]: omitto alias differentias. Debet per hanc adiectionem, ſalua rerum ſubſtantia, & vſuarius domus, reficere domum vſuariam, ſi alius quàm ipſe nõ percipit commodum: ſi enim fructuarius vel proprietarius cum vſuario participaret in fructu, vterque ad refectionem contribuit [f]. Nec poteſt prohibere vſuarius, quin dominus, vel fructuarius fundi eum colat [g]: quominus cautionem omiſſam, per condictionem incerti repetat, & finito vſu rem ipſam per ad exhibendum & condictione [h], quínve iudex imploretur, vt eius arbitratu vſuarius vtatur [i]. Sed nec is qui pati debet alium vti, quicquam facere poteſt, quominus is cui vſus legatus eſt, vel conceſſus, vtatur, vt bonus paterfam. vti debet [k]: nec deteriorem cauſam vſuarij facere, nec vſuariæ rei ſpeciem etiam in me-
21 liorem cõmutare [l]. Quibus autem modis acquiratur & amittatur vſus, intelligetur in vſufructu: nam totidẽ acquiritur & amittitur, quibus vſus-
22 fructus [m]. Superioribus ſeruitutibus perſonalibus poteſt accedere commoditas quædam conceſſa prædij certis perſonis: vt ſi teſtator legauerit certæ perſonæ tantùm, ius ad aquã appellendi pecoris, vel paſcendi, vt ait Papinianus, quæ alioquin eſſet realis ruſticorum [n]. Sic apud Vlpianũ [o], Lucius Titius tradens & donans teſtamẽto aquę profluentis in fontem, Caio Seio digitum in domum ſuam, vſum aquæ perſonalem conceſſiſſe videtur, vt illa ſeruitus ad hæredes non tranſeat Caij. Aliud exemplũ in eo qui promittit coquere panem alicuius in furno ſuo, quod poteſt dici ſeruitus vſus, ex quo ad neceſſitatem familiæ eſt introducta, ex ſententia Cæpolæ [p]. Sunt & alia his ſimilia, quæ plerique ad ſeruitutes innominatas, vel iura perſonalia referunt [q]. Alij negant eſſe ſeruitutes, ſicuti in ſpecie leg. fin. de ſeruitut. vrban. præd. in P. Quamobrem & nos commoditatem rei diximus.

a Pompo. l. ſi ita legatus, l. 17. eo. tit.
b Vlpian. in l. huic ſtipulationi, l. 5. §. 1. vſuf. quemad. P. tit. 9. Papin. in l. pen. eo. tit.
c l. ſi vſusfructus, l. 16. denique, de vſufru. & quemadmo. quis vta. l. 1. vſuf. & quẽad. caueat l. hoc ſenatuſconſultum, l. 5. §. 1. de vſufru. ear. rer. quæ vſu conſum.
d l. ſi. commo. in P. lib. 13. ti. 6.
e l. 1. §. 1. commo. in P.
f l. ſi domus vſus, l. 19. de vſu & habita.
g l. fundi §. 1. eod. tit. P. l. ſi habitatio. §. fi. eod.
h l. 5. §. 1. de vſufru. ear. rer. quæ vſu conſum.
i l. ſi cuius, l. 15. §. denique conſultus, de vſufru. in P.
k l. fundi, l. 16. §. fin. de vſu & habitat.
l l. fi. eo. in P.
m §. 1. de vſu & habit. l. 3. §. fin. de vſufr. in P.
n Papin. in l. pecoris, l. 4. de ſeruit. ruſtico. prædior. in P. lib. 8. P. tit. 3. facit l. Mela, l. 14. §. fi. de alimen. & ciba. leg. lib. 34. P. tit. 1.
o Λούκιος Τίτιος. l. Lucius Titius, l. 37. de ſeruitu. ruſtic. prædio. Pomponi. in l. non ſolũ, l. 9. §. tale, de libera. lega. li. 34. P. tit. 3.
p Cæpol. in 1. li. de ſeru. vrb. prædi. c. 8. nume. 3.
q vide Cæpolam, in proxi. citato loco, & c. 9. num. 2.

## De vſufructu. Cap. 3.

Apud Iuſtin. lib. 2. tit. 4.
Lib. 7. P. tit. 1.
Lib. 3. C. tit. 33.

1 *Vſusfructus, ſeruitus prædialis perſonis debita.*
2 *Vſusfructus quid, & de fructu formali & caſuali. Frui & vti quid, & quomodo differant, &c.*
3 *Fructus & vſusfructus differentia.*
4 *Vſusfructus pars dominij, & quomodo, vide numero 16.*
5 *Vſufructuario inuito in eius præiudicium nihil facit proprietarius.*
*Vſufructuarius non cogitur per manus proprietarij accipere vſumfructum.*
*Vſusfructus differt à reditu, &c.*
6 *Res quomodo in vſufructu conſideranda.*
7 *Differentia vſufructuarij & bonæfidei poſſeſſoris in fructibus colligendis & pendentib.*
8 *Beneficiarij, ſintne ſacerdotiorum vſuarij: Item de mala fructuum ſacerdotiorum diſpẽſatione.*
9 *Vſufructuaria vxor relicta à marito inſtitutis liberis, nihil præter alimenta ex bonis percipit, niſi illi prædecedant, vel extranei ſint inſtituti.*
10 *Vſufructuarius non præſcribit contra proprietarium, nec deteriorem ſubſtantiam vel cauſam vſusfructus facit, & de cautione reſtituenis.*
11 *Teſtator relinquens vxori vſumfructum, non poteſt remittere ei cautionem.*
12 *Vſufructuarius pecuniæ & mobilium quemadmodum caueat.*
13 *Cautio hæc exigi poteſt & ante traditionem rei, & tempore vſusfructus.*
14 *De cautione præſtanda ab vſufructuario, ſi moueatur ei controuerſia, quod vti frui non poſſit aut debeat.*
15 *Vſufructuarius poteſt propria authoritate fructus colligere, non qui habet tantùm emptionem fructuum pendentium.*
16 *Vſufructuarius vtitur actione negatoria & confeſſoria.*
17 *Vſufructuarius non debet abuti re, & quæ hic nomine vſusfructus poſſit percipere ex re quæ debetur.*
19 *Vſufructuarius gregis, ex natis vel aliis, debet ſupplere demortua, & quando.*
19 *Vſufructuarius quãdo teneatur ſubrogare arbores.*
20 *Refectio eius rei quæ debet ſeruitutem & vſumfructum, quando pertineat ad eum cui ſeruit, vel eum qui debet.*
21 *Seruis vti debemus & famulis ſecundùm qualitatem & actionem rei, aliter abutimur.*
22 *Vſufructuarius debet cuſtodiam rei, vnde percipit vſumfructum, præſtare: vendere vel aliẽnare non poteſt proprietatem, nec pignerare.*
23 *Proprietarius inuito vſufructuario vendit vel oppignerat proprietatem, dummodo fiat ſine præiudicio perceptionis vſusfructus.*
24 *Vſufructuarius poteſt vendere, locare, & alienare vſumfructum.*
*Qui vſumfructum acquirit, poteſt conductorem ex re vſufructuaria expellere.*
25 *Vſufructuarius ædium quid poſſit in his facere, & quid non: proprietarius quoque quid poſſit in re debente vſumfructum, & quid non.*

INter debitas perſonis à rebus ſerui- 1
tutes, & vſusfructus numeratur [r]: quia ſine perſona, cui acquiratur, eſſe non poteſt [s]. Vſusfructus eſt ius alienis re- 2
bus vtendi fruendi, ſalua rerum ſubſtantia [t]. Ius, ſeruitutem ſignat in alieno [v], & verba, alienis rebus, indicant nos loqui de vſu fructuum, non de fructu: Nam fructus iure communi dicuntur domini rerum. Vocant hunc fructum interpretes vſumfructum cauſalem, quia coniũctus cum ſua cauſa, id eſt, cum proprietate [x]. Ego malo ſimpliciter, propriéque fructum hoc dicere. Frui enim eſt re omnino gaudere, eáque potiri, at dum addis vſumfructum, demonſtras te non planè re potiri, ſed vti vt fruaris tantùm, & vt fructus ſit in vſu, quemadmodum plus eſt frui, quàm vti [y]. Et vſus pro vtilitate fructuum adiicitur, vocant hunc vſumfructum formalem, quia habeat diſtinctam formam à proprietate ſeparatim à re, à proprietate ſcilicet, alij competẽtem quàm domino proprietatis. Sic Iulianus iuriſconſul- 3
tus,

r l. 1. de ſeruit. in P.
s Paul. in l. vſusfru. l. 26. de ſtipula. ſeruo, li. 45. P. tit. 3.
t l. 1. de vſufr. in P. §. 1. eo. tit. ap. Iuſtini.
v l. 1. §. final. de rer. diuiſ.
x Florianus, in rub. de vſufru. Cæpola, lib. 1. de ſerui. c. 4. & paſſim in gloſſis hæc diſtinctio formalis & cauſalis vſusfruct[us].
y vt docet Valla, lib. [illegible] Elegantia. cap. [illegible]

tus, inter fructum vel vſumfructum [a], intereſſe dixit:quòd cùm dicimus fructum rei,non ius,ſed corpus demonſtramus,ſicuti prædiorum frumẽta,& vinum,fructũ rectè dicimus,quæ non rectè nomine vſusfructus appellantur, qui conſiſtit in iure:Item vſusfructus non corpus, ſed ius in corpore,quo ſublato, & ipſum tolli neceſſe eſt [b]. Et cõponitur vſusfructus ex fruitione & vſu, atque in facto aliquo eius, qui fruitur & vtitur, conſi-
4 ſtit [c]. Sic in multis caſibus vſusfructus pars dominij eſt,vt ait Paulus [d]. Vſufructuarius dominus pro parte ſcilicet indiuidua, quæ & totum dicitur [e],cenſetur dominus. Sic enim nouè Paulum
5 explico omiſſis aliorum pugnis.Quò fit vt quemadmodum in re communi pro indiuiduo ſocius ſocio inuito quicquam agere non poteſt [f]:ſic nec proprietarius poteſt inuito vſufructuario, proprietatem vendere in eius præiudicium, nec poteſt vſufructuarius cogi accipere per manus proprietarij fructus, ſed ſibimet ipſe colligit, in quo differt ius vſusfructus à reditu debito ex agro alicuius,vt eruditè tractat Sceuola [g].Qui enim vſũfructum habet, liberè per ſe omnes fructus acci-
6 pit rei vſufructuariæ [h].Conſidero hîc totam rem cum pleno dominio, quod habet proprietatem & vſumfructum,ſeu fructum [i],ita pars eſt [k]:ſi cõſideres autem ſeorſum vſumfructum, vt ius ſeruitutis,non pars dominij eſt, ſed dominium per ſe: quia in illis fructibus, qui proprietatem habent, ius non habet,& ita ſe explicat idem Paulus,dum dicit, vſumfructum non eſſe dominij partem [l],& addit [m], vnam & eandem rem poſſe dici noſtram pro parte,& totam noſtram pro indiuiſo: imò & quandiu fructus pendent in fundo,ſunt proprietarij,& ita pars dominij, in eius domino, non autem ſunt vſufructuarij,donec ab eo percipiantur,
7 & à ſolo ſeparentur [n], ſi modò eius nomine ſint percepti,non aliàs:in quo differt à bonæfidei poſſeſſore vſufructuarius: hic enim vſufructuarius exſciſſos & demeſſos vel collectos fructus, ſiue maturos ſiue immaturos ſuos facit, ſi modò ipſe vel alius ſuo nomine id fecerit, nec intereſt num vuæ collectæ expreſſæ ſint, vel grana ab ſpica excuſſa [o]. At bonæfidei poſſeſſor quomodocunque & à quocunque & cuiuſcunque nomine fuerint à
8 ſolo ſeparati fructus,ſuos facit [p].Quod pro beneficiatis obſeruãdum eſt,qui ſe dicunt vſufructuarios ſacerdotiorum,eóque nomine ſibi fructus & hæredibus vſurpant, propter authoritatem Ioannis Andreæ [q],ſeu cuiuſdam gloſſellæ. Quam tamen plerique meritò reiicere vidẽtur,cùm vſuarios tantùm putem, & procuratores & diſpenſatores rerum eccleſiaſticarum & pauperum [r], vt arbitrer committere ſacrilegium eos, qui in alios vſus bona eccleſiaſtica obliguriunt, quàm in pios vſus expendant [s]. Sic enim D.Paulus vnus ex iis ad quorum pedes ferebantur Chriſtianorum pecuniæ diſtribuendę,prout cuíque neceſſariũ erat, dixit de ſe & ſociis ad Timotheum ſcribens [t], *habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus.* Vereórque ne de illis dicatur,quod de Iuda, qui loculos ferebat communes, & qui fur erat & latro, & laqueo ſe ſuſpendit [v]. Et certè ſi verum fateamur, nunquam fuit is animus eorum qui largiti ſunt,eleemoſynarum nominę bona eccleſiæ ea impendi in magnifica illa prælatorum palatia,& caſtella,in tam præclaras vnguentarias, pro ditandis beneficiatorum proximis: quia ſi id curæ illis fuiſſet, potius ſibi reſeruaſſent, & ſuos maluiſſent his gaudere,quàm alienigenas ab omni munere eccleſiaſtico & oratione memoriáque eorum alienos,ſuis pennis ſuperbè intueri adornatos. Verùm ipſi viderint, & forſan reſipiſcent aliquando,dum experiuntur tot tragœdias ex voluptatibus forſan nimium crebris eorum qui paupertatem ſequi debent in eccleſiam matrem lugubrem excitatas. Peperit certè religio diuitias, ſed ipſæ penè ſuffocauerunt matrem. Curãt plerique nunc de ſibi conſeruandis & rapiendis eccleſiæ diuitiis,olim autem ſolicitudo maior in diſtribuandis. Olim omnis ſolicitudo in inquirendo prælato, qui rectè diſpenſaret oblata: hodie impudens auaritia in vſurpandis oblatis: & cùm olim vix ſibi victum ex illis auderent porrigere, nunc ſe dominos audent poſſeſſores intrepidè aſſerere.Sed Deus velit & hũc errorem cum reliquis emendare. Quòd ſe vſufructuarios dicant non inuideo,ſed quòd fures aliqui ſint, nec rectè diſpenſent fructus, valde dolendum. Nec miror, ſi quod non accipit Chriſtus, tollat fiſcus [x].Sed 9
pergamus, & oſtendamus non conſequi perpetuò ex concluſione quod quis ſit vſufructuarius, omnes fructus ſuos eum facere, imò reſtringi ad alimenta aliquando, vt non debeant eccleſiaſticæ perſonæ ægrè ferre, ſi dixerimus eos tantùm ex beneficiorum fructibus alimenta delibare debere. Si vxor itaque relinquat vſumfructum marito & faciat vſufructuarium, non conſequetur inde iure aliud, quàm alimenta extantibus liberis, vt defendũt omnes ferè interpretes [y].Idipſum quãdo maritus extantibus liberis illíſque inſtitutis facit dominam & vſufructuariã bonorum ſuorum vxorem,vt ea nihil præter alimẽta inde habeat [z], ſi prædecedat relictis liberis ſuperſtitibus: aliter enim ſi inſtitutis extraneis relinqueretur domina & vſufructuaria, omnem vſumfructum perciperet:vel ſi inſtitutis etiam liberis, illi prædecederent,vt notat Cæpola [a],poſt Barto. [b] & Alexan. [c] Cæterùm à matrimonio hoc ad coniunctionem prælati vel præpoſiti vel beneficiarij cum eccleſia,receptam ratiocinationẽ [d],nemo ambigit, eo excepto, quòd ſicut maritus accipit dotis fructus pro oneribus matrimonij [e]: non ita prælatus accipit omnino, ſed propter officium ſuum exercẽdum,quod & in cura pauperum,& in diſtributione redituum verſatur etiã, cum officio in res diuinas impendendo. Fructuarius cauſam proprie- 10
tatis deteriorem facere non poteſt,meliorem poteſt [f], neque vlla præſcriptione ad retinendam proprietatẽ ſibi ſuíſque hæredibus muniri [g]. Dicitur poſtremis verbis finitionis,ſalua rerum ſubſtantia vſumfructũ eſſe, vt intelligamus proprietatem ſaluam eſſe debere domino:& proinde cauendum ab vſufructuario ſe boni viri arbitratu vſurum & fruiturum, & cùm vſusfructus ad ſe pertinere deſierit,ſiue mobilis rei ſit,ſiue ſoli [h],ſe reſtituturum,id eſt,non deteriorẽ cauſam ſe vſusfructus facturum, cæteráque acturum quæ in re ſua faceret [i]. Et ſicut debet fructuarius vti frui, 11
ſic debet & proprietarius ſecurus eſſe de proprietate [k]: vt etiam teſtator qui donat vſumfructum vxori ſuæ omnium bonorum, non poſſit cautionem remittere [l]. Eſt & in cautione vſusfructus rerum quæ vſu conſumuntur, vt vini, olei, frumenti, vt quandocunque reſtitutio facien- 12
da ſit, eiuſdem qualitatis reſtituantur cuius ſunt, cùm dantur, aut æſtimatis rebus, pecuniæ nomine caueatur, quod & facilius eſt [m]. Propter hanccautionem,vtendi fruendi arbitrio boni viri toties experitur, proprietarius, vel is [illegible] cautum

eſt,quo

a l.vaccæ,emptor. l. 43. de euictio. lib.21. tit.2.
b l.2.de vſufr. in P. §. 1. eod. ap.Iuſtinia.
c l. 1. quando dies vſusfruct. lega.eod.lib.7. P.tit.3.
d Paul. in l. 4. de vſufr.
e l. vnũ ex ſociis.de ſerui. l. Sabinus, com. diuid.in P.
f Paul. in leg. rectè dicimus, l.25.§.1.de ver. ſign.
g Scæuola, in l.fundi Trebelliani, l. 38. de vſu & vſuf legat.lib.33.tit.2.
h l. de vſufru. legato,l.7.l.itẽ ſi fũdi,de vſuf. cum ſimil.
i l. per procuratorem, de acq.poſſeſſ.
k l. ſi vnus, l. 28.§.item ſi pactus, de pact. in P.
l Paul. in leg. rectè dicimus, 25.de verb.ſig.
m d.l.rectè, §. 1.ita & intelligendus Iuſtin. in §. ſi cui, de legato.
n l. ſi fur, l.14. de vſufru. l. ſi vſufructuari[9], l.13.quib.mod. vſusfr. amit.§. is verò,de rer. diu.Caius,l.in ſingulos,l.8.in fine.de annuis legat.lib.33. P. tit.1.
o d.ll.proximè citatis, & l. ſi abſente, §. fin. de vſufr.
p glo. ſingularis in hac diſtinctione, in d.l. ſi fur, l.14. in verbo percipiatur, per l. qui ſcit, 25. §. in alieno,& §. preterea,de vſufr. in P. & l. antepenult.de rei vend.in P.
q Ioan. Andr. in addition.ad c. præſenti, in verbo reſeruari,de offi. ord. in 6.
r c. aurum, 12. q.2.
s Actuum, 4. & 5.
t 1.ad Timo.6.
v D.Ioan. Euan.c.13.

x ca. maiores, 16.q.7.
y Bal. in auth. hoc locum, in vlt.q. ſi ſecun. nupſ.mulie.C. Iaſon. in l. vlt. verſ. in ſex. ſimili de indict. vid.toll.C. Baldus, & D D.in l.Titia cum teſtamẽto, §.Titia,de lega.2.
z glo. Barto.& omnes interp. in d.auth. hoc locum, & d. §. Titia. Boer. q. 61. & q. 194. Ludou.Roma. conſ.118.
a Cæpo. lib.1. de ſerui. vrba. c.4.num.6.
b in l. ſicut in annos, per illũ tex.quib.mod. vſusf.amitt.
c Alex.cõſi.6. in 3.volum.
d c. ſicut alterius, 7.q.1.
e l. pro oneribus, ſolut.matrim.C.l.dotis fructus, de iure dot.in P.
f l. æquiſſimũ, l.17.§.fructuarius, & l. vſufructuarius, l. 51.de vſufr.
g l. neque fructuarium, li.8. de vſufr.C.
h §. itaq; ſi pecuniæ,& §.cæteræ,de vſuf.l. 1.vſuf. quẽadcaue.li.7.P.tit. 9.& l.4.C.eod. Iul.Paul.lib.3, ſent.tit.6.& li. 1.ti.11.de vſuf. earum rer.quę vſu conſum.
i l.1.§. cauere, vſuf. quemad. cauea.
k l. ſi cuius, l. 15. de vſufr. & quemad. quis vta.
l leg.1.C. de vſufr.
m l.ſi tibi vini, l.7.de vſuf.earum rer. quæ vſu conſum.d. §.cæteræ.



eſt [a],quoties fructuarius re abutitur [b], & propter cautionem reſtitutionis faciendæ, rerum quæ vſu conſumuntur fit ſalua ſubſtantia per ſubroga-
13 tionem. Vlpianus & ante traditionem rei vſufructuariæ, & poſt,cautionem exigi poſſe reſpon-
14 dit [c]. Huic affinis alia eſt cautio, qua proſpicitur vſufructuario, ſi quæſtio, quòd vſufructuarius non ſit,illi moueatur,ob quam vſusfructus ei dari differtur, niſi caueat de reſtituendo eo quod ex fructibus percepturus eſt ſi oportuerit [d]:ſi tamen ipſe eſſet in poſſeſſione, cum ei mouetur controuerſia, non differretur perceptio [e], eò quòd pro
15 illo præſumatur [f]. Quia & vſufructuarius poteſt fructus percipere propria authoritate [g], quod non licet emptori fructuum fructibus pendentibus [h]: quia vendens fructus, videtur vendere corpora [i], qui autem vſumfructum vendit ius
16 vendere videtur, quia pars dominij [k]. Et propterea vſufructuario datur realis actio & confeſ-
17 ſoria & negatoria quæ domino dantur [l]. Cautiones iſtæ itaque & natura vſusfructus hoc habent,vt vſufructuarius re nõ abutatur,quæ vſum fructum debet, ſed tanquam bonus paterfa.fruatur & percipiat quicquid ex fundo percipi poteſt ex fructibus, & lapicidinis, alluuionibus, venationibus,piſcationibus & ſimilibus [m]. Proinde fundos rectè colere debet, & ſeminarium agri conſerendi cauſa paratum ſemper renouare,quaſi inſtrumentum agri [n], vt finito vſufr. domino
18 reſtituatur [o]. Sicuti ſi gregis vel armenti vſumfructum habet, debet ex natis gregem ſupplere: & ſi quid natum non eſt, ex aliis aliunde perficere ſi gregis ſit aliter vſusfructus, non autem ſi ſe-
19 paratim ſingulorum capitum [p]. Cogitur & per arbitrum ſubſerere arbores in locum demortuarum [q], vel exciſſarum, niſi ſine culpa ſua aut vi
20 tempeſtatis fuerint euerſæ [r]. Et quia omnes fructus rei ad vſufructuariũ pertinent,reficere quoque ædes per arbitrium cogitur, hactenus tamen vt ſarta tecta habeat,verùm ſi qua parte vetuſtate corruiſſent,nec proprietarius nec vſufructuarius coguntur reficere. At ſi hæres eius qui reliquit vſumfructum, refecerit, debet pati fructuarium vti, qui tantùm ad modicam refectionem tenetur [s]: quia in omnibus ſeruitutibus refectio ad eum pertinet, qui ſibi ſeruitutem aſſerit, non ad eum, cuius res ſeruit [t]. Quam ſi non exequatur, vel ſi abſens ſit, hæres & proprietarius, ſi faciat, ab eo repetit [v]: niſi vel ipſe hæres vel proprietarius ex pacto vel teſtamento & iuſſu teſtatoris teneantur reficere [x], vel vſufructuarius paratus ſit recedere ab vſufructu [y],dummodo ipſe damnum non dederit aut ſui,quod refectionem exigat: tenetur enim tunc quamuis velit cedere [z]:nam debet ſalua ſubſtantia rem reſtituere,vt diximus. Sicuti etſi quid pręter ſarta tecta & vltrà quàm impendi debebat ab eo erogatum ſit, poteſt à proprietario repetere [a]. Cæterùm in expenſis iſtis faciendis diſtinguendum eſt, an reſpiciant rem ipſam, & ad conſeruationem proprietatis pertineant:an verò vſusfructus gratia fiant,vt has vſufructuarius ſibi imputet, alias priores proprietatis dominus:quemadmodum minuunt dotem & imputantur vxori,non marito vſufructuario,impenſæ neceſſariæ in valetudinem ſeruorum factę, & pro vtilitate agri,vt ſi inſulam ruentem fulſerit,& ſimiles [b],quæ ad perpetuam vtilitatem proprietatis pertinent, non quæ ad temporalem rei cuſtodiam,quia illę ſumptibus fieri debent mariti vt vſufructuarij [c]. Quod & in aliis quibuſlibet poſſeſſoribus ferè locum habet [d].Et hæc vera,tamen ſi rerum in dotem datarum vſusfructus tantùm ad maritum pertineat,& res reſtituendę ſint: aliter namque quãdo res æſtimatæ datæ ſunt nec reddendæ,ſibi impenſas imputat maritus,vt in rebus propriis [e].Imputat etiam vſufructuarius impenſas omnes,quæ vſumfructum reſpiciũt,etiam magnas. Nam licèt prædia quædam talia ſint, vt magis in ea impendamus, quàm de illis acquiramus,tamen vſusfructus eorum relinqui poteſt [f], vt ſi vſufructuarius velit aſſequi cũ onere,habeat, vel cedat,vel expectet fructum rei,ſi res habitura eum ſit,quæ nunc non habet [g].Quare & impendia in ſeruos qui vſumfructum debent, facienda ſunt ab vſufructuario,ſiue ſani ſint, ſiue ægroti [h], eóſque & ſufficienter tenetur alere & veſtire, ſecundùm ordinem & dignitatẽ mãcipiorum.Nec 21
debent iis abuti, ſed ſecũdùm conditionẽ eorum vti:Nam ſi librarium rus mittat,& qualum,& calcem portare cogat, vel hiſtrionem, balneatorem faciat,vel de ſymphoniaco atrienſem,vel de palęſtra ſtercorandis latrinis præponat, abuti videtur proprietate [i].In ſumma,cùm vſufructuarius om- 22
nem curam rei, qua frui debet, ſuſceperit,cuſtodiam præſtare ei debet, & agere quæ in ſuis ageret,vt vſucapionem interpellare [k],& ne alienentur res,proſpicere: neque habet in poteſtate proprietatem rerum oppignerandi [l],vel vendendi [m].
Proprietarius autem poteſt pignori dare [n],& ſer- 23
uum vſumfructum debentem noxæ dedere,cùm inde vſusfructus non impediatur, item caſtigare, dummodo miniſterio vſusfructus nõ reddat deformem,néve occidat [o].Poteſt tamẽ vſufructuarius vſumfructum locare,vendere,vel rem fruẽdã alij aut precario concedere,donaréve fructus, quia & tũc is vti videtur,& ſibi retinere nomine alterius [p],vt tandiu ſcilicet fruatur is in quem ſit tranſlatio,quandiu poteſt frui qui transfert:exceptis veſtibus,quarum vſufructuarius eſt, quas nõ poteſt locare, quia ſic nõ vteretur illis bonus paterfam. [q] Poteſt & inuentum conductorem in re 24
cuius vſumfructum acquirit, expellere [r], vti emptori quoque idipſum licet [s]. Qui ædium vſum- 25
fructum habet,poteſt lumina aperire quidem,ſed non claudere,poterit & ornare picturis, marmore,ſigillis:non dietas transformare, vel coniungere, vel ſeparare, vel aditus poſticáſque euertere, vel refugia aperire, vel atrium mutare, vel viridaria ad alium modum conuertere, nec qualitatem ædium immutare,non altius tollere, non meritoriam ibi facere ſeu diuerſorium,vel fullonicam [t]. Sed etſi quid inædificauerit,poſteà neq; eum tollere hoc,neque refringere poſſe, refixa planè vẽdicare poſſe placuit [v]. Nec ei ædificium inchoatum conſummare licet, etiam ſi aliter habitare non poſſit [x], nec nouum tectorium parietibus, qui rudes eſſent, imponere, etiam ſi melior fiat cauſa [y], nec nouũ riuum parietibus imponere [z]. Neque proprietarius ipſe hæc eadem facere poteſt ſine voluntate vſufructuarij [a]: quia ſocij videntur in dominio,& ita inuito altero,alteri in re communi nihil licet [b], vt neque proprietarius in area, cuius vſusfructus debetur, ædificium ponere poſſit [c], ne impediat vſumfructum. Sed nec ſeruitutem imponere poteſt proprietarius etiam conſentiente fructuario, nec amittere: acquirere autem planè poteſt inuito fructuario. Fructuarius tamen nec acquirere ſeruitutem poteſt,

a diuerſis enim ſit cautio, l. ſi tibi,8.vſusfru. quemad.caue. l.ſi tibi decem, l. 6. de vſufru. earum rer.quę vſu,&c.
b l.1.§. habet, vſuf. quemadcaue. l. damni infecti ſtipulatio, l. 18. §. ſi cuius,2.de dãno infect.l.inter fructuariũ, 20.eod.tit.
c l. quoniam pecuniæ, l.10. §.1. de vſufru. earum rer.quę vſu conſum.
d Paulus, in l. cuiuſcũq; l.67. §.ſi fundus, de vſuf. & quẽad. quis vta.
e l.pen. de aqua quotid. & æſtiu.
f §.cõmodum, de interd.
g l. fundi Trebatiani, & ibi. nota.de vſufr. lega.
h l.qui pẽdentẽ, vindemiã, de contra.emptio.in P.
i l. vaccæ, de euict.P.
k l.2.de vſufr. l.rectè dicim[9], de verb.ſig.
l l.vti frui,ſi vſusfr. pet.in P.
m l.itẽ ſi fundi, l.10.l.ſed & ſi quid, l.19. in principi. & §. generaliter, l. 1.§. pen. & fin. vſufr.quemad. caue.
n d.l.cùm de lanionis, §.paſtores, de fundo inſtr.
o d.l.quoniam pecuniæ, l. 10. de vſufru. ear. rer.quæ,&c.
p l.item,ſi fundi,l.10.§. ſeminarios, de vſu.
q Vlp.in l. vetus, l.75.§. fi. l. vel inutiliũ, l. 76.cum ſeq.de vſufr.in P. & l. hactenus,l.8.§. 1.l.agri. 22. eo.
r Paul.l. arbores,l.66.eo.
s l. vſufructu legato,l.7.& l. hactenus, 8.de vſufr.P.l. inter fructuarium l. 20.de dam. infect.li.9.tit.2.
t l.etſi fortè l. 6. §. Gallus, ſi ſeru. vendi. li. 8.P.tit.5.l. ſicut refectio, l. 8. eod.
v l. ſi abſente fructuario, l. 55.de vſufr.
x l.ſi extraneo. l.53.§.final.& l. quod ſi hæres, l.54. de fundo dot.
y l. ſi abſente, l.55. de vſufr.l. cùm fructuarius,l.71. de vſufr.in P.
z leg. ſed cum fructuarius, l. 72.de vſuf.in P.
a leg.cum ad quem,l.7.de vſufr.C. b l.2.3.4.5.de impenſ.in reb. dot.fact li.25 tit.1.l vlt.§.ſed nec ob impenſas,de rei vxor.actio.li.5.tit.13.

c l.3.l.pen. & fin. de impenſ. in reb. dotal. fact.in P.
d l.ſed etſi hereditas, §.1.ad exhib.in P.l.in reb.§. poſſunt, commod. P. lege ſi res, de rei vend.in P.
e l.intereſt, l. 7.de vſuf.C.
f l. ſtatuæ, l. 48.§.ſi de vſufru. in P. l. arborib. 13. §. de illo,eod.
g l. ſi infantis, l.62.de vſuf. P.
h l.ſicut impẽdia,l.52.eo.tit.
i l.ſed etſi qd, 19. §. mãcipiorum,& §.ſufficienter, de vſufr.P.
k l.1.§.fin. & l. 2.vſufr. quẽad. cau.li.1.P.tit.9. l. ſi fundo, de fun.dot.d.l.ſed etſi quid,§.fin.
l l.intereſt, l. 6.C.de vſuf.
m l. vſufructu matri, l.9.C. eo.l. itẽ ſi fundi,l.10.§.inſtrumenti,eo.P.
n l.2.& 6.C.de vſufr.
o l. locũ 21. §. pen.& fi.de vſufr. & quẽad. quis vta.
p l.arboribus, l.13. §. vſufructuarius, de vſufru. P.§.1.de vſu & habit. l. nam vtitur, l. 45. & 2. ſeq. & l. quod noſtrũ, l. 70. de vſufr. in P.
q l.ſed etſi qd, §. etſi veſtimẽtorum,de vſufruct.in P.
r l. arbores, l. 66. §. de vſufruct.P.
s l.Iulianus, §. ſi fructib. de action.emp. in P. l. emptorẽ, C. loca. l. ſi cũ venderes, de contrah. emp. in P.
t de his Iulia.l. æquiſſimum,l. 17. §. ſed ſi ædium, cũ ſeq. §§.
v l. ſed etſi quid,l.19. eod.
x d. l. æquiſſimum, §. item Nerua, l. vſufructu l. 7. §. hac ratione, eod.
y l. vſufructuarius, l. 68. §. 1. eod.
z leg. vſufructuarius, l. 51. eod.
a d.l.68.
b l. parietem, 7. de ſeru. vrb. præd.in P.l.Sabinus,com.diuid.P.
c l. vſufructu, l.7.§.fi.de vſufru.l. repeti, l. 5.§.fi.& l. 6. & 7. quib. mod. vſusf.amitt.

teſt,retinere autem poteſt:& ſi fortè quæſita fue-
rit,non vtente fructuario,amiſſa,hoc quoque no-
mine tenebitur a.Verùm poteſt proprietarius lo-
cum facere religioſum conſentiente vſufr uctua-
rio,idque fauore religionis receptum b.

a l.ſed etſi q d, 19.§.fi.de vſuf. b Vlp. in l. locũ,l.21.de vſufruct. & quan. quis vt.

## De rebus, in quibus vſusfructus conſtituitur. Cap. 4.

1 *Omnium rerum poteſt eſſe conceſſus vſusfructus.*
2 *Etiam ſeruitutum, & quomodo ſeruitus ſeruitutis eſſe poteſt.*
3 *Vſusfructus mobilium & immobilium conſtitui poteſt.*

1 QVanquã ex ſuperioribus apparere poſ-
ſit,in quibus rebus conſtituitur vſusfru-
ctus, tamen per anacephaleoſim breui-
ter explico:generaliter omnium rerum,
quæ in patrimonio eſſe noſtro poſſunt,conſtitui
2 poſſe vſumfructum,niſi in legatis excedat is, do-
drantis æſtimationem c.Et quamuis ſeruitus ſer-
uitutis propriè legari non poſſit,& ideo ſeruitutis
prædialis vſusfructus legari non poſſit, quia etiã
nec in bonis, nec extra bona noſtra eſſe videtur:
tamen incerti actione ab hærede eius qui legauit
peti poteſt, vt legatario quandiu vixerit, eundi,
3 agendi ducendíve facultatem præſtet d.Poteſt &
conſtitui pro parte bonorum, & pro parte diuiſa
& indiuiſa e.Ergo conſtitui poterit in fundis, æ-
dibus,ſeruis,iumentis,& in cæteris rebus f ſoli, &
mobilibus g, ex lana h, odoribus, aromatibus,
ſtatua i, numiſmatibus vel argenteis veteribus,
quibus pro gemmis vti ſolemus k, in partu l, in
his quæ vſu conſumuntur, ea cautione & lege m,
quam ſuperiori capite explicauimus.

c l.omnium,l. 3.de vſufr. P.l. 3.de vſufr.ear. rer. quæ vſu conſum.
d l.1. de vſu & vſufru.legato, li.32.P.tit.2.
e l.ſi alij vſus, 49. de vſufructu,l.5.eo.
f §. conſtituitur,eod.P.
g l. vſufructu legato,l.7.eo,
h l.ſi lanæ,l.11. de vſuf.earum rer. quæ vſu conſum.
i l. ſtatuæ, 48. de vſufr.P.
k l. numiſmatum,l.35.eo.P.
l. Procul°. eo. l l.vetus fuit,l. 75. §. quid tamen,de vſufr.
m §. conſtitutus, & ſeq. de vſufr. l. 1.& 2. de vſuſuf. ear. rerum quæ vſu conſum.

## De acquiſitione & extinctione vſusfructus. Cap. 5.

1 *Vſus, habitatio, vſusfructus, acquiruntur vltimis voluntatibus & pactionibus, quomodo per ſingula.*
2 *Seruitutes aliquando fuerũt inpræſcribiles,nunc contrà.*
3 *Vſusfructus extinguitur multis modis, ex parte rerum, perſonarum, deficiente conditione & tempore. Primùm ex parte rerum.*
4 *Vſusfructus ædium, quæ omnino corruerunt vel conſumptæ ſunt,non reſtituitur refecto & ædificato ædificio,contra naturã ſeruitutum prædialium:vide & aliam vſusfructus & ſeruitutis differentiam, numero 10. ſeruitutes prædiales bene reſtituuntur reſtituto ædificio vel prædio &c.*
5 *Ceſſione vſusfructus facta proprietario, vel contrà,vſusfructus extinguitur.*
6 *Vſusfructus etiam extinguitur ademptione,& repudiatione legati.*
7 *Vſusfructus ex parte perſonarum, morte & capitis minutione vſufructuarij, non proprietarij extinguitur.*
8 *Mortuo filiofa. vel ſeruo,qui vſufructuarij relicti erant, vſusfructus remanet penes patrem & dominũ,& contrà,mortuo patre penes filium.*
9 *Vſusfructus qua capitis minutione pereat.*
10 *Vſusfructus non extinguitur morte vſufructuarij, nec minutione capitis, ſi is grauatus eſt alteri vſumfructum reſtituere.*
11 *Vſusfructus & aliarum ſeruitutum prædialium realium differentia, quæ non extinguitur morte vel capitis minutione ius habẽtis ſeruitutis.*
12 *Vſusfructus extinguitur deficiente conditione, & adueniente die.*
13 *Vſusfructus finitur non vtendo: Exceptis operis ſeruorum.*
14 *Vſusfructus relictus ciuitati: quomodo extinguatur morte,& aliis modis:vide num.18.*
15 *Aratrum ciuitati inducere quid, & quibus inductum.*
16 *Ciuitates quomodo intereant.*
17 *Vſusfructus relictus ciuitati, extinguitur centum annorum ſpatio. Eccleſiæ relictus vſusfructus quoque centum annorum tempore finitur.*
19 *Extinctus vſusfructus vt plerunque ad proprietatem reuertitur,& quando aliò.*
30 *Iure accreſcendi quomodo vſusfructus accedat.*
21 *Coniunctio iuris accreſcendi tripliciter fit, re, verbis,& vtriſque interuenientibus.*

COnſtituitur & acquiritur vſusfru- 1
ctus,vſus, & habitatio ex vltimis vo-
luntatibus,vt ex legato n, conuentio-
nibus, pactionibus, & ſtipulationi-
bus o,per iudicium familiæ erciſcundæ, & com-
muni diuidundo,cùm alij vſumfructum, alij pro-
prietatem iudex adiudicauerit p, vel purè, vel ex
die,vel in diem q,in annos ſingulos r,vni vel duo-
bus ſimul,alternis annis s, ſub conditione t. Inu-
tiliter tamen relinquetur vſusfructus alicui, cùm
is morietur, collatus in id tempus quo à perſona
diſcedere incipit. Acquiritur quoque præſcri- 2
ptione longi temporis codicis iure v, quamuis
antiquo,quo inpræſcriptibiles erant ſeruitutes x,
aliud fuiſſet receptum y, item iure accreſcendi z.
Extinguitur autem vſusfructus, vel ratione re- 3
rum,quæ debẽt eum,vel perſonarum quibus de-
betur, vel deficiente conditione vel tempore: ex
parte rerum, ſi res in qua vſusfructus erat conſti-
tutus interierit, vt ſi ædes incendio conſumptæ a,
vel ſi terræmotu, vel vitio ſuo corruerunt in to-
tum, vt nec areæ quidem vſusfructus debeatur,
non cæmentorum b, etiam ſi reficiatur ex iiſdem
cæmentis c. In quo hæc ſeruitus vſusfructus dif-
fert à ſeruitutibus realibus prædialibus,in quibus
reſtituto ædificio,reſtituitur ſeruitus d.Verumta-
men ſi vſusfructus fundi legatus ſit,& in eo ædi-
ficia ſint,& interierint vel corruerint,vſusfructus
areæ erit eius,cuius eſt & fundi, non enim prin-
cipaliter vſusfructus ædium legatus erat, ſed fun-
di,cui ædificium vt acceſſoriũ aduenit e:ſi pecus
quod in vſufructu eſt moriatur, caro & corium
pecoris non ſunt in fructu f:perit & vſusfructus
legati gregis, ſi tantùm numerus gregis decreue-
rit,vt grex non intelligatur g. Mutatione quoque
rei interit vſusfructus, vt ſi teſtator qui legauit
vſumfructum balnei,ex balneo tabernam vel die-
tam fecerit: Hiſtrionem, cuius debitus vſusfru-
ctus,in alium miniſterium tranſtulerit h, quia ius
hoc eſt in corpore i,veluti accidens in ſubſtantia,
& corpore ſublato, neceſſe eſt hoc ius interire.
Quò fit,vt redeũte ſtatu corporis, natura ſine ar-
tificio in priſtinum ſtatum redeat, & extinctus
vel melius ſuppreſſus vſusfructus:veluti quando
ager,in quo vſumfructum habemus, occupatur à
flumine,amittimus vſumfructum,& quando eo-
dem impetu receſſerit aqua, quo veni ſicut re-
ſtituitur

n l.3.& 6.de vſufr. & quemad. quis vta. tot.ti.de vſu & vſuf.legat.
o §.ſine teſtamento,de vſufruct.in P. & l. 3. §. ſine teſta. eo.tit.
p l.vſusfruct°, §. conſtitutio, de vſuf.P.
q l.3. & fin. de vſuf.l.1.§.item ſi ex die quã. dies vſusfru. leg. ced.lib.7. P.ti.3.l.3.quib. mod. vſusfru. amitt.
r l.3.quib. mo. vſusfru.vel vſ. amit.libr.7. P. tit.4.
s l.2.§.fi.eod.
t l. ſub conditione, l. 61. de vſufr.
v l.fi.de præſc. long.temp.
x l.ſeruitutes, li. 14. de ſerui.
y l.iuſto. l. 44. §.antepen. de vſur.P.
z l.1.& 4.§.1.de vſuf. accreſ. P.
a l. Titio,l. 58. de vſufr.P.l. 5. de vſufr. lega. P.cum ſimilib. ibi nota.
b §.cò amplius cõſtat,de vſuf. ap.Iuſtin. Vlp. l.repeti poteſt, l.5.§.rei mutatione, quibus mod. vſusfru. amit. libr. 7.P. tit.4.l.ſeruitutes, leg.19.§.ſi ſublatum, de ſerui. vrb.præ. libr.8.P.tit. 2.l. quoties, 41. §. fin.eod.tit. de vſufr. l. ſi cui, de vſufr.P.
c l.quid tamẽ, l.10. §. in nauis,quib.mod. vſusfr. amitta.
d d. l. ſeruitutes, §.ſi ſublatum, l.ſi teſtamento,& l.eũ, de ſerui. vrba. l. & ſi forte, & l.etiã, ſi ſerui. vendic.in P.
e l.pen. & fin. quib. mod. vſusfr.amitta.
f l.fi.eod.
g l. fundi, l. 8. & l.ſed &, eo. ti.& l.quid tamen, 10. quib. mod.vſusfr. amittat.l.qui vſũfructũ areæ. l. 43.de vſuf.P.
h l.ſi cui balnei,l.12.eo.quibus mo. vſusf.
i l. 2. de vſufr. in P.§.1.eo.tit. ap.Iuſtin.



ſtituitur proprietas,ſic & vſusfructus a. Sic ſit a-
ger ab hoſtibus ſit occupatus, ſeruuſque captus,
& redeãt vel redimãtur,iure poſtliminij, reſtitue-
tur eorum vſusfructus b. Neque tamen vſucapio
proprietatis,priuat aliquẽ vſufructus c, quamuis
paulò aliter dixeris in operis legatis, nam ſeruo
5 vſucapto,legatum operarum eius perit d. Extin-
guitur deinceps vſusfructus, ſi domino proprie-
tatis ab vſufructuario cedatur: nam cedendo ex-
traneo nihil agitur:vel ex cõtrario, ſi vſufructua-
rius proprietatem rei acquiſierit, quæ res con-
6 ſolidatio appellatur e. Item redemptione legati f
7 facta à teſtatore g, vel repudiatione legati h. Ex
parte perſonarum, quibus debetur vſusfructus,
morte extinguitur vſufructuarij vſusfructus, &
capitis diminutione i. Et tamẽ morte proprieta-
8 rij:viuente vſufructuario non extinguitur k. No-
tandum tamen hîc eſt,vſumfructum filiofam. vel
ſeruo alieno relictũ,ita acquiri patri & domino,
vt licet filius vel ſeruus moriantur,vel ſtatũ mu-
tent, remaneat vſusfructus penes eos: ſicuti &
mortuo patre,vel magna aut media capitis dimi-
nutione affecto,apud filium remaneat,etiã ſi hæ-
res à patre non relinquatur,quia vtriuſque con-
templatione relictus cenſetur l:ita & penes do-
minũ ſerui ex aſſe remanet pro parte ſeruo alie-
9 nato,cui relictus fuerat vſusfructus m. In capitis
minutione rurſum obſeruandum eſt,magnam &
mediam perimere vſumfructum iam cõſtitutum
& competentem,nõ autem eum,qui poſt minu-
tionem competit vel cedit vel conſtituitur n.Itẽ
nec minima capitis minutione amittitur vſusfru-
ctus,veluti emancipatione o, vel contrà, cùm is
qui ſui iuris eſt,cœpit alterius iuri ſubiectus eſ-
ſe p.Poteſt & deberi poſt capitis minutionem
magnam & mediã,ſi in legato repetatur, *quoties*
*quis capite minutus erit, do logo* q: quod cenſetur
repetitum, quando in annos ſingulos res legare-
tur,vt Antoninus Cęſar ad libellum reſcripſit r.
10 Item quando legatarius grauatus eſt, reſtituere
alij vſumfructum,nec morte nec minutione ca-
pitis legatarij extinguitur s,ſed magis inſpicimus
11 perſonam fideicommiſſarij: In quo etiam iura
prædiorum ab vſufructu differunt, nam illa nec
morte, nec capitis diminutione eius cui debẽtur
12 intereunt t.Finitur etiam vſusfructus deficiente
conditione,vel die, ad quam conſtitutus eſt v:ſi
13 tempus ad quod legatus eſt, finitum ſit x. Non
vtendo quoque,ſi per nos ipſos,vel per alias per-
ſonas non retineamus nomine noſtro y; nempe
amittimus decennio inter præſentes,& 20.annis
inter abſentes, à tempore quo cœpit competere
computandis z.Excipiuntur operæ ſeruorũ,quæ
legatæ,nec capitis diminutione amittuntur, nec
præſcribi poſſunt a.Quia opera in actu conſiſtit,
nec prius eſt in rerum natura,quàm is dies vene-
14 rit,quo præſtanda eſt b.Rationem etiam tempo-
rit habet extinctio vſusfructus legati,vel conceſ-
ſi municipibus vel ciuitati. Nã ne inutilis ſit per-
petuò proprietas,placuit extingui poſſe vſũfru-
ctum illis relictum, vel ratione rei, vel ratione
temporis in ciuitate cõſiderati,perinde ac in ho-
mine ſingulari.Proinde ſi inducatur aratrum ci-
uitati,ciuitas eſſe deſinit,& vſusfructus extingui
tur c.Aratrum ciuitati inducere, eſt ita eam de- 15
moliri,vt vix veſtigia ciuitatis relinquantur: ſed
inibi terra culta aratro locum præbeat non habi-
tationi,ſed ſationi idoneũ. Quemadmodũ paſſa
eſt aratrum ita Carthago à Romanis d, ab aliis
Ilion,Thebæ,Corinthus,Numantia,Athenæ,Sa-
guntum. Et ab Abimelech Sichen,qua deſtructa
etiam, ſuper eam diſperſit ſalem e. Ab Auguſto-
Federico Aenobarbo Mediolanum,ab Henricho
Bononia,Brixia f.Sic Micheas g de impiis iudi-
cibus per munera iudicantibus loquutus, *ſuper*
*dominum,*inquit,*requieſcebant dicentes: nonne do-*
*minus eſt in nobis? non venient ſuper nos mala, idcir-*
*co propter vos Syon,quaſi ager,arabitur, & Hieru-*
*ſalem vt cuſtodia pomerij erit.* Et alibi Deus h, *ſi*
*audieris,in vna ex ciuitatibus quas dominus Deus*
*tuus dabit tibi,inhabitare ibi dicentes:eamus & ſer-*
*uiamus diis alienis,quos non nouiſti: interficiens ne-*
*cabis omnes qui ſunt in ciuitate cæde gladij,& incen-*
*des ciuitatem igni,& erit ſine habitaculo in æternum,*
*non reædificabitur etiã nunc &c.*Horatius. quoq; i,

*Ira Thyeſtem exitio graui*
*Stræuêre, & altis vrbibus vltimæ*
*Stetere cauſæ,cur perirent*
*Funditus, imprimerêtque muris*
*Hoſtile aratrum exercitus inſolens.*

Idem dicendum eſt,ſi alio modo ciuitates extin- 16
gui,& mori dicantur:putà quia inhabitabiles, &
ab habitatoribus relictæ,eo animo ne poſthac in
illas reuertantur k; vel quia hoſtium ferarúmve
metu pulſi,non redierunt,vel peſte alióve morbo
populari necati ſunt incolæ,nec alij eo conſede-
runt poſteà: ſi incendio perierint ædificia nuſ-
quam,dehinc refecta: ſi ab animalibus ſubruta,
Sicuti narrant à cuniculis ſuffoſſum in Hiſpania
oppidum: à talpis,in Theſſalia: à ranis ciuitatem
in Gallia pulſam: à locuſtis,in Africa: ex Gyaro
Cycladum inſula incolas à muribus fugatos: in
Italia Amiclas à ſerpentibus deletos: in Æthyo-
pia deſertam regionem,gente ab ſcorpionibus &
ſolpugis ſublata: Otrerietes abactos, ab Scolo-
pendris l. Præterea vltra interitum realem ciui- 17
tatis, tempore centum annorum, qui finis vitæ
longiſſimus, vſusfructus relictus municipibus
expirat m.Quod ius obſeruari placuit n in vſufru
ctu relicto eccleſiæ quæ gaudet iiſdẽ priuilegiis,
quibus reſpublica o.Neque hanc ſententiam of-
fendit, quod Maximius p tradit in cõputatione
legis Falcidię in vſufructu reip.legato,ſiue ſim-
pliciter,ſiue ad ludos, computationem fieri tan-
tùm 30.annorum. Siquidem non ideo minus in
centum annos porrigitur legatum vſusfructus,
nec id Maximius vetat.Amittitur & à municipi- 18
bus vſusfructus,nõ vtendo, aliiſque modis, qui-
bus à priuato amitti recenſuimus. Cæterùm ex- 19
tinctus ſeu amiſſus vſusfructus, interdum & vt
plerumque reuertitur ad proprietatem q: ali-
quando ad alios quàm proprietatem habentes:
veluti ſi alicui proprietas deducto vſufructu le-
gata fuerit:ſi alij vſufructuarius reſtituere vſum-
fructum rogatus fuerit r:vel ſi quæſitus per filiũ
patri, vel per ſeruum domino,altero horum præ-
moriente, no redit ad proprietatem, ſed ad ſu-
perſtitem pertinet quandiu vixerit s. Per ius ac- 20
creſcendi quoque ad alios, quàm proprietarios
ab vno ex vſufructuariis amiſſus peruenit Et Cel
ſi ſententia eſt, toties ius accreſcendi eſſe,quoties
duobus qui ſolidum habuerint concurſu diuiſus

I

a l.ſi ager,l.15. & l. cùm vſuf. l.24.quib.modis vſusf.amit.
b l.ſi ager, ab hoſtib.l.26.eo. l. poſtliminiũ, de captiuit. & poſtliminio reuerſ.
c l.locũ, l.21. §. proprietarius, de vſufr.in P.l. iuſto, l. 44. §. non mutat,de vſucap.lib. 41. P.tit.3.
d l.2.§.fina. de vſu, & vſufru. leg.
e §. item finitur,de vſuf.ap. Iuſtin.
f l.ſi tibi fũdi, l.17.l.ſi ſeruus 27.quib.mod. vſusfr. amit.l. quoties, 41. §. quod ſi fili°, & l.dominus fructuario, l.64. de vſufr.P.
g l. per ſeruũ, l.14.§.fi.de vſu & habi.P. li.7. ti.9.l.idem generali, l.32. §. idẽ quæſijt, de vſu & vſufru. leg.P.
h l.ſi Titio fũdus. l.10.de vſu & vſufr.leg.
i §. finitur, de vſufr.l.3.§.fin. qb.mod. vſusfru. fini. l. ſi vſusfr. l.42.§.fi. de vſufru. l. in ſingulos, l. 8. de annuis leg. lib.33.P.tit.1.l. patrimonij, l. 22. & l. ſi quis vſumf.l.29. de vſu & vſufru. leg.in P.l. ambiguitatem, l. 12.l.3.l.antiquitas,14.l.corruptionem, l.16. de vſuf.C.
k l.3.& l.ſi domina, l. 10. C. de vſuf.l.ſi ſocrus tua, l. 18. de iure dot.li. 5.C.tit.12.
l l.fin. C. de vſufr.
m l. inter antiquam,l.15.de vſufr.C.
n l.1.cum ſuis §§. quib. mod. vſufr. amitt. l. Titio vſuſf. de cõd.& demõſt.
o l.corruptionem,l.16.§.ſed neq;, de vſufr. C.§.1.de acqſi. per arrogat.
p §. 1.de c. dimin.ap.Iuſt.& ibi de tripl.ca. dim. vt & in l. fi.& l.3.in prin. & §.1.eo.tit.li. 4.P.tit.4.
q l.ſicut in annos,l.3.& l.repeti, l. 5. quibus mod. vſusfruct. amit.l. in ſingulos,l.8.de ann.lega.P.
r l.licet teſtatori,l.23.de vſu & vſufr.leg.P. s l.ſi quis vſumfructum,l.29.de vſu & vſufr.leg.l.4.quib.mod.vſusfru.amit. t l.3.quemad.ſeruit.amit.lib.8.P.tit.6.
v l.ambiguitatem,l.12.C. de vſufru.l.cui vſusfructus,l.30.& l.32.§.duas, de vſu & vſufruct.leg. x l.ſi vſusfructus,l.6.de vſufruct.leg.
y §.finitur,de vſufr.& Vlpi.in l.Pomponius,l.29.l.ſi mulieri,l.22.l.ſi vſufructus,l.28. quib.mod.vſusfr.amit.l.arboribus,l.13.§.vſufructuarius,& §§.ſeq.l.non vtitur, l.45. cum §.ſeq.de vſufr.P.l.3.ſi vſusfr.petat.lib.7.P.tit.6.
z l.cùm notiſſimi,§.in his,C.de præſcr.30.vel 40.ann. Melius in l.pen. de ſerui.& aq.  a.li.3.C.ti.34.l.corruptionẽ,C.de vſuf.l.fi.de preſc.lõg.tẽp.l.ſequitur, §.fi.de vſu.P.
a l.2.de vſu & vſuf.leg.in P.l.1.de oper.ſeru.in P. b l.1.de oper.liber.lib.7.P.ti.7.

c l.ſi vſusfr.ciuitati.l.21.quibus mo. vſusf. amitta. aratrũ infigere Cæl. Rhodig.lib.14. c.5.
d d.l. ſi vſusfr.
e Iudic.c.9.
f Bart. in l. aut facta, §. nonnunquam, de pœ. Pan.in c. dilectus, de ſimonia.
g Micheas,c.3. can. iudices, 1. q.1.
h Deut.c.16. & ca. ſi audieris, 23.q.5.
i Horat.lib. 1. Carmi.ode 16.
k gl.in d.l.ſi vſusfructus. 21. de vſufr.
l Plinius, lib.8. c.29.
m l.ſi vſusfructus municipibus, l.8.de vſu & vſufr.leg. li. 33. P. tit.2.l. an vſusfructus, l. 63.de vſufr.
n gl.fi.in d.l.an vſusfructus.
o l.fi. C. de ſacroſ.eccl.
p l. hæreditatem, l. 68. ad leg.Falci. in P, lib.35.tit.2.
q §.ne tamen, de vſufr.& l.3. §. ne tamen, eo.P.
r l.ſi legatum, l.4.quib. mod. vſusfr.amitta. l.ſi quis vſumfructum, l. 29. de vſu & vſuf. leg.P.
s l.fin.C. de vſufr.

eſt [a]. Et quoties vſusfructus legatus eſt, ita inter
fructuarios eſt ius accreſcendi, ſi coniunctim ſit
vſusfructus relictus, Cæterùm ſi ſeparatim vni-
cuique partis rei vſusfructus ſit relictus, ſine du-
bio ius accreſcendi ceſſat [b]. Coniunctio triplici-
2 1 ter fit, re, verbis, & re & verbis ſimul [c]. Re, vt Ti
tio vſumfructum fundi Semproniani do lego, &
eiuſdem fundi vſumfructũ Caio do lego, faciũt
enim partes cõcurſu, vtrique in ſolidum vſufru-
ctu legato [d]. Quamobrem altero ex legatariis
mortuo, vel legatum repudiante, quia concurſus
ceſſat, alteri in ſolidum per ius non decreſcendi
debetur. Verbis coniunctio fit, vt Titio & Sem-
pronio vſumfructum æquis portionibus fundi
Semproniani do lego: verbis namque & coniun-
ctione coniuncti ſunt, ſed re & portionibus di-
uiſi intellectu. Re & verbis, vt Titio & Sempro-
pronio Corneliani fundi relinquo vſumfructũ,
quorum coniunctio cæteris coniunctis præfer-
tur [e]. Coniunctio realis illa, dum ſeruo commu-
ni vſusfructus relinquitur, nam vno dominorum
repudiante, vel amittente portionem ſuam, alteri
per ius accreſcendi acquiritur, non autem pro-
prietati accedit [f]. In re coniunctis adimit ius ac-
creſcendi modus legandi, ſi à pluribus hæredi-
bus duo eiuſdem rei vſumfructum conſequan-
tur ſeparatim [g] niſi ſint & verbis coniuncti [h].

a l. idem Nerarius, l. 4. de vſufr. accreſc. lib. 7. P. tit. 2.
b l. 1. de vſufru. accreſc. in P.
c l. triplici, l. 142. de ver. ſig. l. re coniuncti, l. 87. de leg. 3.
d l. 1. §. final. de vſufr. lega.
e d. l. triplici, & l. re cõiũcti, & l. 1. §. idem eſt, de vſufru. accreſc.
f l. 1. §. deniq; de vſuf. accreſ.
g l. cum ſingulis, l. 12. & l. fin. de vſuf. accre.
h l. ſi duobus, §. ſi. de leg. 1.

## De diuiſione ſeruitutum realium prædiorum. Cap. 6.

1 *Seruitutes reales prædiales, aut in ſolo, vt ruſticæ: aut in ſuperficie, vt vrbanæ: prædium vrbanum quid faciat, & quid vrbanum.*
2 *Vrbana ſeruitus quid.*
3 *Ruſticæ ſeruitutes in affirmatiua conſiſtunt.*

1 SEruitutum prædiorum aliæ conſiſtũt
in ſolo, aliæ in ſuperficie [i]. Seruitutes
ſoli, ruſticæ dicuntur: ſuperficiei verò
vrbanæ [k]. Vrbanum prædium, nõ ſo-
lũ, ſed materia facit [l]: ædificiáque talia ſunt, quæ
vel in vicis, vel villis, vel alio loco extra vrbem
ſunt ſita [m], & ſtabula ædificiis coniuncta: nõ cõ-
iuncta enim ruſticis accedunt [n]: per ſe enim vr-
bana ædificia dicuntur habitãdi cauſa cõſtructa
ad ſimilitudinem vrbis. Quare duo requiruntur
in illis, nempe ædificium, & quòd cauſa habitãdi
ſit [o]. Omitto reliquas vrbani appellationes, nam
latiori vocabulo quàm egeamus comprehendũ-
tur: veluti ſi dicamus vrbanum, quod ambitu mu-
rorum vrbis continetur [p], vnde & prætor vrba-
nus [q]. Item etſi vocamus vrbanum, quod ad vſum
vrbis vel vrbanæ habitationis comparatum eſt,
veluti ſuppellectilem vrbanam [r], ſeruum vrba-
2 num [s]. Vrbanæ ſeruitutes ſunt, quæ vrbanis ædi-
ficiis adhærent [t], id eſt, quæ debẽtur ædificiis vr-
banis vel à prædio vrbano vel à ruſtico. Sicuti &
ruſticæ, quæ inhærent prædiis ruſticis, eíſque de-
bentur vel ab vrbanis vel à ruſticis prædiis, ſine
quibus non poſſunt cõſtitui [v]. Omnes ſeruitutes
ruſticæ ſunt in affirmatiua tantùm, veluti ius eſſe
eundi, agendi, & ſic de ſimilibus. Vrbanæ autem
& in affirmatiua & negatiua conſiſtũt, vt ius eſſe
altius tollendi vel non tollendi, ſtillicidium auer
tendi, vel non auertendi, &c. [x]

i Paul. in l. 3. de ſeruit. P.
k l. ſeruitutes quæ, in fine l. 29. de ſerui. vrban. præd.
l l. vrbana prędia, l. 198. de verb. ſign. & l. vrbana familia, l. 166. eo. ti. l. ſi prædium, C. de pręd. minor.
m d. l. vrbana prædia, l. 1. cõmu. prædio. in P. §. prædiorũ, de ſeruit. app. Iuſtin.
n l. eo iure, l. 4. §. ſtabula, in quib. cau. pign. vel hypo. tac. contrah. li. 20. P. tit. 2.
o d. l. vrbana prædia.
p l. 2. de verb. ſign.
q l. 2. §. cũmq; cõſules, de ori gin. iur. in P.
r l. quẽadmodum, de ſupellec. lega.
s l. ſeruus vrban[9], de leg. 3.
t §. prædiorũ, de ſeru. ruſt. l. 1. comm. præd. 3 in P.
v d. l. 1. comm. prædi. §. ideo, de ſeru. ruſt.
x l. 1. & bi: lo. in verbo & officiẽdi, de ſer. vrb. præd.

## De ſeruitutibus vrbanis primùm de ſeruitute oneris ferẽdi, de parietibus, & de his quæ admouentur illis, balneis, tabulis, fornacibus, latrinis, cloacis. Cap. 7.

1 *Oneris ferendi ſeruitus, vrbana.*
2 *Qui habet ſeruitutem oneris ferendi, debet columnam vel parietem gerinum reficere, non qui habet.*
3 *Poteſt tamen dominus inferior relinquendo rem ſe onere liberare.*
4 *Parietes pro columnis, & quid paries.*
5 *Porticus, paries apertus.*
6 *Parietes gerini & intergerini, & liberi qui.*
7 *Per areas diſtributa loca fundandis ciuitatibus deſignata, vbi ædificia fierent.*
8 *ges de craſſitudine parietum ædificiorum latæ.*
9 *Domus Romæ primùm vnius contignationis, poſteà plurium, ædes ab aditu plano, cella, penaria: cubiculum, cœnaculum vnde dicta &c.*
10 *Modus altitudinis domorum quando, & qualis præſcriptus.*
11 *Appellatio parietis & murũ & maceriam continet, & quid vtrumque & ſiccus paries, maceria, &c.*
12 *Parietum variæ diſtinctiones à materia quæ fiunt, Marmorei, cæmentitij, cratitij, formacei, &c. & qui.*
13 *Parieti balnea vel tubulos num liceat admouere.*
14 *Parieti vicini quando fornacem admouere liceat.*
15 *A furno damnum datum vicino, qua actione petatur, & quomodo ne detur proſpicitur.*
16 *De furno & molendino bannario.*
17 *De ſcalarum admotione ad parietem vicini, quando permittatur.*
18 *Parietum fundandorum lex ex Solone, & de interſtitio ſeu ſpatio pedum iuxta vicini prædium vel murum relinquendo.*
19 *Cæpolæ contradictio, de interſtitio ædificandi iuxta vicinum, & delecta opinio.*
20 *Cuius ſint interſtitia inter duos parietes inuenta.*
21 *Signa quibus murus proprius vel communis probatur & docetur.*
22 *Aedificare ſuper parietem alterius, vel in alterius ſolo quando liceat.*
23 *Fiſtulas & tubulos per parietem immittere quãdo liceat.*
24 *Latrinæ quando & quomodo vicini parieti adiiciantur.*
25 *Fodere vel cauare ſub alieno non licet.*
26 *De puteis, penu terreſtri, cloacíſque iuxta vicinum ædificandis.*
27 *De Machinis ædificandi cauſa in vicini pariete admouendis.*
28 *Sterquilinium non licet habere iuxta vicini parietem: vel iuxta communem, nec in ſuo quod noceat vicino.*
29 *Fœtidum ſterquilinium vel cornua, non poſſunt iuxta vicinos poni, ſi odor offendat vicinos.*
30 *De pariete in vicini ædes ventrem faciẽte emendando, & de alio pariete reficiendo, quomodo & à quo, & cuius expenſis reficiendus. Socius, qui contumax eſt in ſoluendo refectionem parietis communis, amittit ius quoc [illegible]t in ſolidum reficientis.*

uitutes



1 SEruitutes vrbanæ ſunt enumeratæ à
Iuſtiniano, Caio, & aliis [a]. Prima, vt
onera vicini ſuſtineantur [b], dicta ſer-
uitus oneris ferendi. Cuius ædificium iure ſupe-
rius eſt, ei ius eſt ſupra ſuum ædificium impone-
re, dmmmodo inferiora ædificia grauiore ſerui-
2 tute non oneret, quàm pati deberent [c]. Et hoc
ſingulare in hac ſeruitute, vt is qui debet ſer-
uitutem, quíque habet ædes quæ debent colum-
nam vel parietem oneri ferendo, debeat parietem
reſtituere, non is qui onus vult imponere, quia
perpetuum talem qualis erat tunc cùm impoſita
fuit ſeruitus, debet [d]. Et ita actio pro hac ſeruitu-
te competit, vt onera ferat & ædificia reficiat ad
eum modum, qui in ſeruitute impoſita compre-
henſus eſt, & poteſt eum ſingulari iure cogere [e],
néve faciat deteriorem quàm debeat, aut operis
noui nũciatione aut hac actione confeſſoria pro-
hibere [f]: poteſt & petere, ſi non reficiatur, vel ſi
opere nõ competenti ædificetur, fructus ſcilicet
commodum, quod conſequeretur, ſi onera vici-
nus ſuſtineret [g]. Túncque per iudicem imperatur
vel refectio, vel cautio: alioquin & in litem iura-
3 tur quanti interſit [h]. Verùm & hoc ſingulare eſt
in gratiam domini ædium quæ ſeruiunt, vt quia
hæc eſt ſeruitus rerum non perſonæ, poſſit relin-
quendo rem liberari [i]: & ita à refectiõne erit li-
ber, vt vſufructuarius, rem omittendo [k]. Sed quia
plura ſunt onera quæ parietibus imponuntur, de
his pauca dicenda ſunt, & quia parietes debent
eſſe oneribus ferendis pares: alioquin nec rectè
ſeruitus illis imponitur, vel ſi imponatur onus
nimium graue, proxima ruina eſt, & commoditas
4 vtilitáſve interiit. Parietes ſunt, veluti ſingulæ
perpetuæ in latitudinem & altitudinẽ columnę
5 [l]: vti porticus, eſt pluribus in locis apertis paries,
vnde fiunt latiores in imo, ſed contractiores in
verticem, ad imitationem columnarum tollendi
6 ſunt. Nam & onera iſti ſuſtinent, ſed alij aliis ma-
iora. Qua ratione alij intergerini, alij gerini, alij
liberi ſunt ab onere. Intergerini ſunt, in quos
onera duarum domorum, vel duarum diuerſarũ
partium domus, incumbunt & ſuſtinentur: dicũ-
tur vulgò, cõmunes & medianij: gerini ſunt, qui
vnius partis onus ſuſtinent, vt qui in angulis in-
ſularum ſunt, quíve liberi à trabibus: liberi dicũ-
tur, qui extra ædificia ſunt areas diuidentes, vel
7 cingentes fundos, macerias, ſepes. Ab initio fun-
datis ciuitatibus areæ ſiue loca diſtributa fuerũt
pro priuatorum domibus ędificandis ſingulorũ,
iux numerum ciuium recipiendorum. Vnde ho-
die alicubi, & ferè vbique in ciuitatibus norunt
conſules vel decuriones, quot fuerint areæ, quot
nunc quiſque poſſideat, ædificiis dilatis auaritia
vel cupiditate, vel neceſſitate rei familiaris, vt
cenſus impoſitio & exactio pro modo poſſeſſio-
8 nis loci facilior ſit. Romæ idipſum aliàs factita-
tum, & diuiſæ areæ, legéſque ædificationi parie-
tum impoſitæ, ne areæ habitationi deſtinatæ pa-
rietibus occuparenrur. *Et proinde,* inquit Vitru-
uius [m], *leges publicæ non patiuntur maiores craſſitu-
dines, quàm ſeſquipedales conſtitui loco communi:
Cæteri autem parietes, ne ſpatia anguſtoria fierent,
eadem craſſitudine collocantur. Lateritij verò (niſi
diplinthij, aut triplinthij fuerint) ſeſquipedali craſ-
ſitudine, non poſſunt pluſquam vnam ſuſtinere con-
tignationem.* In ea autẽ meieſtate vrbis & ciuium
infinita frequentia, innumerabiles habitationes
9 opus fuit explicare. Anteà quidem vnius tantũ-
modo contignationis erant domus in plana area,
vnde ædes ab aditu quòd plano pede adibant. Et
in illis erat area quædam operta nec tecta, locus
intra parietes patulus, qui eſſet ad communem
omnium vſum, dictus cauædium, circa quod erat
vniuſcuiuſque rei vtilitatis cauſa parietibus diſ-
ſepta: vbi quid conditum eſſe volebãt, à celando
cellam appellarunt: penariam, vbi penus: vbi cu-
babant cubiculum: vbi cœnabant, cœnaculum
vocitabãt, vt horum omnium author Varro [n]. Et 10
altitudo ædificãdi conſtituta tempore Cæſarũ [o].
Cęterùm cùm recipere nõ poſſet area plana tan-
tam multitudinem ad habitandũ in vrbe, ad au-
xilium altitudinis ædificiorũ res ipſa coëgit de-
uenire. Itaque pilis lapideis, ſtructuris teſtaceis,
pietibus cæmenticiis, altitudines extructæ, con-
tignationibus crebris coaxatę, quæ cœnaculorũ
ſummas vtilitates perficiunt & deſpectationes.
*Sic,* inquit Vitruuius [p], *menianis & contignationi-
bus multiplicatis populus Romanus egregias cœpit
habere ſine impeditione habitationes.* Superuenit
lex ædificatoria Traiani, ne domorum altitudo
ſexaginta ſuperaret pedes, ob ruinas faciles, &
ſumptus, ſi quando hæc contingerẽt, exitioſos [q].
In iure appellatio parietis continet & murum & 11
maceriam [r]. Murum cum cæmento: maceriam ſi-
ne cæmento, & ſiccum, vt vocant, parietem arbi-
trantur. Sunt tamen aliæ parietum diſtinctiones, 12
à materia & forma tractæ: nam quidã ſunt mar-
morei alij ex lapide quadrato conſtantes, alij cæ-
mentitij ex informibus, ſed imbricum modo hę-
rentibus lapidibus: ſunt teſtacei, ex latere igne
præcocto: latericij, ex crudis lateribus ſole tan-
tùm ſiccatis: ſunt craticij, ligneis cratibus aut cã-
nis in modum cratis, implexis inter arrectario-
rum & tranſuerſariorum diſpoſitiones, luto in-
ducto ſubagitato, vel commixto fœno vel palea.
vocamus Tholoſæ, *tortis,* alibi vt Pariſiis cratitij
gypſo replentur & ædificantur. Sunt formacei [s],
qui in forma intra duas tabulas inſtruũtur, dum
infarcitur forma, terra ante ſubacta, & ibidẽ ve-
ctibus depreſſa, vocamus, *paroir de table.* Mace-
riæ alij, vt diximus, ex cęmentis ſine arenato cõ-
nexis, Cratitios improbat in ædificiis ob incen-
dia Vitruuius his verbis [t]: *Cratitij velim ne inuen-
ti fuiſſent. Quantùm enim celebritate & loci laxa-
mento proſunt, tantò maiori & communi ſunt calami-
tati: quòd ad incendia, vti faces, ſunt parati. Itaque
ſatius videtur eſſe impenſa teſtaceorum in ſumptu,
quàm compendio cratitiorum eſſe in periculo &c.*
Formaceos æuis durare incorruptos ventis, igni-
bus, imbribus, omníque cæmeto firmiores tradit
Plinius [v] in Africa, Aſiáque. In iure quidẽ & hæc
obſeruari debent. Verùm quod pertinet ad vſum
ſeruitutum, hoc vnum mihi videtur tantùm per-
pendendum, vt oneri ferundo paries ſit idoneus
& ſufficiens, ſiue agatur de partiario intergerino.
vel alio. Et proinde onera erunt quæ parietibus
imponũtur, conſideranda. Quare balnea vel tu- 13
bulos non licet facere cõtra parietem vicini, ſi is
ex illis lædatur, etiam ſi ſit partiarius: contra, ſi
non lędatur [x]. At ſi paries ſit alienus, vicinus non
poteſt habere cõtra eum vllo modo ſine iure ſer-
uitutis balneum, niſi iuxta murum vicini alium
ſibi ædificet ſufficientem ad id munus. Idem de 14
fornace dicendum eſt, niſi paries communis for-
naci eſſet deputatus [y]. In ſuo tamen poteſt quis
ædificare cõtra parietem vicini dummodò peri-
culum incendij non immineat: tunc enim prohi-
beri poteſt [z]. In furno, ſi vicino parieti eò dam- 15
num datum eſt, vt quia combuſtus, agitur actione

a Iuſtinia. in § prędiorum, de ſeru. ruſt. prę l. l. 1. 2. & 3. de ſer. vrb. præd.
b l. & ſi fortè, l. 6. §. etiam ſi ſeruit. vendic. li. 8. P. tit. 5.
c l. cuius, l. 23. de ſeruit. vrb. præd. in P.
d l. eum debere colũnam, l. 33. de ſeru. vrb. præd.
e Vlp. in l. & ſi forte, l. 6. §. etiam, de ſeru. ſi ſeruit. vend. P. l. ſicuti, l. 8. §. diſtant, eo. tit.
f d. l. & ſi fortè, §. parietem.
g d. l. & ſi, §. modus, & §. veniãt & fructus.
h l. harũ actionum, l. 7. & l. ſeq. eod. ſi ſer. vend.
i d. l. & ſi fortè, §. Labeo.
k l. cùm vſufructuarius, & l. ſed cùm, de vſuf. in P.
l Leo Baptiſta Albertus, li. 1. de re ædificatoria c. 10.
m Vitruuius, lib. 2. de architect. c. 8. Plin. quoque, lib. 35. c. 14.
n Varro, lib. 4. de ling. Latin.
o l. 1. de ædific. priua. C.
p Vitru. libr. 5. c. 8.
q Sext. Aurel. Victor, in epito. Cęſarum, in Traiano.
r l. quantum, l. 157. de verbo. ſign. & ibi glo. de maceria, in. l. ſi precario, l. 18. com. præd in P.
s de quib. Plin lib. 35. c. 14. Iſidor. lib. 15. etymol. c. 9.
t Vitruui. lib. 5. c. 8.
v Plin. libr. 35. c. 14.
x l. fiſtulas, in princ. & §. 1. de ſeruit. vrba. l. quidã Iberus §. ſi. eo. l. fiſtula, ſi ſeru. vẽd.
y l. arboribus, de vſufru. l. ædes, com. diui. in P. l. cũ duobus, §. itẽ Mela, pro ſoc. P. gloſ. in l. Sabinus, com. diui. in P.
z d. l. quidam Iberus.

in factum legis Aquiliȩ [a]:ſi datum adhuc non ſit, ſed vereamur ne accidat,vel ex vitio furni & for-
16 nacarij,petitur cautio [b].Non tractabo hîc de furno ſeu clibano bannario, quod habent aliqui, ad quod tenētur certi ratione iuris quæſiti vel tranſacti ire & coquere:vt alteri non licet inibi aliud clibanum habere vel ædificare:ſicut de molēdinis ſeu piſtrinis bannariis dicitur:hæc enim quæſtio forſan ad ſeruitutem quodammodo pertinet ſed non ad parietis ſeruitutem: proinde reiiciam videndam tractationem ad Petrum Iacobi [c],Cępolam [d],Albericum de Rozato [e],Guidonem Pa-
17 pæum [f].Aliud onus quod imponitur muris ſeu parietibus à vicino, eſt ſcalarum, quæ adiungi poſſunt ab altero vicinorum muro cõmuni,ſi illæ poſſint fieri ſine damno parietis,putà quia ligneæ,quæ per ſe aliquando ſtare poſſunt,duabus infixæ trabibus, nec impediunt refectionem vel commoditatem vicini in pariete communi [g], videlicet quòd lumina eius non offendunt, vel alio modo non nocent ſcalæ rectæ itionis,minus vel nihil parieti communi cui adiacent, nocere poſſunt,cùm parum vel nihil in eum immiſsi habēt. Scalæ quoque ligneæ cochlides non multum innituntur parietibus,lapideas certè cùm vinci deſiderent parietibus, non licet vicinis parietibus adiicere citra ius ſeruitutis,vel ſine conſenſu ſocij partiarij, niſi is paries non lædatur: ſiquidem ſi immodicè non lædatur,licet vti re communi,& ſi ſocius prohibeat,experiri communi diuidundo [h].At ſi iuxta vicini parietem non communem quis ſcalas coniungere vult, & tigna immittere, nullo modo licet,ſed intra domum ſuam,vel murum & fundamēta ſcalarum ædificet oportet,vel ius ſeruitutis in pariete quærat, iuxta tamen,ſed
18 non affixas habere poterit [i]. In ſumma, leges parietum hæ ſunt generales.Prima eſt ex lege Solonis ſi quis ſepem aut maceriam iuxta alterius regionem, id eſt, fines [k],effoderit,terminum non excedat: ſi autem murum,pedem derelinquat:ſi domum,duos pedes:ſi autem ſepulchrum,aut foueam effoderit,quantum profundum,tantũdum derelinquat:ſi autem puteum, paſſum [l]. Arbitror rationem eius ſanctionis eſſe, quæ in muro pedem vnum ſpatij requirit, & in domo duos,fundamentorum cauſam. Quia murus iuxta fines alterius ædificaturus fundamentum in ſuo non in alieno debeat ponere, vt & domum ipſam. Et quia diximus inſtar columnarũ parietēs extrui, apparet fundamenta,vel fundamentorum extructiones latiùs ædificari,vſque dum ad areæ planitiem coæquentur poſteà,vnde minus latum & arctius perficitur extra planiciē ædificium [m]. Et quia ædificia ſolidiora eſſe debent, quæ domus cauſa fiunt,vtpote ad ſuſtinenda onera deſtinata, ideo & profundiora,& latiora excauari eorũ debent fundamenta. Atque, 2. pedum relinqui debere interſtitia in maceriis & ſepibus placuit, quia nulla excauatio fit,nec fundamenta, ſufficit obſeruaſſe terminorum legitimos fines, quod in pariete ligneo & cratitio locum habere mihi vi-
19 detur. Cæterùm non exigua quæſtio eſt, num in ædificiis vrbanis iuxta parietem ſocij ædificatis, iſta interſtitia pedis vnius vel duorum ſeruari debeant,& locum habeant.In hoc ſibi ſæpe contradixit Cæpola. Nam ex profeſſo de hoc agēs pluribus firmare videtur,locum habere [n]: alibi tamen ſæpius,repetit,locum non habere, nec ſpatium illud relinqui debere [o].Mea ſentētia in hac re contraria erit,vt ſi vicinus in ſuo ſolo ædificãs fundamenta latiora faciat intra ſolum ſuum, & poſteà,extra planitiem iuxta vicini parietem ad perpendiculum velit ædificare,poſſit:nam & inde vicinus vtilitatem accipiet, quòd eius paries fortior inde euaſurus ſit,vt virtus vnita maior ſeipſa diſperſa,ita licet,dummodò nõ noceatur vicino.Sed illa quæſtio,ſi noceat,alia eſt.Ratio autem diuerſitatis cur hoc potius in vrbanis liceat iuxta parietem ędificare vicini, non autem iuxta fines fundi ruſtici, eſt ſatis idonea, vt mihi videtur,quòd per ædificium additum vicino ædificio, nihil noceatur vicino:at iuxta fundum ædificando,ædificio nocetur, quia foſſione fundamentorum,ſi iuxta fines proximè fierent,ſemper ex neceſſitate operis & propter fragilem terram,& facilè deciduam, læderentur & minuerentur fines vicini: ideo interſtitium relinqui maius debet, quanquam quis in ſuo totam ſubſtructionē fundamentorum faciat.Reſiſtit autem in vrbanis paries vicini,ne quippiam vicino adimatur. Subiicitur & lex illa Solonis,titulo Finium regundorum,cuius actio ad ruſtica prædia tantùm pertinet [p].Accedit quòd ſi illa interſtitia relinquerentur ædificiis vrbium, deformes futuras ciuitates,& in illis ſpatiis murium & immunditiarum tantùm fore receptacula,vt ferè tot eſſent cloacę putridæ in ciuitate, quot domus, quæ ſalubritati maximè aduerſantur,cùm cœlum peſtilēs & ruinas minentur earum immundities [q],vti obſeruaui in quibuſdam oppidis,vbi hæc interſtitia viſuntur. Si tamen hoc ſpatium inueniatur inter 20
parietes, certè eius erit, & vſus ad illum ſolùm pertinebit,qui reliquit, ſiquidem conſtat quis reliquerit vel inſtrumento,vel probatione alia, vel per ipſum parietem,quòd fundamenta eum locum intra terram occupent, vel quòd in pariete ſint tegulæ vel lapides eatenus ſe extendētes,vel
aliter.Quòd ſi non conſtet, ſpatium illud com- 21
mune inter vicinos cenſebitur, exemplo inſularum inter duas ripas naturũ [r]. Porrò ſigna muri proprij ſunt, vbi probationes ex titulis & teſtibus, vel aliis manifeſtis non apparent:ſi quis feneſtras in eo habeat,quæ perforent totum murũ: quod aliàs non licet [s], niſi & vicinus viciſſim ſimiles haberet in eodem muro,quia videtur tunc eſſe murus pro indiuiſo communis:veluti ſi vterque haberet tigna in parietem immiſſa extra mediam partē parietis [t]. Dehinc armaria foruli ſeu armariola fiunt in muris,quæ ſi ad medium vſque ex vtroque latere vicinorum penetrent, docent pro diuiſo murùm communem:ſi vltra medium, pro indiuiſo. Si autem ex vno tantùm vicini latere & parte parietis,is ſolus vicinus videtur dominus: niſi contraria alia ſigna pro vicino aduerſo concurrant,putà quòd in illum parietem habeat immiſſa tigna.Sic & aliud ſignum dominij proprij, ſi tubi vel infumibula caminorum,vel arca ipſius camini excedat medietatem internã muri:quod & in tubulis latrinarum obſerua,quia in communi vel alieno pariete hæc fieri vel alia ſimilia nequeunt [v]. Obſeruato pepetuò, ne paria quoque ſigna vicinus in eodem pariete habeat, quo caſu eſſet cõmunis paries pro indiuiſo. Probant parietem quoque eſſe alicuius, ſi eius inſignia domeſtica,vocãt *armes*,inſculpta vel depicta inueniantur [x].Et ſunt etiã adhuc veſtigia parietis antiqua conſideranda & ſi ædificiũ deſtructum ſit, num ea ſint ex genere eor [illegible] quæ diximus communem murum docere,v [illegible] uæ ſeruiētem: niſi alius vicinus qui negat [illegible] titur, do-

ceat

a l. ſi ſeruus ſeruũ, §. ſi fur, ad l. Aquil. l. fluminum, §. preterea ſi furni,de dam.inf.
b d. §.ſi furnũ, & ibi interpre.
c Petrus Iacobi, in praxi in libello de furno.
d Cæpola, lib. 1.de ſerui. vrb. prædio.c.50.
e Alberi. in 1. parte ſtatutorum,q.135.
f Guid. Pap.q. 298.
g l. fiſtulam, l. 18.§.pen.& fin. de ſeruit. vrb. præd.P.
h leg. ſi ædes cõmunes ſint, l. 12.& l. Sabinus, 28.& ibi glo. com. diui. P.li.10.tit.3.
i vide Cæpolam,libro 1. de ſeru.vrb.præd. c.54.
k l. pro regione,& ibi gloſ. & l. inter eas, ſi.regund.in P.
l l.ſi.ſi.regund. in P.li.10. tit.1.
m Leo Baptiſ. Alber.li. de re ædifi.c.16.
n Cæpola lib.1. de ſeru.vrban. præd.c.40. nu. 2.& 61.nu.3.
o Cæpola, eo. li.1.c.52.nu.2. & c.65,nu.6.
p l.2.ſi.regund. in P.
q l.1.de cloac. li.43.P.tit.22.
r l. inter eos, 29.& l.pro regione, de acq. rer.dom.in P.
s l. quidã Iberus, de ſeruit. vrb.præd.
t glo.in l.ſi ædes, com. diu. P. vide de iſtis ſignis parietis proprij vel cõmunis, Cæpolam, de ſeruit. vrb.pręd. c.40. nu.53.& ſeq.
v l. quēadmodum, §. ſi protectũ, ad l. Aq. l. qui vitam, §. fin.ad ianuam, quod vi aut clã. l. Sabinus, com. diu. cum ſimili. l. parietem, de ſeruit. vrb.præd.P.
x l.qui libertatem, §.fi. & ibi Bart.& l.fin. de opēr. libert. Bart.in tractat. de inſignib. & armis.



ceat illa veſtigia eſſe, quòd attentata aliàs ſeruituute fuerit ea prohibita,& opus factũ ideo deſtructum.Sed & in reliquis adhibendum eſt iudicium peritorum achitectorum, vel eorum qui
22 experti iſta, ſolēt iudicia referre iudicibus.Aliud onus quod apponi poteſt parietibus, eſt ſupra alienum parietem vicini ædificare, quod non fit niſi cum iure ſeruitutis,alioquin ædificatum cedit inferiori ædificio.Idipſum ſentio ſi ſupra cõmunem ſolus ſocius non conſentiente ſocio ædificet. Nam ædificium continuatũ ſeu immobile eius cenſebitur,cuius imum erat:quod tamē non debębat ſeruitutem, vt cedat ædificatũ domino ſoli [a]:ſi tamen mobile ſit ædificatum in alieno,
23 tolli à domino poterit [b].Aliud quoque, quando fiſtulæ vel tubuli per parietem immittũtur,vnde fluat in vicini aream aqua,vel ſupra parietem canales ad aquam excipiendam:nam hæç non licēt citra ſeruitutis ius [c],vel niſi in plano iuxta parietem ad aquam ſtillicidij vel lotionum extra deriuandam: cauere enim debet vicinus,qui canales etiam in ſuo admouet, ne refluat in canalibus ſeu aquariis,vel tubulis aqua,ex qua lædatur vicinus.
24 In latrinis quæ de tubulis dicta ſunt, repetenda ſunt,ſed & annotandum,non oportere ædificantem in ſuo ſcrobem pro excrementis excipiendis, obſeruare interſtitia Solonis [d] de ſcrobibus effodiendis,& de foſſis in ruſticis prædiis iuſſis, potiſſimùm quia ſolent iſtæ ſcrobes fieri muro concluſę,arcuatæ,concameratæ, vt quando opus
25 eſt,purgari poſſit. Si tamen inde paries vicini,vel communis lædatur:ius prohibendi eſt,vt putà, ſi excaue̜tur locus ſubtus aream vicini,cuius ſolum illi vt ſupra vſque ad cœlum liberum ſit & quod infra ſuperficiem eſt [e]:nec intra fodere vel ſubtus licet alienum [f]. Sed & qui puteum propè habet vel penum ſubterraneam, quales apud nos frequentes ad conſeruandum triticum, vocamus, *creux*, ſi eo ex latrina vicini vel eius foſſa reſudet vel diſtillet fœtidus humor, agere poteſt aduerſus dominũ latrinæ,vt reficiat,nève noceat,iúſq;
26 illi non eſſe ſic latrinas habere [g]. Eadem in cloca ædificanda in muro proprio vel communi dicenda ſunt [h],& de ciſterna,de puteo,& lauatoria piſcina [i],caſtello, & de fiſtula aquam remittenti-
28 bus [k],De machinis ædificandi cauſa in muro impoſitis,tractatur etiam à Cæpola [l],ne poſſint imponi,niſi aliter ædificari vel in proprio vel in cõmuni pariete non poſſit.Idque expenſis ædificantis ſolum fieri [m].Non licet etiam iuxta parierem alterius vel communē ſterquilinium ponere citra ſeruitutem [n]: in ſuo licet,niſi defluxione noceat aliis,vt ſi madeſcat eo proximus ei alienus paries, vt de latrinis & foricis dictum [o]: In ſuo enim licet iniicere, dummodò in alienum quid
29 quis non immmittat [p]. Et dummodò cornua non ponantur ibi,vel fœtidum non ſit ſterquilinium quod offendat vicinos:nam tũc in ſuo,nec in publico olidum illud abiici debet,vbi homines fre-
30 quentius tranſeant [q].Si paries vicini inter binas ædes exiſtens ventrē faciat, ita vt in vicini ædes ſemipedem vel amplius procumbat, agi poteſt non eſſe ei ius ita habere [r].Item ſi communis & opere à vicino facto ita proiectum faciat [s]:nõ tamen communem parietem vetuſtate deformem poteſt ſocius ſocio inuito reficere [t]. At iamiam ruiturum,aut non ſatis idoneum oneri, poteſt etiam repugnante ſocio reficere, & impenſas à ſocio pro parte reperere [v].Et ſi is qui reſtitit fiat contumax in reſtituendis impenſis intra 4.mēſes,qui refecit fit dominus rei in ſolidum [x], quia intereſt reipubl. ruinis aſpectum ciuitatis non deturpari [y].

a l.ſi ſuprà,l. 28.de acq.rer. dom.P,l. fũdi, l. granaria, de actio. empt. P.
b l.Titius horreum,60.eod. tit.de acq.rer. dom.l.ſi gemina,arbo. furt. Cæſar.P.l.fiſtulam,§.penu.& ſi.de ſerui.vrb. præd.P.
c l.ſi fiſtulæ,& l.ſi ſtitia,de ſeruit.vrb.prædi. l.fiſtulas, & l. fundi,§. penu. & fin.ſi ſeruit. vend.P.
d legem fina. tit.fin.regund. non obſeruari hîc tradit Cæpola, lib.1. de ſeru. vrb.c.65. num. 6.
e l. altius, C. de ſeru. l. fin. de ſeru.in P.
f l. venditor, §.ſi cõſtat, cõ. præd,l. diuortio,§. ſi vir in fundo, ſolut. matrimo.
g l.ſi quando, §.fin. de ſerui. vrb. l. ſicut,§. ariſto.eod. tit. vide latè Cæpo.lib. de ſer. cap. 65.
h de hoc Cæpola, d. lib. 1. cap. 48.
i de his Cæp. lib. 1. de ſeru. c.47. de lanatoriis,c. 66.
k de qua Cęp. eod.lib.1.c.67. & 68.
l li.1.de ſeru. vrb,c. 73.
m l. ſicuti, ſi ſeru.vend.
n l.ſi quando, l. 17, §.ſecũdũ, ſi ſeru.vend.P.
o gloſ.in d.§, ſecundum.
p l. ſicuti, 8.§. ariſto,verſ.idē ait,ſeru.vend.
q l. ædiles in ſi. de via pub. l.2.§. idem ait ſi odore, ne quid in loc. publ. l. pen.§. pen. quod vi aut clam.
r l.ſi quando, l. 17. ſi ſeruit. vend.
s l.ſi cum me[9], l.14.eod. tit.l. ſed & ſi. l.26. de ſeru. vrb. præd.
t l. parietem. de ſerui. vrba, prædio.
v l. in parietes,cum duab. ll.ſeq.de dam. inf.ſi communes,de negot. geſt. in P. l. ſi ædes,commu. diuid.
x l.ſi fratres, §.idem reſpõdit,in 2.pro ſoci.in P.l.fin. vt proponis, de ædif.priuat.C.
y l.2.§.ſi quis nemine,& l.fi. ne quid in loc. publ.l. prætor ait, § hoc interdictũ, in 2. de dam.infec.

## De ſeruitutibus vrbanis, tigni immittendi, Cap.8.

1 *De ſeruitute tigni immittendi in parietem vicini. Quando liceat protectum in parietem noſtrum immiſſum, vel traiectum, propria authoritate excindere.*

2 *Nunciatio noui operis in ſeruitutibus impediendis vt conſeruetur poſſeſſio, debet fieri iactu lapilli.*

3 *Parieti communi tantùm immittere vel imponere quod deſtinatum eſt,non alia,licet: & de actionibus ius non eſſe tignum immiſſum habere.*

SEcunda ſeruitus, quæ parieti quoque 1
impònitur, eſt tigni immittendi [z]: vt liceat in parietem vicini tignum immittere, alioquin iuri communi non licet. Nam ſi protectum ſupra domum tuam habeam nullo iure,potes mecum agere ius mihi non eſſe ita protectum habere, quia propria authoritate reſcindere non poſſis tigna:quamuis, ſi traiectum aquæductus per tuam domum citra ius ſeruitutis faciam, iure tuo poſſis interdicere [a].Et generaliter, ſi quid in tuo fiat manu artificióque. Quia cuique licet ſuam tueri poſſeſſionem,& authoritate propria deſtruere vel prohibere. Si autem in ſuo quis faciat quod tuum lædat,non potes deſtruere,ſed experiri ius illi nõ eſſe ita agēdi [b].Hoc enim habet commodum poſſeſſio,vt in alieno factum & ædificatũ ſolo cedat [c]: & ita in arbitrio poſſidentis eſſe videatur opus demoliri vt ſuum.Denegatur autē authoritas illa in opere malè facto in re communi per ſocium, etiam contra ius ædificantem:& proinde perueniendũ eſt ad interdictum ſeu nunciationem noui operis, vel ad negatoriam actionem [d].Quemadmodum ſi quid naturali facto, ex tuo in meum immittitur, putà,ſi tuæ arbores in meum ſolum radices quæ noceant vel nociture ſunt, immittant, non licet propria authoritate exſcindere: quin prius te interdicto admoneam nõ licere tibi radices ita habere,vtque ſuccidas,vel mihi ſuccin-
dere & tollere liceat [e]. Cauere tamē debet is qui 2
in re communi agentem ſocium præter ius videt vel arbitratur rem ſuã eſſe, ne ſileat,vel ne verbo tãtùm denunciet nouum opus, ſed iactu vtatur lapilli:alioquin ædificantem vel immittētem
redderet & fateretur peſſeſſorem [f]. Non licet 3
autem in pariete communi vel ſupra aliquid ædificare vel imponere,quod noceat ſocio:permiſſum namque vti pariete cõmuni ſolum ad opus deſtinatum & ad ea quæ nocere parieti cõmuni non poſſunt [g],Itaque vt liceat mittere tignum in alienum parietem,vel in communem præter legem communitatis,vel conceſſione expreſſa,vel patientia vnde conſtituatur ſeruitutis ius, opus eſt: eáque ſeruitus ſecundum conceſſionē limitatam, vel ſecundum antiquam conſuetudinem intelligenda eſt,vt alibi,quàm vbi cõceſſum eſt, nec plura quàm permiſſum antè liceat modóque nouo immittere [h], & ita refectio primam ſequi debet formam [i],niſi generaliter quis conceſſerit ſeruitutem tigni immittēdi,ſine limitatione vel

z §.prædiorũ, de ſeru.l.1. de ſeruit. vrba. præd.
a l.quēadmodum,l.39. §. 1. ad l.Aquil.lib. 9.P.l. ſi vi item, l.21.§.ſi ad ianuam,quod vi aut clam,li.43. P.tit.23.
b Examinat Cæpola lib. 4. de ſeruit. vrb. præd.c.3.nu.8. Barto.in l.1.§. nuntiatio, de ope.nou.nunciat. Florian[9], in l.quēadmodum, §.ſi protectũ, ad l.Aq. l. ſed ſi inter, ſecundũ vnam lecturam gl.de ſer.l.ſi duo, §. etenim videamus, & §.Labeo,vti poſsi.
c l.adeò,§.ex diuerſo,de acqui.poſſe.P.§. ex diuerſo,de rer.diuiſ.
d l.ſi inter me & te,de ſerui. vrb.præd.
e l.ſi plures, arbo.furt. cæſar.in P.l.1. C. de interd.
f l.etſi fortè, l.6.§.ſciēdum, ſi ſeru.vēd.P.
g fin.leg.ſi ædes,iuncta gl. comm. diu. in P.l.cum duob. §. mella, pro ſoc.in l.pariete cum ſeq.de dam.inf.l.cui[9] ædificium, de ſeru.vrb.pręd.
h leg. ſi cùm meus, l. 14. ſi ſeru.vend.lib. 8. P.tit. 5.
i l.ſeruitutes, quæ in ſuperficie, l. 19. §. ſi ſublatũ,de ſer. vrb.præd.P.

diffinitione alicuius partis,quia verba generali-
ter prolata debet intelligi generaliter,& de om-
nibus & perpetuò [a],& contra concedentẽ in cu-
ius fuit poteſtate verba expreſſius concipere [b].
Quare datur aduerſus cedentem vel conceden-
tem confeſſoria actio vt tigna ſuſcipiat [c]:vt con-
trà ſi dominus duarum ædium quæ vna cõtigna-
tione reguntur, duobus ſeparatim & cuique al-
teras legauerit,vel ceſſerit,purè vel ſub cõditio-
ne illi nullam habent inuicem actionem,ius non
eſſe immiſſum tignum habere, ſed cuiuſque erit
pro ſua parte contignatio [d].At ſi quis victus eſt
ius illi non eſſe tigna in parietem meum immiſſa
habere,iudicis officio cõtinetur,vt de futuro vi-
ctus quoque opere caueat de non immittendis [e].
Porrò quæ de tigno diximus, intelligenda ſunt
de omni ſpecie & materia,quæ eius appellatione
continetur,prout vulgare in iure eſt [f].

a l.1.§.& generaliter,de leg. præſt.l. in fraudem;in fin. de teſta.mil.can. ſi Romanorum,19.diſt.
b l. veteribus, P.de pact.
c l. ſicuti, l.8. §. diſtant, ſi ſeruit.vend.
d l. binas ædes, l.35. & l. idémque.l.36. de ſerui.vrba. præd.
e Iabol. in l. egi, l.12.ſi ſer. vend.in P.
f ex l.1.de tig. iniunct.in P. l. tigni, de ver. ſig.l.adeò,§.appellatione,de acq.rer. dom. l.tigni, ad exhib.in P.

## De ſeruitute vrbana ſtillicidij immittendi,vel non auertendi Cap. 9.

1 *Tres ſeruitutis vrbanæ ſpecies ſtillicidium in ædes ſuas recipiendi,auertendi, vel non auertendi.*
2 *Stillicidium quid, & flumen, & quomodo differant.num.3. 4.*
3 *Stillicidij ſeruitus in quo differat à ſeruitute aquæ recipiendæ.*
4 *Stillicidij modus eſt tantùm duorum pedum in aream vicini productio.*
*Idem in impluuio quod recipit, & quomodo forma mutari poſſit.*
5 *Area,in quam cadit ſtillicidium,præſumitur eſſe proprietatis domus:vide & num.6.*
6 *Ianuam extra aperire quis poteſt, quatenus ſtillicidij rigor competit.*
7 *De ſeruitute ſtillicidij non auertendi.*

1 TErtia vrbana ſeruitus, vt ſtillicidium
vel flumẽ quis recipiat in ædes ſuas [g].
Eſtque duplex,ſtillicidium auertendi
in tectum vel aream vicini, vel non
2 auertendi [h]. Stillicidium, dicitur tectum vnde
aqua guttatim,in impluuium ſeu aream decidit.
Sicuti innuit Vitruuius [i],dum de ædificiorũ ſuc-
ceſſiua perfectione agens, dicit, *poſteà quoniam
per hybernas tempeſtates tecta non poterant imbres ſu-
ſtinere,faſtigia facientes luto inducto proclinatis te-
ctis,ſtillicidia deducebant.* Varro de his hoc mo-
do [k],*fluuius quòd fluat,item flumen, à quo lege vr-
banorum prædiorum ita ſcribitur, ſtillicidia flumina,*
3 *aquæ vt ita fluant, cadántque.* Inter hæc, hoc in-
tereſt, quòd ſtillicidium ſtillatim cadat: flumen
quòd fluat continuò.Ideo & perpetuam cauſam
flumen,& ſtillicidium dicuntur habere:quòd ex
naturali cauſa,quæ perpetua eſt,fluant,& aquam
cœlo lapſam non artificio aliunde immiſſam ha-
4 beant [l]. In quo differunt à ſeruitute aquæ reci-
piendę,quæ per foramen domus in aream alie-
nam cadit [m].Aliter Paulus diſtinguit [n],& differre
putat ſtillicidium à flumine,quòd ſtillicidium ex
alto decidat,& leuius,interdum directò in locũ
ſeruientem,interdum obliquè alibi vento delata
aqua. Flumen autem proximius ſit areæ:vnde &
ſtillicidiũ altius, inquit, tolli poteſt, quia leuior
fit ſeruitus: inferius demitti non poteſt,quia fit
5 grauior,& pro ſtillicidio flumen. In hac ſeruitute

g l. prædiorũ, de ſeruit.ruſt. prædior.l.1.de ſeru.vrb.
h d.l.1. de ſer. vrban.
i Vitruui. li.2. archit.c.1.
k Varro, 4.de ling.Latin.
l l.foramen,l. 27. de ſeruit. vrb.præd.
m d.l.foramẽ, & l. ſi quid igitur,eod.
n Paulus, in l. ſeruitutes quę in ſuperficie, l.19. §. ſtillicidiũ de ſeruit. vrb.pręd.in P.

modus conceſſus ſtillicidij conſiderandus eſt, vt
ſtillicidium ſit duorum pedum in areã vicini, &
nõ vltrà producatur,nec tectũ fiat productius [o].
Item & locus impluuij qui recipit, qui quidem
immutari non debet in formam in qua ſtillici-
dium non recipiatur.Proinde qui aream ſtillici-
dio debet,non poteſt in ea ædificare, vbi cœpit
caſitare ſtillicidium [p], niſi ædificando ſuſcipiat
quoque ſtillicidium,vel flumen,ſeu canales aquæ
fluentis, tunc enim licet [q], dummodò locus qui
ſubtus ſtillicidium eſt, ſit eius qui ſeruitutem de-
bet.Nam alioquin præter ius ſeruitutis apparens 6
præſumitur locus qui ſub ſtillicidio ædium eſt
proprietatis eius eſſe,cuius ædes ſunt, quantum
ſtillicidium protenditur, qua ratione & aperto
pariete domus ſuæ,dominus ianuam extra in pu-
blico aperire poteſt,quatenus ſtillicidij rigor &
tignorum proiectus cõpetebat, modò ne itineri
vicini vel luminibus officiat [r]. Sed eò magis ſi 7
ſolum inferius eius, qui habet ſtillicidium, ſit:
nam ſi poſsideretur ab alio vicino,certè eius prę-
ſumitur.Et ſi neuter poſsideat,forſan quòd locus
ſit publicus, vel vliginoſus ſeu paluſtris,vel ſteri-
lis, adhibenda diſtinctio, & repetenda antiqua
forma, an tempore quo quis quæſiuit ædificium
ſolum illud pertineret quoque ad vendentem,
vel ſi diuidentibus fratribus bona:vni domus,al-
teri area in partem ceſſerit. Nam tunc cenſetur
ius ſeruitutis impoſitũ habita ratione eius quod
eſt,vt quale ius eſt dum venditur,legatur,vel di-
uiditur,ita poſsideatur [s]. Si autem diuerſorum
dominorum fuerit area & domus cenſetur ius
ſeruitutis non proprietatis eius ſoli conceſſum,
cùm alioquin non liceret immittere vicino ſtilli-
cidium in aream vicini,cuius erat liberum per ſe
natura ſolum,vſque ad cœlũ [t].Quę dicta de ſtil-
licidio recipiendo,dicta cenſentur de non auer-
tendo [v]: veluti ſi dominus areæ aliquam vtilita-
tem capiat ex ſtillicidio vel flumine decidente ex
domo vicini:veluti ſi pauimentum areæ eius la-
uetur, vel ſi aqua in ciſternam eius excurrat, vel
hortũ irrigat. Et proinde agere poteſt in domi-
num domus de ſeruitute,ius ei non eſſe ſtillici-
dium auertendi,vel flumen, & vt tegulas,cana-
léſve reficiat ſuis expenſis,vt aqua ſecundum ius
ſeruitutis fluat [x].

o d. §.ſtillicidium.
p d.l. ſeruitutes,19.§.ſi ſeruitus.& l.ſi eo loco, l.9.§.1.ſi ſeru.vend.
q d.l. ſeruitutes,19.§.ſi.& l. ſi domus,l.20. de ſeru.vrb.
r l.fin.§.fin.de ſer.vrb. præd. vide Cæpolã, lib.1. de ſerul. vrb.c.28.nu.9.
s l.quod conclaue,de dam. infect.Bart. in l.1.de ſeru.leg.
t l.altius,C.de ſeru.
v d.l.1.de ſer. vrban.
x arg.l.eũ debere columnam, de ſerui. vrb.præd.

## De ſeruitutibus vrbanis altius tollẽdi,& non tollendi,& officiendi luminibus,& de proſpectu & lumine. Cap.10.

1 *Altius tollendi ſeruitus negatiua & affirmatiua quid.*
2 *Mercatores lumen in tabernis exoſum habent.Altius vt quis teneatur ædes tollere,rationes.*
3 *Luminibus ne officiatur ſeruitus,qualis:Luminis & proſpectus ſeruitutes vt differant,&c.*
4 *Luminum ſeruitus,diuerſa à ſeruitute ne luminibus officiatur.*
5 *Inuito vicino fit,non tantùm ſi is repugnet,verùm ſi non conſentiat expreſſè.*
6 *Ædificium quilibet ſuũ licitè tollit,etiã ſi obſcuret vicini lumina,niſi impediatur ſeruitute.*
7 *Ventus molitionis quomodo ab alio impediri non poteſt.*
8 *Seruitus ne ſolis radiis opponatur arbor aliud.*





9 *Seruitus ne luminibus officiatur, intelligitur de præſentibus & futuris, niſi expreſſè aliter caueatur.*
10 *Minus eſt in ſeruitute altius non tollendi, quàm in ſeruit.ne luminibus officiatur.*
11 *In ſeruitute altius non tollendi,quæ inſpicienda altitudo.*
12 *Seruitutes altius non tollendi,& luminibus nõ officiendi imponi poſſunt & vicinis,& remotis ædibus,& quomodo.*

1 QVarta ſpecies vrbanæ ſeruitus eſt ius
altius tollendi,& officiendi lumini-
bus vicini [a],vt vicinus vel qui inferius
ædificium habet patiatur [b]: itẽ altius
tollendi,vt vicinus teneatur altius ſuas ædes tol-
lere,iure hoc ſeruitutis. Forſan quia ius hoc ha-
bet,inde percipit vtilitatem,ne ventis vel frigore
infeſtetur propria domus editioribus ædificiis in
2 terpoſitis [c].Vel quia mercator eſt,aut interpola-
tor,& lumẽ in ſua taberna exoſum habet,vt ſępe
qui malè agit,odit lucem,& doloſis tenebræ ſunt
appoſitæ:vel forſan quia proſpectus in eam par-
tem,cui obiicitur ædificium alienum eſt inſuauis
& iniucundus,veluti ſi patibuli publici, vel loci
paluſtris,Forſan etiã quia locus cui illa ſeruitus
debetur, eſt is,in quem ſolent æſtate conuenire
homines & opus non eſt directo ſole, vt ait Leo
3 Baptiſta Albertus [d].Huic ſeruituti alia affinis ne-
gatoria,altius non tollendi [e],& non officiẽdi lu-
minibus vel proſpectui [f],& alia luminum. *Inter
ſeruitutes*,inquit Vlpianus [g], *ne luminibus officia-
tur,& ne proſpectus offendatur, diuerſum obſerua-
tur: quòd in proſpectu plus quis habeat, ne quid ei
officiatur ad gratiorem proſpectum & liberum: lu-
minibus autem non officere eſt, ne lumina cuiuſquam
obſcuriora fiant,ideò & nouum opus denunciatur, ſi
ita fiat,vt lumini noceat.*Paulus ait [h],lumen id eſſe
vt cœlum videatur,ita ex ſuperiori loco non in-
feriori eſt.Proſpectus autem etiam ex inferiori-
bus locis eſt,& ſuperioribus,& obiectis, vt pro-
ſpectus in mare,de quo & Iuſtinianus [i], cauit ne
impediatur.Quare ædificia quæ ſeruitutem de-
bent,ne quid altius tollatur, viridaria ſuper eam
altitudinẽ habere poſſunt:at ſi de proſpectu eſt,
eáque obſtatura ſunt,non poſſunt, vt ait Iabole-
nus [k].Seruitus luminum alia eſt ab ea ne lumini-
4 bus officiatur.Nam luminum ſeruitus eſt, vt lu-
mina noſtra vicinus excipiat.At cũ ſeruitus im-
ponitur,ne luminibus officiatur, hoc adepti ſu-
mus maximè,ne ius ſit vicino inuitis nobis altius
ædificare & ita minuere lumina noſtrorum ædi-
5 ficiorum [l].Inuiti autem cenſendi ſumus, non ſo-
lùm ſi contradiximus,verùm etiam ſi non cõſen-
ſerimus [m],niſi tam longa eſſet patientia, quæ in
6 præſcriptionem tranſiret [n]. Operepretium eſt
eum qui prohibere vult vicinum ne altius tollat,
ne luminibus officiat,ius ſeruitutis oſtendere:nã
ſine eo poteſt quiſque ſuũ ædificium liberè tol-
lere,& ædificare,etiam ſi obſcuret lumina vici-
ni [o]. Dummodò ædificandi formam conceſſam
communem nõ lædat,veluti vt in area quæ nulli
ſeruitutem debet,ędificando intermittatur legi-
timum ſpatium à vicina inſula [p],quod eſt ex iure
codicis,ſi inſula ſit publica,15.pedum: ſi priuati,
decem [q],aliter enim nouum opus nũciari poſſet
à vicino [r]. Tradit tamen Cæpola [s], quod prope
murum alienum ſuper trabibus vel lignis poſitis
vel requieſcẽtibus in ſolo ſuo inferiori,quilibet
poteſt ædificare ſtillicidium & ſolarium, nec te-

a l. .de ſeruit. vrb.§.prædiorum, de ſerui. ruſt.
b l.cuius ædificium,de ſeruit.vrb.
c vide Cæpolam, libr.1.de ſeru.c.26.
d Leo Baptiſt. Albertus li. 1. de arte ædific. c.12.
e l.altius,l.8.l. ſi in ædibus, l. 9.de ſeruit. & aqua,C.li.3.ti. 34.§.æquè, de actio.
f l.2. de ſerui. vrb.præd.
g Vlp. in l.inter ſeruitutes, l.14.de ſeruit. vrb.
h Paul. in l. lumen,l.15.de ſeru.vrb.
i in nouellis, cõſtitutione, 63.& 165.
k Iabol. in l. ædificia, l. 11. de ſerui.vrba. præd.
l l.3.de ſeruit. vrb.
m l.4.eod.l.filius,§.inuitus, de procu.in P.
n l.ſiquis diuturno,ſi ſerui. vendic.N. hæc autem iura, 5. de ſerui.vrba.
o l.cum eo,l. 8.& l.binas ædes,l.9.de ſer. vrb.præd.l.altius, C.de ſer.
p l.imperatores,l.13.de ſer. vrban.
q l.ſi cui, & l. meniana, C. de ædific. priuat.
r l.1.§. nunciatio,de ope.noui nũcia. in P. Cæpo.lib.1.de ſeru. vrb.c.56.
s Cæpo.li.1.de ſerui. vrb. c.6.

netur relinquere aliquod ſpatium etiam vnius
pedis:quia non habet in hoc locum l.fin fini re-
gundo.in P.Et ita obſeruaui.Altius non tollendi 7
ſeruitus quæſita,ad vtilitatem quoque areæ per-
tinere poteſt,vt non ratione luminum tãtum cẽ-
ſeatur impoſita ſed etiam altius ædificare prohi-
beat,ſi ventus impediat,quo minus liberè in areã
influat ad ſemina purganda [t],alioquin enim ſine
iure ſeruitutis:nec areæ conſideratio erit vlla, &
licebit in ſuo cuique & tollere, etſi vicino no-
ceat [v].Quod & in piſtrinis ſeu moletrinis venti-
latis,quæ vento aguntur,verum eſſe puto, dum-
modò vicinus ad æmulationem vicini,& ad iniu-
riam ex profeſſo non obiiciat impedimentum
vento.Et hæc ſeruitus altius non tollendi ſic ac-
commodatur ad aream vel piſtrinum ventilatum
ei qui ex ſua vtilitate ſibi ita proſpexit,ne ventus
ea parte interciperetur.Verùm frequentior cau-
ſa eſt,quæ ne luminibus officiatur vetat altius ę-
dificari.Poteſt tamen locũ habere in aliis prohi- 8
bitio ne luminibus officiatur,quàm in ædibus [x]:
veluti ſi is qui debet, arborem ponat, quæ offi-
ciat lumini,nõ autem ſi ſolem tantùm tollat:niſi
heliocamino ſeruitus debeatur, vel ſolario in
quibus ſole opus eſt [y].Placuit autem generaliter 9
ſeruitutem impoſitã ne luminibus officiatur, &
de pręſentibus luminibus & de futuris intelligi,
ſiue quæ ſint tempore conuentionis, ſiue quæ
poſteà futura ſunt:niſi in impoſitione ſic dictum,
lumina quæ nunc ſunt,vt ita ſint:nam tunc de fu-
turis luminibus nihil caueri videtur [z].Minus ita- 10
que eſt in ſeruitute altius non tollendi,quàm ne
luminibus officiatur.Nam qui non poteſt altius,
quàm certa ſit altitudo tollere, poteſt viridaria
ſupra altitudinem illam habere [a].Quod in ea ne
officiatur luminibus verum non eſt, vt diximus.
Porrò ſi controuerſia ſit,vſque ad quam altitudi- 11
nem non liceat ædificium habere, arbiter accipi
debet [b],vel formam antiquorum ædificiorum ſe-
qui [c] debet:iudéxque conſuetudinem longi tẽ-
poris vicem ſeruitutis obtinere ſciet [d]. Nec in- 12
tereſt in hac ſeruitute,ne luminibus officiatur,&
altius non tollendi num ædificium quòd eã de-
bet proximè noſtro dominanti, vicinum ſit, an
aliud ſit medium:Nam & ei qui vlteriores habet
ædes deberi poterit [e],licet mediæ aliæ liberæ in
medio ſint,quia donec illæ ſublatæ nõ erunt,erit
vtilitas ſeruitutis [f].Vbi tamen mediæ fuerint al-
tius ſublatæ, aliæ ſeruientes liberæ cenſentur,
quia amplius dominantium ædium non intereſt
tolli,niſi ſi deponatur iterum mediũ ædificium,
quia tunc renaſcetur vendicatio [g]:Alioquin ædi-
bus,quæ proſpici non poſſunt,aut quarum con-
ſpectum medius mons auferat,ſeruitus non im-
ponitur [h].

t ſi intelligẽda l.fin.§.ſi.de ſeru.C.ſi impoſita ſit ſeruit[o], non aliàs.
v l. proculus, de dam.inf. & l.fluminum,§. ſi.cum 2. ſequ. eo.tit.
x l.inter ſeruitutes, l. 14. §. quodcunque igitur de ſeru. vrb.
y l. ſi arborẽ, l.16.de ſeruit. vrb.præd.
z l. qui ædificium,l.21.& l. ſi ſeruitus, l. 22.de ſer.vrb. præd.
a l. ædificia, quę ſeruitutẽ, l.11. de ſeruit. vrb.& l. quod autem, eo.tit.
b l. qui luminibus,l.10.§.ſi. de ſerui.vrba. præd.
c d.l.qui luminibus,eo.& l. ſi manifeſto, l.7. C.de ſeru. & aqua,l.ſeruitutes,l.19.§ ſi ſublatum, de ſer.vrb.præd. Pan.
d l. .C.de ſeruit.& aqua.
e l.4.§.final.ſi ſeru.vend.l.in tradendis,l.8. §.1. commun. præd. Pan.l. ſi quis duas, l.6. eo.tit.
f l.& ideò,l.5. vend.
g l.& ſi fortè, l.6.ſi ſer. vẽd.
h l. ſi ædes, l. 37.& l.nemo. 38.de ſer.vrb.

## De ſeruitute luminum, & iure immittendi,& habendi feneſtras in pariete vicini. Cap. 11.

1 *Luminum ſeruitus quid,& quando immittere feneſtras in parietem liceat.*
2 *Murus cæcus quando aperiri poteſt.*
3 *Feneſtræ in ſuo pariete proſpicientes in aream vicini,quantæ altitudinis,& quales debeant eſſe ex conſuetudinibus Pariſiorum & aliarum gentium.*

4 *Feneſtræ quæ iure tantùm proprij parietis ſiunt clathratæ ſunt ſine iure ſeruitutis, & ita poſſunt obſcurari à vicino ædificante, & obturari.*
5 *In Gallia ſeruitutes non præſcribuntur tempore, vel vſu, ſeu poſſeſſione.*
6 *Feneſtræ conceſſæ ſine iure ſeruitutis, non debent vltra murum prominere.*
7 *In pariete communi feneſtram facere quomodo liceat.*
8 *Latrinas ædificandi qualis iuxta vicinum formula.*

1 SEruitus luminum,eſt habere vnam vel
plures feneſtras in pariete : vnde Paulus
reſpondit,eos,qui ius luminis immittendi
non habuerint,aperto pariete
communi,nullo iure feneſtras immiſiſſe [a]. In
qua ſeruitute ſic diſtinguendum eſt, an paries ſit
totus eius,qui feneſtram vult facere, an communis
cum vicino. Si proprius ſit & ſeruitus cõtraria
non ſit impoſita,in eo certè quodcunque voluerit,domino,
tanquam rei ſuæ libero moderatori,facere licet [b].Et ita poteſt facere feneſtram,
2 per quam excipiat lumen à vicini etiam area [c].Et
quamuis murus ſit antiquus cæcus ab omni tẽpore,tamen non ideò prohibetur dominus,quin,
vt in ſuo poſſit in eo feneſtram facere, eúmque
aperire [d];Sicuti nihil prohibet quin in mea area
ædificem,quamuis nunquam anteà ibi ædificatũ
fuerit [e]. Si tamen impoſita ſit ſeruitus, ne liceat
aperire murum proprium,lex ſeruanda eſt [f],nec
aperire poteſt; ſicuti nec in vicini æmulationem
faciens feneſtram,vel in vicini contemptum, vtque
omnia ſecreta rimetur & nouerit, vel ſi vt
cõtra honeſtatem velit oculos in monaſterium
monialium iniicere,ei concedendum eſt [g]: quia
malitiis hominum non eſt indulgendũ [h]. In quo
& qualitas perſonarum facientium conſiderãda,
& pariter odium,vel amicitia vicinorum. Alioquin
iure communi quilibet præſumitur bonus
& non facere nocendi animo,ſed ratione ſuæ vtilitatis,
vt non interſit valdè num noceat ſibi con-
3 ſulens [k].Ex conſuetudine Pariſiorum dominus
parietis quamuis ſolos,nõ poteſt lumina vel feneſtras
habere in vicini domum,niſi nouẽ pedes
diſtent à terra,ſeu à prima contignatione:in aliis
autem,iuxta ſuperius tabulatum,ad altitudinem
ad minus ſeptem pedum : & in his permiſſis,adhuc
debent adiici ferrei cancelli,clathrati,& vitreatæ
quieſcentes feneſtræ, ſpecularia videlicet
affixa,& quæ non aperiantur [i]. Hybernis obiecta
notis,ſpecularia puros admittunt ſoles,& ſine lu-
4 ce diem, vt ait Martialis [m]. Tholoſana quoque
conſuetudo non ſcripta eſt, vt vicinus in aream
vicini vel hortum,poſſit habere feneſtram in pariete
ſcilicet ſuo, diſtantem tamen ab inferiori
contignatione per decem pedes,ſine iure tamen
ſeruitutis [n],quia & vicinus poteſt iuxtà in ſuo
5 ædificare, & ita tollere lumina impunè.Nam ex
conſuetudine generali regni Franciȩ, non præſcribuntur
ſeruitutes tempore, nec poſſeſſio earum,
quamuis quis vel feneſtris, vel ſtillicidiis
vſus fuerit ſpatio triginta vel quadraginta annorum,
vel longiori tempore [o]. Eo modo quoque
ſancitũ eſt Lutetiæ, ſeruitutes in domos alterius
poſſe tolli,ſi aliud ius non ſit, quàm per patien-
6 tiam quæſitum [p]. Sed & in prædictis feneſtris
permiſſis,cancellatis,& vitreatis, vel tela cerata
concluſis, illud obſeruatur, ne protendi poſſint
extra murum vel parietem, vel ſtillicidium, in
aream vicini,quæ illi libera remanere debet vſque
ad cœlum [q]:quod & de cancellis, quos vocant
*Ialouſies* ſeu *treillis* intellige, quæ ſpecularia
à quibuſdam dicuntur [r]. Quòd ſi muru,vel paries 7
ſit communis, placuit ne is aperiri poſſit inuito
ſocio,nec ibi feneſtram fieri [s]: nam feneſtra fieri
non poteſt,quin alteretur vel lædatur paries. Cæpola
tamen in hoc dubitat,potiſſimùm ſi vnus ex
ſociis extulerit parietem communem,item ſi paries
poſſit pati apertionem ſine damno,& ita pleríſque
in locis feneſtras permitti tradit : verumtamen
leges municipales eſſe conſulendas,& cõſuetudines
[t].Vt Lutetiæ prohibitum eſt in pariete
partiario ſeu communi, feneſtram vel proſpectum
habere,ſine conſenſu dominorum ſeu ſociorum
parietis. Atque ideò ſtatutum muro illo
caduco,qui egeat refectione,modos & menſuras
feneſtrarum inibi exiſtentium,ab expertis iuratis
ciuitatis inſpici debere,vt non reficiantur præter
modulum aut menſuram antiquam [v]. Poſſe tamen
aperiri murum communem etiam vſque ad
proximi domum pro tignorum trabeationis immiſſione,
dummodò poſteà foramina legitimè
obturentur [x]. Sic conſuetudine Turonenſi cautum
[y],vt qui latrinas, foramináue in ſuo pariete 8
iuxta vicini parietem facere voluerit, teneatur
inter murum proximi & ſuum, murum alium
conſtruere duorum pedum & ſemis calce & ſabulo.
Idipſum conſtitutum conſuetudine Andegauenſium [z], & Aureliacenſium [a].

## De ſeruitute vrbana protecti & proiectus. Cap. 12.

1 *Seruitus proijciendi & protectus vrbana.*
2 *Protecta ſeu proiecta quid.*
3 *Inter proiectum,& commiſſum differentia.*
4 *Suggrundia quid.*
5 *Meniana quid.*
6 *Podium quid.*
7 *Meniana, & ſuggrundia, vel proiecta quando in aream vicini liceat habere.*

SExto ordine tractanda eſt ſeruitus 1
proiiciendi,protegendíue, quam inter
ſeruitutes vrbanas connumerat
Caius Iuriſconſultus [b]. Protecta ſiue 2
proiecta, ſunt prominentiæ,& veluti ſupercilia
parietum:ſuggrundulæ,ad arcenda ſtillicidia inuentæ,
quæ vulgari ſermone, *larmiers*, dicimus
Sic nos docet Vitruuius [c] de ædificandis parietibus
loquens : *ſummis parietibus ſtructura teſtacea
ſubijciatur altitudine circiter ſeſquipedali, habeátque
proiecturas coronarum : ita vitari poterunt quæ
in his ſolent fieri vitia. Cùm enim in tecto tegulæ
fuerint fractæ,aut à ventis deiectæ, qua poſſit ex imbribus
aqua perpluere, non patietur lorica teſtacea
lædi laterem, ſed proiectura coronarum, reijciet extra
perpendiculum ſtillas, & ea rationæ ſeruauerit integras
lateritiorũ parietum ſtructuras.* Accedit Palladius
[d],*quòd ſi lateritios parietes in prætorio facere
volueris*, inquit, *illud ſeruare debueris, vt præfectis
parietibus in ſummitate, quæ trabibus ſubiacebit,
ſtructura teſtacea cum coronis prominentibus fiat ſeſquipedali
altitudine,vt ſi corruptæ t[...]ulæ aut imbrices
fuerint, parietes nõ poſſint pene[...] per pluuiam.*

Labeo

a l. eos qui, l. 19. de ſerui. vrban. prædio.
b l. in re mandata, C. manda. l. nemo exterus, C. de Iudæis.
c hoc notat Bal. & Doctores in l. altius, C. de ſeruit. & aqua.
d Cæpola, qui de hac, feneſtrarum materia tract. lib. 1. de ſeruit. ruſtic. c. 62.
e glo. in l. qui luminibus, in verbo ſtatum, in fine, de ſeruit. vrba. prædio.
f Paul. Caſt. in l. quoties, de ſeruitu. per l. venditor, l. 13. com. prædio.
g Cinus, Paul. Caſtr. in l. altius, de ſeruit. facit l. opus, de operib. public.
h l. in fundo, de rei vend. P. l. merito, pro ſoc. in P. l. fi. de præſumptio.
k l. fluminum §. fi. de damn. infec.
i à le ſtile du Chaſtelet de Paris, touchãt la maſſonerie, art. 3. 11. & 12.
m Martial. lib. 8. meminit & de his l. quæſitum, l. 12. §. ſpecularia, de fun. inſtru. P.
n Ioan. de Caſa veteri, in cõment. ad conſuet. Tholoſ. tit. de ædific. & baſtimentis in glo. fin.
o Nicol. Boer. in §. 5. de præſcript. in conſuetu. Biturig. Eſt & conſuetudo Turonenſium titul. des veues & eſgoutz art. 1. Andegauẽſiũ tit. de præſcriptionis, artic. 454. 455. couſtumes du Maine, ti. des preſcriptions art. 462. 463. 464. Blois art. 230. ar. de ſeruitus reeles, & 231. & 233. Orleãs tit. de preſcri. art. 190 & 201. & 202. Paris, tiltre de raportz des iurés articl. 80. Chartres, tit. de ſeruit. & pſcript. art. 80. & 81. Clermõt. ti. des eſgoutz, art. 216. & 218. omitto ſimiles.
p en le ſtille du chaſtellet de Paris touchant la maſſon. art. 14.
q l. fin. de ſeruit. vrba. prædio. P.
r vide de his Cæpolam, lib. 1. de ſeruit. vrban. prædio. c. 63.
s Angelus, in l. quidam Iberus, de ſeruit. vrb. præd. Idẽ Ange. in l. inter quos, 4. colum. verſic. ex his infertur, de dam. inf. Caſtr. in l. quoties, de ſeruit. & in l. parietẽ, de ſeruit. vrb. qui tamẽ permittit, ſi nõ noceat vicino, ſed ſemper nocet & alterat parietẽ, vnde reiicitur eius ſentẽtia à Cæpola, lib. 1. de ſeruit. c. 62. nu. 3.
t Cæpola, vbi ſuprà, num. 4.
v à le ſtile du chaſtelet touchant la maſſonnerie, ar. 3. 11. 12.
x eod. in ſtilo circa princip.
y in conſuetud. Turonen. tit. des veues & eſgoutz ar. 2.
z tit. de præſcri. areſt. 452.
a Aureliac. ti. de præſcr. art. 191.
b in l. 1. de de ſeruit. vrb.
c Vitru. lib. 2. de archit. c. 8.
d Pallad. li. 1. de agric. c. 11.



3 Labeo [a] inter proiectũ & immiſſum hoc interceſſe
ait,quòd proiectum eſſet,quod ita protẽderetur,
vt nuſquam requieſceret, qualia meniana
& ſuggrundia eſſent : immiſſum verò, quod ita
fieret, vt aliquo loco requieſceret, veluti tigna,
trabes, quæ immitterentur. Atque eò loci inter
proiecta,meniana, & ſuggrundia ponit differen-
4 tiam. Suggrundia,ſunt tecti partes prominentiores,
ex quibus, imbrices aquam & ſtillicidium in
impluuium remittunt. Varro vocat ſubgrundas,
5 Græci γεῖσα & ὑπογεῖσα. Meniana,ædificia quædã
dicta, vt putatur, à Menio inuentore,qui primus
excogitauit hoc ſtructuræ genus, vt tignis extra
columnã proiectis tabulíſque ſuperpoſitis, pluribus
in vna columna ſpectatoribus locus fieret.
Is enim Menius cùm domum,quam habuerat ad
forum ſpectantem, vendidiſſet, excepta columna,
tigna ibi proiecit vnde ipſe & poſteri ſpectarent
gladiatores, vt authores Aſcon. Pedianus,
Sextus Pompeius,& Porphyrio. Ita Vitruuius in
ſpectaculis meniana ſuperioribus coaxationibus
(id eſt tabulatis ab axibus) collocari debere tra-
6 dit [b]. Dicit & Podium, idem quod menianũ Vitruuius
[c]: vterque nãque eſt locus porrectus inſtar
pulpiti,mutulis è marmore vel ligno ſuppo-
7 ſitis. Meniana itaque & ſuggrundia & proiecta
vnam habebunt tractationem. Porrò lex eſt poſita,
ne meniana iuxta vel contra aream vel domum
vicini priuati habere liceat, niſi interſint pedes
decem,ſolis, & aëris liberi nobis:ſi autẽ obiiciatur
ædificiis publicis,pedes quindecim,aliter verò
decidãtur [d], ſcilicet ſi ſint ſine iure ſeruitutis.
Nam iure ſeruitutis licet,& vidente & patiente
domino [e]. Paulus quoque de proiecto diſputans
ait, ſi quis proiectum ſupra vicini ſolum nõ iure
habere dicatur, tolli interdicto poſſe per eum,
cuius eſt ſolum. Et ſi iure habeatur, poſſe prohiberi
per dominum domus, ne inhibeatur proiectum
à domino ſoli [f]. Et ſi menianum priuatum
ſit,in publicum ſolum reſpiciens,& velum extra
poſuerit,quod vicini luminibus officiat, vtile interdictum
competit:ne quid in publicum immittat,
qua ex re luminibus officiatur alterius [g] Sic
Ludouicus 12. Rex Gall. Lugduni mãdauit deiici
proiecta domorum in vias publicas anno Domini
1499. [h].Subinde anno Domini 2560. idipsũ
fieri per vniuerſas ciuitates Galliæ, in comitiis
Aureliacenſibus ſtatutum eſt [i]. Et lege Romana
inhibitum quoque,ne ſupra vias pontes ad coniungendas
domos facere liceat,vel aliud,quo deterior
via fiat,vt ſpecus [k].

## De ſeruitute vrbana proiiciendi aquam vel quiſquilias. Cap. 13.

1 *Non licet proijcere aquam ex ſuperiori loco, vel quiſquilias, ſine iure ſeruitutis : aliter ius prohibendi eſt.*
2 *Qui habet ſeruitutem proijciendi aquam in inferiora,non poteſt fœtida, vel vrinam, vel alia in iniuriam inferiorum proijcere.*
3 *Fumum in ſuo facere licet lauaréque, aquam ſumere: dum non fiat in iniuriam alterius.*
4 *Fumum quando licet ex inferioribus ſine ſeruitute in ſuperiora immittere.*
5 *Interdictum vtile vti poſſidetis, pro conſeruando iure fumi faciendi.*
6 *Ob quas cauſas quis prohiberi poteſt, ne fumum etiam in ſuo faciat.*

HIc affinis tractatio ſeruitutis proiiciẽ- 1
di [l], videlicet aquam vel quiſquilias,
in aream vel hortum vicini:nam non
omnis qui habet lumen immiſſum
vel lumina in res vicini,hanc ſeruitutẽ proiiciendi
vel proſpiciendi habet, ſed luminis tantùm.
Itaque ex ſuperiori loco in inferiorem non licebit
citra ius ſeruitutis, aquam vel quid aliud immittere:
aliter agitur ita ius nõ eſſe,negatoria [m].
Sed ſi ius ſeruitutis ſit,licet [n],dummodò iniuriæ 2
faciendæ cauſa nõ,proiiciatur,quia tunc iniuriarum
nomine agi poteſt [o]. Et dum non proiiciantur
vrina,fœtida, vel ſtercora,aliáue ſimilia, quæ
in hac ſeruitute non cẽſentur conceſſa,ſed excepta
[p]. In ſuo tamẽ ſine proiectione quis poteſt li- 3
berè ſedere : lauare,& fumũ facere ſolito modo,
& dum non faciat animo iniuriandi, neque ob
aquam modicam cadentem in alieno reprehendi
poteſt, vel prohiberi ne in ſuo lauet [q]. De fumo 4
etiam eadem dicenda ſunt aſcendẽte & immiſſo
ex inferioribus partibus in ſuperiora,vt nõ liceat
citra ius ſeruitutis [r],alioquin agatur actione, ita
ius nõ eſſe,vel iniuriariũ,ſi animo iniuriãdi fiat [s].
Quòd ſi quis vult immittere iure ſuo,nec faciat
animo iniuriandi,quod in dubio non præſumitur
[t]: diſtinguendum an faciat ignem ſolitũ quẽ
exigat vſus ſui & familiæ,& ita fumum nõ grauẽ
faciat,vt non poſſit prohiberi [v]. Etenim hoc natura
prȩdij eſſe videtur, & ignis. Nam ignis vix
ſine fumo vnquam, carbonum etiã quamuis ſit.
Ignis autẽ & fumi natura ſurſum tẽdere,vt aquȩ
deorſum ad ſuum centrum:& proinde eadem ratio,
ac in aqua erit,aduerſus cuius damnum proſpicitur
vicino toties, quoties manufacto opere
agro aqua nocitura eſt:ſed cùm quis manufecerit,
quò aliter flueret,quàm natura ſoleret:ſi fortè
immittendo eam aut maiorem fecerit, aut vehementiorem,
aut ſi comprimendo redundare fecerit:
quòd ſi natura aqua noceat,ea actione nõ cõtinetur
[x]. Et quando lex agris dicta non eſt,naturam
loci ſeruandam eſſe placuit,& ſemper inferiorem
locũ ſuperiori ſeruire debere, atque naturaliter
hoc incommodũ inferiorẽ à ſuperiore
pati, & ibi quaſi quandam ſeruitutem eſſe [y]. Superior
autem is dici poteſt ager, ſeu potius ædificium
ſuperius,vbi fumus fit reſpectu ignis, qui
primùm ab eo oritur, & inferius ædificium per
quod tranſit. Nam quemadmodum aqua, quæ in
inferiora tendit,dicitur reſpectu centri immitti:
ſic & fumus ab inferiori ad cẽtrum pergẽs,dicitur
quoque immitti [z]. Et ſi quis velit ita vtentem 5
iure ſuo,in ſuo prohibere, datur ei interdictũ vti
poſſideris [a]. Scilicet vtile,veluti pro quaſi poſſeſſione,
quæ in ſeruitutibus cõſideratur [b]. At ſi prȩ 6
ter conſuetũ morẽ vel in quãtitate vel in qualitate
ignem ſolitũ augeat:vnde ſit vel fumus grauior
vel copioſior:putà ſi res fœtidas,veluti cẽtones
coriorũ,oſſa,ſtipulã madidam,vel fœnũ comburat,
vel vice mediocris ignis, putà carbonum,
quod tantùm poterat facere, ligna vtat potiſſimũ
viridia & fumãtia:vel ſi anteà domus dominus
igni cõmuni vtens,locauerit ei qui caſeariã
tabernam exercet, & fumo caſeos vel alia ſiccet,
prohibitio fieri poteſt,ſi ſeruitus non ſit impoſita
fumum immittendi [c]. Quare & puto nec pro fumo
agi poſſe cum eo cui ius eſt focum habendi,
neque pro damno, quod inde euenerit ex

incendio

a l. malum nauis, l. 242. §. 1. de verb. ſign. l. quemadmodũ 39. §. ſi protectum, ad l. Aqui. in P.
b l. Vitruui. li. 5. de architect. cap. 1.
c in c. 7. lib. 5.
d l. Meniana, de ædific. priu.
e gl. in d. l. Meniana, in verbo detrũcetur.
f l. 1. §. item videamus, in 2. & §. Labeo, vti poſſid. li. 43. P. tit. 16. l. quẽadmodum, 39. §. 1. ad l. Aquil. in P.
g l. 2. §. cùm quidam, ne quid in loc. publi. li. 43. P. tit. 8.
h Guillel. Paradinus, lib. 3. Hiſtoriæ Lugdunenſ. c. 10.
i in conſtitut. Aureliac. anni 1560. art. 96.
k l. 2. §. tractatum, & tot. tit. ne quid in loc. pub. in P. facit l. fin. de flumini. P.
l in l. 1. §. fin. de ſeruit. vrba.
m Vlp. in l. ſicuti, l. 8. §. ariſto. ſi ſeru. vẽd. P. l. fiſtulas, 13. eo. l. quidam Iberus, l. 12. de ſerui. vrb præd.
n d. §. ariſto.
o l. pen. de iniuriis, in P.
p Cæp. in 1. de ſeru. vrba. in c. 31. nu. 5. per tex. & gl. in l. fin. §. pen. quod vi aut clam & per tex. & gl. in l. 2. §. idem ait ſi in odore, ne quid in loc. pub. fac. l. 1. §. 2. de cloac.
q d. l. ſicuti, §. fi.
r d. l. ſicuti, in §. ariſto. & §. fi. ſi ſerui. vend.
s l. pen. de iniur. P.
t l. fluminum, §. fin. de damn. inf. P.
v d. l. ſicuti, §. fin.
x Vlpi. in l. 1. §. hæc autem actio, de aqua plu. arcend. li. 39. P. tit. 3.
y d. l. 1. §. denique, de aqua plu. arc.
z d. l. ſicuti, §. ariſto.
a d. l. ſicuti, §. ſed & interdictum, l. ſanè, l. 14. de iniur. in P. l. ſi duo, §. hoc interdictũ vti poſſid.
b l. pen. de ſeruit. in P.
c d. l. ſicuti, § dicit igitur Ariſto.

incendio,niſi anteà proſpectum fuerit damni infecti cautione [a] contrà, ſi præter morem ignem fecerit vel negligenter cuſtodierit [b], vel conſultò, vbi non ſolet fieri, focum fecerit. Sicque intelligo reſponſum Vlpiani, quo ſi quis fumo facto apes alienas fugauerit, vel necauerit, in factum actione tenetur [c].

a l.ſi ſeruus ſeruum, 27. §. ſi furnum, ad l. Aquil.
b d. l. ſi ſeruus ſeruũ §. ſi fornacarius.
c Vlpi. in l. ſi quis fumo, l. 50. l. Aqui.

## De ſeruitutibus ruſticorum prædiorum,ſemitæ,itineris, viæ, & actus. Cap. 14.

1 *Tranſire per prædium alienum ius non eſt, fas etſi ſit. Iniuriarum actio contra volentem ingredi fundum alienum inuito domino competit.*

2 *Quibus cauſis licet aliena prædia inconſultis dominis ingredi.*

3 *Via publica imbribus deſtructa, per vicina prædia ire licet.*

4 *Coguntur vicini viam vendere ei, qui habet inter illos prædium medium.*

5 *Seruitutes prædiales ruſticæ quæ: Iter,actus, via quid,& ſemita.*

6 *Latitudo actus,viæ,& itineris quanta eſſe debeat.*

7 *Conceſſis ſeruitutibus actus,viæ,& itineris, omnia in prædio agere licet, ſine quibus quis vti nequit.*

8 *Dominus prædij ſeruientis in ſeruitute ruſtica, non tenetur reficere prædium pro vſu ſeruitutis:contra in ſeruitute vrbana.*

*Refectionis nomine in ſeruitute quæ non liceant, & de actionibus pro iure hoc cõfirmando. &c.*

9 *Confeſſoria quomodo, & quando domino prædij dominantis competit. Interdictum prohibitorium de itinere quando detur.*

10 *Exceptiones quæ dantur vocato in ius ex interdicto de itinere.*

11 *In interdicto de itinere,fit æſtimatio eius quod intereſt prohibitionem non fieri, venitque cautio de non prohibendo.*

12 *Explicatur differentia inter actum & viam.*

1 IVre communi diuiſione probata rerum,per fundum alterius tranſire ius non eſt [d], etſi fas ſit [e]. Et ideò dominus poteſt prohibere ingreſſũ fundi cuilibet [f]. Et ſi eo inuito velit ingredi, tanquam prohibitus re ſua vti, poteſt actione iniuriarum experiri [g]:fas tamen eſt, id eſt, ſi non prohibeat dominus potiſſimùm,æquum eſt: maximè ſi innoxius eſt tranſitus, & iam facta via vel ſemita fructib. collectis,nam per eum ire deſiderat, etſi dominus ſemitã non interciderit. Alioquin enim intercidẽdo vetare videtur: ſignum enim eſt eũ non conſentire,& vetare:idcirco etiam ignorans, qui non conſentit, videtur [h]. Neque alteri permiſſum eſt legem, quam ſuis rebus quiſque po-
2 nit,violare,vt iuri conſonam [i]. Paucis exceptis,in quibus leges permittunt alienum ſolum & cum authoritate iudicis ingredi, vt in theſauri effoſſione,quod in alieno poſitum quis iurat ſe habere [k], in perſecutione ſerui fugitiui [l]: ſi dominus qui pendentes ſui prædij fructus vẽdidit,emptori ingreſſum colligendi cauſa prohibeat [m]:ſi glãdem quæ cecidit in fundum alterius, dominus fundi colligere vetat [n]:nã hoc licet data cautio-

d l. per agrum, l. 11. de ſerui. C.
e c. 1. pri. diſt.
f l. 3. §. 1. de ac. rer. dom. §. planè, apud Iuſt. de rer. diuiſ. l. diuus Pius de ſeruitu. ruſtic. prædio.
g l. iniuriarum actio, l. 13. §. ſi quis, de iniur. in P.
h l. qui vas, 49. §. vetare, de furt. in P. facit l. inuitum, 4. de ſerui. vrba. præd.
i §. diſponat, de nupt. l. 2. de his qui ſũt ſui vel alien. iur. l. fin. §. fin. C. de pact.
k in l. Theſaurus, l. 15. ad exhib. li. 10. P. tit. 4.
l l. 2. de ſer. fugit. C.
m l. qui pẽdentẽ, l. 26. de act. empt. lib. 19. P. tit. 1.
n l. de glan. legen.

ne damni infecti [o]. Et ſi via publica deſtructa eſt 3
imbribus,vt per eam iri non poſſit tunc enim ire licet per fundum alienum [p], videlicet vicinum viæ publicę:cùm quod ſuo quis vtilitatis publicę cauſa priuari poteſt [q], tum etiã,quòd ipſe eſt quodammodo in culpa,quòd publicũ iter ſibi vici-
num non reficiat,vt tenetur [r]. Sic etiam, ſi ager 4
alicuius ſit vtrinque alienis cinctus, is poteſt aliquẽ ex vicinis cogere oblato pretio, iter ſibi dare ea parte, qua minus incommodum paſſurus eſt [s]. Item ſi per illud iter per annum & triginta dies proximos iuerit,ſciente & patiente domino fundi [t]. Quare qui fundum habet,ad quẽ ire colendi cauſa non poteſt,nec inde fructus exportare,vicinis circundatus ſine via publica,poſſet cogere vicinum ſibi iter præbere, ne illi prædium inutile ſit oblato legitimo pretio pro iure conceſſo & prouidentiæ iudicium eſt, his neceſſitatibus agriculturæ ſatisfacere [v]:ſi modò aliũde ad fundum venire non poſſit,alioquin enim eò adire deberet,quamuis longiſſimum eſſet iter. Et ſic ſeruari tradit Maſuerius [x], & iudicatum fuiſſe Papus [y]. Itaque ad vtilitatem prædiorũ & cõmoditatem dominorum conſtitui oportuit remedia quædam,quibus dominorum iura aliis vicinis cõmunicarentur,ſuaſit neceſſitas prædiorum & vtilitas,ſine quibus nõ cõſtituitur ſeruitus hæc rea-
lis [z] prædiorum. Ea prædiorum ſeruitus in multi- 5
plici differentia eſt pro ratione diuerſæ vtilitatis: atque eius generis,iter,actus, via, aquæductus [a]. Iter,eſt ius eundi,ambulandi hominis,non etiam iumentum agendi,vel vehiculum. Actus, eſt ius agendi vel iumentum vel vehiculum,cõtinétque iter. Via, eſt ius vehundi, ambulandi, & agendi. Exiſtimo & ſemitam annumerandam,quæ itinere anguſtior, quaſi ſemi-iter [b]. In ſermone cõmuni & apud bonos authores extra etiam tractationem ſeruitutum in iure, hæc via & iter promiſcuè vſurpantur, at in ſeruitutum cauſa longè differunt,quia minus iter,quàm via. Et ire dicitur non tantum qui pedes it,ſed qui iumento inſidet aut lectica,aut ſella eques:non autem iumentum ducere per iter poteſt, ſcilicet pedes. Et is qui actum habet armentum trahere & vehiculũ du-
cere poteſt [c]. Latitudo actus itineriſque ea eſt, 6
quę demõſtrata eſt,quòd ſi nihil dictum eſt, hoc ab arbitrio ſtatuendum eſt. In via aliud eſt,nam ſi ea dicta non eſt,legitima debetur [d]. Legitima autem eſt latitudo viæ,in porrectum octo pedũ:in anfractum vbi flectitur, ſexdecim [e]. Anguſtior tamen vel latior conſtitui poteſt [f]. De priuata loquor, non de publica, quæ alterius tractationis, & multiplex eſt, militaris, regia, conſularis,
communis,publica [g]. Prædictis tribus ſeruituti- 7
bus commune, vt illis conceſsis, poſſit is cui quæruntur, in prædio ſeruiente ea omnia facere, ſine quibus vti non poſſet, niſi fodiendo, ſubſtruendo, & alia faciendo. Sicut & in aliis ſeruitutibus [h]. Videntur enim conceſſione alicuius facta, omnia ea quoque conceſſa,ſine quibus inutilis ea conceſſio eſſet [i]. Inutilis autem eſſet ſeruitus prædialis, ſi locum ſeruitutis non liceret reficere vel idoneum reddere ei cui debetur. Siquidem dominus prædij ſeruientis ad id
non tenetur [k]. In quo diſtinguitur à ſeruitute 8
vrbana oneris ferendi hæc prædialis ſeruitus [l].

o l. Iulianus, l. 9. §. glans, ad exhib. li. 10. P. tit. 4.
p l. ſi locus, §. ſi, quemadmo. ſeruit. amitt.
q l. Lucius, de euict. in P. l. itẽ ſi verberatum, de rei vend. in Pan.
r l. ædiles, l. 3. de via pub. li. 43. P. tit. 14.
s l. ſi quis ſepulchrum. de relig. & ſumptib. funer. P.
t l. 1. in princ. & §. prętor ait, de itiner. act. priua.
v l. 1. de agrico. & cenſit. li. 11. C. auth. agricultores, C. quæ res pign. oblig. poſſ.
x Maſ. in praxi, §. itẽ ſi quis petat viam de ſeruit. per l. binas ædes, & l. olimpo. de ſeruit. vrba. P. & l. teſtatrix, in princ. ſi ſeruit. vendic. l. ſeruum. §. fin. de leg. 1. l. damnas eſto, §. 1. de vſu fru. lega.
y Papus, li. 14. rapſod. areſt. tit. 1. areſt. 3.
z l. quoties, l. 15. de ſeruit. ti. generali. in P. l. ſicuti. §. fin. ſi ſeruit. vendic.
a l. 1. de ſerui. ruſtic. prædio. li. 8. P. ti. 3 §. ruſticorum, de ſeruit. ap. Iuſti. vbi finitiones traduntur.
b l. quantum, l. 157. de verb. ſign.
c l. qui ſella, l. 7. l. inter actũ, l. 12. de ſeruit. ruſt.
d l. certo generi, l. 13. §. 1. & l. latitudo, de ſeruit. ruſt.
e l. viæ latitudo l. 8. eo.
f l. via, l. 23. eodem. tit.
g vt in l. 2. §. viarũ, ne quid in loc. pub. P. videbis, & antè diximus, dum de publicis rebus egimus, li. 3. c. 13.
h l. ſi iter, l. 10. de ſeruit. titul. generali. l. ſeruitutes, l. 19. §. ſi domo, de ſeruit. vrba. prędi. l. quintus, l. 15. de ſeruit. ruſt. l. refectiones, §. ſi com. prædio. l. Seruius, §. ſeruus. de riuis l. 1. §. ſi quis mihi, ſi ſerui. vend. l. 3. §. vtilitas de itiner. actúque priua. P.
i l. fin. de offic. eius cui mand. eſt iuri. l. 2. de iuriſd. omn. iu. ſi vſusfruct. peta. l. binas 1. §. non autem, d. l. 3. §. qui hauſtum, de ſeruit. ruſt. l. 1. §. 1. ruit. vrban.
k l. quoties, 1. §. fin. de ſeruit. tit. gener.
l d. l. quoties.

In hac



In hac tamen refectione vel ædificatione ſeruiẽtis loci,cauendum eſt,ne forma proprietatis immutetur,quia tunc non licet [a]:neque etiam licet iter vel viam lapide ſeu ſilice ſternere [b]. Neque reficere quoque licebit, ſi in ſeruitutis conſtitutione lex dicta ſit, vt qui eundi agendíue ius habeat,reficiendi ius nõ habeat:vel ſi velit reficere vſque ad certum tantum modum poſſit [c]. Cauere etiã debet & vt qui reficit,minori quoad fieri poſſit detrimẽto prædij ſeruientis faciat:aliter enim meritò prohibetur [d],extra hos caſus vel ſimiles minimè. Nam competunt domino prædij dominantis actio confeſſoria, & interdictum de itinere actúque priuato: illa ſi in iure ſeruitutis impediatur: hoc,ſi facto aliquo ab vſu & quaſi
9 poſſeſſione prohibeatur [e]. Confeſſoria itaque cõtra prohibentẽ reficere [f],vt ſuprà diximus, ſi in loco itineris ædificatur [g], vel ſi arborem habeat impendentẽ vicinus, quæ viã vel iter inuium vel inhabile faciat [h]. Interdictum autem præcedens prohibitorium eſt de itinere actúue priuato,pertinens ad tuendas ſeruitutes,cuius cõceptio ſubſtantiam demonſtrat. Sic enim prætor ait, *quo itinere actúque priuato, quo de agitur, vel via,hoc anno, nec vi, nec clam, nec precario, ab illo vſus es, quominus ita vtaris, vim fieri veto* [i]. Quo interdicto prætor non inquirit, vtrùm is qui eo vtitur habuerit ſeruitutem iure impoſitam, vel non: ſed tantùm an vſus ſit hoc itinere vel actu,hoc anno, non vi,non clam, non precariò:& in hoc tuetur eum, licet eo tẽpore, quo interdictum redditur, vſus nõ ſit:ſi modò hoc anno vſus eſt, vel modico tempore,id eſt,non minus quàm triginta diebus [k]. Quòd ſi hoc anno vſus nõ eſt propter inũdationem fortè vel aliud ſimile,ſed ſuperiore anno,poteſt repetita die hoc quoque interdicto vti per in integrum reſtitutionem,ex illa parte,ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur: Et ſi per vim contigerit non fuiſſe vſum, in integrum reſtituetur [l]. Differt autem ab interdicto de itinere reficiẽdo: quòd hoc non competat, niſi ei qui hoc anno ſit
10 vſus [m]. Exceptiones vocati, quæ agentem excludunt,erunt,quòd is vſus ſit precariò,clam,vel vi ſeruitute [n]. Item ſi eò commeauit,non tanquam iure ſuo vtens: nam vt hoc interdictum competat,ius fundi poſſediſſe oportet [o]. Mens enim inſpicienda poſſidentis,ratione cuius quis non ſolùm per ſeipſum vti dicitur,ſed etiam per colonum,per hoſpitem,vel aliũ nomine ſuo [p], ex ſuo
11 mandato [q],& per vſufructuarium [r]. Et in hoc interdicto æſtimatio fit,quãti interſit via prohiberi vel itinere [s],datúrque cautio de nõ impediendo, quandiu de iure ſuo, qui prohibet, doceat [t].
12 Sed quæſtio eſt inter interpretes,quid interſit inter actum & viã,cùm ex ſuperioribus finitionibus appareat eãdem tribui vtrique facultatem [v]. Et ideò cùm comminiſci oporteret, quandã aliã differentiam, quàm nominum diuerſitas adferret [x]: interpretes quidam putarũt viam latius patere,quàm actum: alij alia adferunt. Ego neminẽ reprehendo,ſed exiſtimo differentiam petendam à M. Terentio Varrone,qui mihi perſuaſit actum eſſe,viam in agris ruſticiſque conceſſam:viam & alibi quàm in agris, vt actus ſit viæ ſpecies. Sic enim ſcribit [y]:*Via ſiquidem iter, quod ea vehendo teritur: actus iter in agris: iter iterum, quòd agendo teritur: etiam ambitus iter, quod circumeundo teritur,&c.* Vt actus ita ſit ius agendi vel iumentum vel vehiculum, ſcilicet in agrum à villa. Et eo modo videtur ſenſiſſe Vlpia. dum agit de priuatis itineribus [z]. *Priuatæ viæ,*inquit, *dupliciter accipi poſſunt: vel hæ quæ ſunt in agris, quibus impoſita eſt ſeruitus,ita vt ad agrum alterius ducant, vel eæ quæ ad agros ducunt:per quas omnibus commeare liceat, in quas exitur de via conſulari: & ſic poſt illam excipit via, vel iter, vel actus ad villam ducens.* Sextus Pompeius Feſtus in libris de verborũ ſignificatione, *Actus,*inquit,*modò ſignificat in comœdiis & tragœdijs,certa ſpatia canticorũ, modò iter inter vicinos quatuor pedum: modò in Geometrica minorẽ partem iugeri,id eſt,centum viginti pedum,&c.*

a l. vſufructua riuſ in l. 1. §. ædificium, de vſufru. in P.
b l. loci corpus, l. 4. ſi qs, ſi ſeru. ven. P.
c l. 3. §. fieri autem de itin. actúq; priua. li. 43. P. ti. 18.
d l. veteres, l. 4. & l. ſequ. de itiner. actúque priuat.
e l. 2. §. final. ſi ſeru. vend.
f l. 4. §. ſi quis mihi, ſi ſeruit. vend.
g per totam l. ſi in eo loco, l. 9. eod. ſi ſerui. vend.
h l. loci, l. 4. §. ſi quis mihi, ſi ſeru. vend.
i explicatur in l. 1. & to. tit. de itin. actu. priu. lib. 43. P. tit. 18.
k d. l. 1. §. hoc interdicto.
l d. l. 1. §. ſi quis propter inundationem, & §. Iulianus, in 2. eod. tit.
m l. 3. hoc interdicto, eod. tit.
n d. l. 1. §. ſi tibi fundum, & l. 3. eod. tit.
o l. fin. de iti. act. priu. & l. 1. §. Iulianus, in 1. eod. tit. l. fi. ſi ſeru. ven. lib. 8. P. tit. 6.
p l. l. 1. §. is cuius colonus, de iti. actúque priu.
q l. 3. §. ſi quis, eod.
r d. l. 3. §. vti videmur.
s l. 3. §. in hoc interdicto eo.
t l. fi. de aqua quotid. & æſti. lib. 43. P. tit. 19.
v l. 1. de ſeru. ruſt. prædio. §. ruſticorum, de ſeruit.
x l. ſi idem, C. de codicil.
y Varro. 4. de ling. Latin.
z Vlp. in l. 2. §. priuatæ vię, ne quid in loc. pub. lib. 43. P. tit. 8.

## De aquæ ductu. Cap. 15.

1 *Aquæductus quid.*

*Seruitutes iura dicuntur.*

*Aqua ducitur ex publico vel priuato loco, ſed permittente domino &c.*

*Aquam ab alio ducens prædio, quando alij poſſit impertire,&c.*

*Aquæ dominus,ſi alius ius ſeruitutis non habeat, concludere & continere in ſuo aquam poteſt opere manufacto.*

2 *Princeps permittit aquam ex riuo vel loco publico ducere, hócque ius eſt reale & perſonale.*

*Cõcedebant hoc ius olim prætores & ſenatus, cauſa cognita priuatis,&c.*

3 *Conſuetudo immemorialis cuique ex publico aquam ducendi tribuit.*

4 *Per viam publicam, vel ſupra aquam ducere, ad principem concedere pertinet.*

5 *Via publica media ductum aquæ, non hauſtum impedit.*

*Impedit etiam medius locus ſacer, & religioſus.*

6 *Ex publico ducere aquam licet, ſi ſine iniuria fieri alterius poſſit,vel nauigantium.*

7 *Ex flumine publico non nauigabili, & quod in nauigabile non deſcendit, licet cuique priuato aquam ducere, ſine præiudicio tamen accolarum & non auertendo aquæ alueum.*

8 *Flumina ſunt publici iuris, etſi non ſint nauigabilia, neque quiſquam priuata authoritate pontem facere poteſt ſupra. Stagnum quid, & lacus,& foſſa.*

9 *Medium prædium inter aquam & prædium ducentis aquam, ſeruituti conſentiri debet,aliter impedit.*

10 *Qui habet aquæductum,non poteſt ſupra alterius iter aream ſcindere.*

11 *Seruitus ducendæ aquæ ex flumine per vicinum fundum,flumen inde recedens non ſequitur.*

12 *Ductus aquæ,& aquæ hauſtus ſeruitutes differunt.*

13 *De modis aquæ ducendæ,&c. 14.*

15 *De aquæductibus inſignioribus Romanorum.*

16 *Modus ducendæ aquæ mutandus non eſt. Riuus quid,&c.*

17 *Ductus aquæ præſentis & inquirendæ, & fontis, & ex fonte conceditur.*

18 *Aquæ ducendæ,vt nec itineris ius diuidi nequit, at poteſt aqua & vſus diuidi.*

19 *Diurnæ,nocturnæ,æſtiuæ,quotidianæ,ab vſu diuiſo dictæ quomodo.*

20 *Modus conceſſus aquæ ducendæ, & quomodo quis incipit vti ſi indefinitè fuiſſe conceſſum ius ducẽdi,ſequendus. Idẽ in itinere, & actu, & via.*

21 *De remedijs contra vtentem alio quàm oportet modo ductu aquæ, & tuitione rectè vtentis.*

22 *Aqua exareſcens,ex qua ſeruitus,ſi poſtea redeat, ſeruitutem retinet.*

Aquædu

1 AQuæductus eſt,ius aquæ ducẽdæ per
fundum alienum [a].Res enim ſua ne-
mini ſeruit [b]:ius commune omnibus
eſt ſeruitutibus, quæ in iure conſi-
ſtunt & iura dicuntur [c].Aqua porrò ducitur vel
ex priuato, vel ex publico [d].Cæterùm aquã quæ
in alieno loco oritur, ſine voluntate eius, ad
quem vſus eiuſdem aquæ pertinet prætoris edi-
ctum non permittit ducere [e].Sicuti & qui aquæ-
ductum ab alio obtinuit, ex eodem alteri non
poteſt impertire, inuito eo qui primus con-
ceſſit [f], niſi poſtquam ingreſſa aqua eſt fines
prædij ſui [g]. Nec præſes prouinciæ ſeu iudex,
vſum aquarum, quæ ex fontibus iuris noſtri
oriuntur, contra ſtatutam conſuetudinis for-
mam, nos carere nobis inuitis, cogit: vtpote
quòd durum ſit & crudelitati proximum, agris
noſtris ſitientibus,aquam noſtram ad aliorum vi-
cinorum agrorum vſum propagari [h].Ideo ſi cõ-
ſtitutio ſeruitutis non doceatur, dominus fundi
in quo aqua eſt,facto in loco proprio opere:con-
2 tinere aquam poteſt,ne alibi fluat [i].Permittitur [k]
etiam aquam vel ex caſtello, vel ex riuo, vel ex
quo alio loco publico ducere,verùm id à princi-
pe conceditur [l]. Aliíque nulli competit ius aquæ
dandæ.Datur ius hoc interdum prędiis,& eſt tũc
reale,quòd extincta perſona non extinguatur:in-
terdum perſonis,& ideò ad alium dominũ prę-
diorum non tranſit,neque ad hæredem qualem-
cunque ſucceſſorem [m].Videtur & hoc ius cõce-
dendi datum prætoribus antiquitus [n],& ſenatui,
eò quòd populi vel principis authoritatẽ refer-
rent:vel iſti tantùm cauſa cognita concedebant,
3 ſi non noceretur publicæ vtilitati [o].Sicut & cõ-
ſuetudo aliquando,quæ initij non habet memo-
riam,aquæductum ex publico ſuſtinet [p]: videtur
4 enim id princeps ratum habuiſſe. Sic ad princi-
pem pertinet,vt ab eo ſolo petatur, vt per viam
publicam ſine incommodo publico aquã duce-
5 re liceat. Nam is locus intermedius, quamuis
aquæhauſtum non impediat:impedit tamẽ aquę-
ductũ,vt & ſacri & religioſi loci interuentus [q].
6 Conceditur autem & aquã ex publico & per viã
in publico ducere,ſi ſine iniuria alterius id fiat [r].
Fieret autem iniuria alterius, ſi conceſſus aquę-
ductus eſſet ex flumine nauigabili, vel ſi is flue-
ret in flumẽ nauigabile,vnde nauigatio & com-
mercia lædãtur [s].Quare nec princeps poteſt tũc
permittere, niſi huic iuri nominatim deroget [t].
7 Si tamen publicum flumen nauigabile nõ ſit,nec
damnum publicum ſequatur, licet cuique etiam
ſine imperatoris permiſſu vel ſenatus, niſi illi ve-
tent inde aquam ducere [v]. Quod intelligo ſine
iniuria etiam accolarum,vt nõ liceat aquæ alueũ
8 diuertere [x].Sunt enim flumina perẽnia iuris pu-
blici, etſi non ſint nauigalia: nec ab aliquo ex
priuatis vſurpari omnino debent,nec poſſunt:nõ
ſecus quàm non poſſunt impedire, ne fluant: &
ideò qui in fluminis publici vtraque ripa habet
domum,non poteſt flumini pontem priuati iuris
imponere [y],nec prohibere ne nauigetur in eo [z].
Si tamen ſtagnum,foſſa, lacus priuati iuris ſint,
qui dominus eſt poteſt liberè his vti, & aliis in-
terdicere. Stagnum eſt,quod temporalem conti-
net aquam ſtagnãtem potiſſimùm tempore hye-
mis.Lacus,qui perpetuam habet aquam:foſſa,re-
ceptaculùm eius manufactum [a].Quæ tamen eſſe
etiã publica poſſunt,vt tunc cuilibet vti ex arbi-

a l.1.de ſeruit.ruſt.§.ruſticorum,eod.app.Iuſtin.
b l.vti frui,ſi vſufr.peta.l.in re cõmuni, de ſeruit.vrban.l.nemo.38.eod.
c l.1.§.fi.de rer.diuiſ. l.1. de ſeruit. vrba. l.2.quemad,ſeruit.
d l.1.§.hæc interdicta, de aqua quoti. & æſti.
e l.aquam,l.4.de ſeruit.& aqua,li.3.C.tit.34.
f l.Lucio, de aqua quotid, & æſtiu. l. ex meo, l.24.de ſer.ruſt.præd.
g l.1.§.illud, de aqua quot,& æſti.libr.43.P.tit.19.
h l.præſes prouinciæ. l.6.de ſeruit.C.
i l.ſi tibi.l.10.C.de ſeruit.
k l.1.§.permittitur, de aqua quotid. Iulius Frontinus,lib,2. de aquæductu.
l d.§.permittitur, l. quominus, de fluminí.P.l.ſi in publico,§.ſine ꝑmiſſu, de aqua plu.arcen.P.
m d.§.permittitur, l. pecoris,& l.quæro, de ſeruit. ruſtic,præd.l.arbor,§.fin.cõ.diuid.P.l.priuilegia de regul.iur.l.quia talem, ſol.matrim.P.
n l.ſi autẽ plures,l.10.§.fin.de aqua plu.arcen.li.39.P,tit.3.
o l.2.de fluminib.P.
p l.hoc iure.§.ductus aquæ, de aqua quotid.& æſti.
q l.ſeruitutes prædiorum, l.14.§.publico loco, de ſeruit.P.
r l.imperatores,17.§.fin. de ſeruit.ruſtic.
s d.l.ſi autem,§.fina.de aqua plu.arcen.l.2.de fluminib.li.43.P.tit.11.l.1.vt in flumini.publ.nauig.licce.lib.43.P.tit.13.
t glo. in d.l.2.de flumin.
v d.l.2.de fluminib.
x l.4.§.ſunt autẽ qui putant, ne quid in flu.pub.libr.43.P.tit.12.
y l.fi.de fluminib.P.
z d.l.1.§.hoc interdicto, vt in flumi.publ.naui.lice.
a l.1.§.ſi priuata,& ſeq.§§.vt in flum.publ.naui.lice.l.lacus,de acquiren.rerum domin.

trio non liceat [b].Fieret item iniuria dominis præ- 9
diorum mediorum,inter prædium eius qui obti-
nuit,ductum aquæ & ipſam publicam aquam, ſi
per eius fundũ eo inuito duceretur: proinde &
de ſeruitute depaciſci ducẽtem oportet cum eo,
cuius eſt prædium medium,quod alioquin ſerui-
tutem impedit [c],ſicuti ſi aliunde ex priuato vlte-
riori fundo ducere vellet,cõuenire debet, & cũ
illis quorum intereſt per locum duci [d]. Nec qui 10
habet aquæductum poterit arcũ ſupra iter alte-
ri debitum ſtruere,per quem aqua relicto itinere
tranſeat [e].Imò ſi aquam ex flumine publico per 11
fundum meum vicinum flumini ducas,& flumẽ
receſſerit, non poteſt ſubſequi flumen ſeruitus:
quia ei loco ſeruitus impoſita non ſit,quamuis is
locus meus ſit:ſubſequi tamẽ poteſt,ſi alluuione
ad fundum tuum acceſſerit [f].Aquæductus,ſerui- 12
tus ducendæ tantùm aquæ eſt,vt differat ab hau-
ſtus aquæ ſeruitute.Porrò modi ducendi aquam 13
quales permiſſi ſunt conſiderare oportet,nã plu-
res ſunt:ducũtur enim per riuos apertos & clau-
ſos,per ſubſtractionẽ,per opera arcuata,per mo-
dulos,fiſtulas [g],euripos,tubos,digitos [h],per for-
mas [i],& ſimilia, ad hauriendam & continendam
aquã organa plura à Vitruuio [k] explicata, vt per
tympanum,per rotam cum modiolis [l],& caſtello
per rotam cum ſitulis;per cocleam per cteſbicã
machinam. Et apertius alibi idem Vitruuius [m],
*ductus,inquit,aquæ fiunt generibus tribus: riuis per
canales ſtructiles: aut fiſtulis plumbeis ſeu tabulis fi-
ctilibus.* docẽtque conſtruendi rationem. Palla- 14
dius [n]& hos & alium refert modum.*Cùm ducen-
da,inquit,eſt aqua,ducitur aut forma ſtructili,id eſt,
canali fabrica conſtante,aut plumbeis fiſtulis, aut ca-
nalibus ligneis, aut fictilibus tubis.* Æreis fiſtulis 15
ducere recens,inuẽtum. Fuerunt & aquæductus
Romæ 14.ex cocto latere,ea latitudine & altitu-
dine,vt eques inſidens equo per eos ire poſſet [o].
Paulo iuriſc. placuit [p],non aliàs per lapidẽ aquã
duci poſſe,niſi hoc in ſeruitute conſtituenda cõ-
prehenſum ſit:quia *non conſuetudinis ſit,*inquit, *vt
qui aquam habeat, per ſtratum lapidem ducat: illa
autem quæ ferè in conſuetudine eſſe ſolent, vt per fi-
ſtulas aqua ducatur, etiam ſi nihil comprehenſum in
ſeruitute conſtituenda, fieri poſſunt: ita tamen, vt
nullum damnum domino fundi ex his detur.* Sic is
qui ius aquæ quotidianæ habet,vel fiſtulã in riuo
ponere,vel aliud quodlibet facere poteſt, dum-
modò ne fundum domino, aut aquarium riuali-
bus deterius faciat [q]. Et ſi aqua ducatur ab alio,
etiam ſupra eam alia aliqua per pontẽ, qui ſupra
riuum factus ſit, iure ducitur,dum inferiori riuo
non noceatur [r]. Modus tamen ducẽdi electus ſe- 16
quendus erit.Nam ſi quis ex riuo recto vſus, per
apertum ducere velit:vel contrà,qui antè aperto
duxit, nunc tecto velit:interdicto ne quid in flu-
mine publico ripáve eius fiat, tenetur,ſi modò
hoc eius factum,incommodum aliquod circa ac-
colentes afferat [s].Simili modo ſi incile [t] ducat,
vel alio loco faciat,vel ſi alueũ fluminis mutet:
nec ex aperto riuo terrenum facere debet, nec
ſigninum ſeu lapideum, non attollere, non de-
primere, non dilatare, vel extendere, non
operire apertum vel contrà [v]. Riuus autem,
locus eſt per longitudinem depreſſus, quo aqua
decurrat [x].Conceditur ductus aquæ non tan- 17
tùm præſentis & fluentis, ſed etiam quærendæ
& nondum inuentæ [y]. Olim ex capite ſeu ex
fonte aquam ducere non erat per[m]iſſum, hodie
& inde ſeruitus conſtitui pote[ſt, a]quæ ducen-
dæ.Et

b d.l.1.§.planè, vt in flum.pub.naui.lice.
c Paul. l.qui ſella, l.7.§.fin.de ſerui.ruſti.præd.& idem Pau.l.ſi priùs,l.17.§.fi.de aqua plu.arcen.l.7.§.1.de aqua quotidia.& æſti.
d l.in concedendo, l.8.l.in diem,9.l.ſi autem,l.10.de aqua plu.arcen.P.
e l.ſupra iter.l.11,eo.tit.
f l.hoc iure,l.3.§.ſi aquam,de aqua quoti.& æſti.
g Iul. Fronti.in princ.1.libr.de aquæduc.& in 2.
h l.Lucius, de ſeruit.ruſti.
i l.1.de aquæduct.li.11.C.
k Vitru.lib.10.architec. c.9.10.11.12.
l de hac in l.2.com.prædio.
m Vitru.libr.8,cap.7.
n Pallad.lib.9.de re ruſti.c.11.
o Procopius, lib.1.
p Paul. in l.ſi prius, l.17.§.1.de aqua plu.arcen.l.1.§.fin.de riuis.lib.43.P.tit.20.
q l.3.§.pen.de aqua quotid.& æſti.l.Quintus Mutius, l.15.de ſerui.ruſtic.P.
r d.l.3.§.fin.de aqua quotid.
s l.1.§.ſi qs ex riuo, ne quid in flu.pub.
t quid incile, in l.1.§.incile.de riuis,li.43.P.tit.20.
v l.1.§.fi.& l.2.de riuis P.
x dict.l.1.§.ait ergo, de riuis.
y l.Labeo, de ſeruitu.ruſtic.prædio.l.pen.& fin.ſi ſeruit.vend.in P.l.ei fundo, l.19.de ſeruit.tit.generali.



18 dæ [a].Et quamuis viæ, itineris, actus, & aquædu-
ctus pars in obligationem deduci non poſſit,quia
vſus eorum indiuiſus ſit [b]: tamen temporibus &
modo vtendi,aqua & deductio eius diuidi poteſt,
remanente iure vtendi indiuiduo [c]. Idem & in
aquæhauſtu, ſi aqua ſufficiens ſit pluribus. Et ſi
pluribus per eundum locum,aquæductu conceſ-
ſo, non conueniant inter ſe qui ius habent quo-
modo vtantur, poſſunt agere inter ſe communi
diuidundo [d]: vel vti debent alternis diebus, ſeu
19 temporibus inter ſe præfinitis [e]. Vnde fiunt &
aquarum diuiſiones temporibus, vt diurnarum
vel nocturnarum aquarum, quia horis illis tan-
tùm quis aquam ducere poſſit [f]. Inde & dicta
æſtiua & quotidiana [g]: æſtiua,quæ eſt,qua æſtate
ſola vti expedit,vel tantùm conceditur,vel æſtate
tantùm ſui natura duci poteſt. Quotidiana, quæ
aſſiduè duci ſolet vel poteſt, vel æſtiuo vel hy-
berno tempore.Ea quoque quotidiana,cuius ſer-
uitus intermiſſione temporis diuiſa eſt, ſi peren-
20 nis eſt [h].Eo modo quo conceſſa eſt ſeruitus aquæ
ducendæ, vtendum eſt,nec miſcenda alia aqua [i],
eóque quo quis cœpit vti [k]. Nam conceſſio
aquæ ducendæ per fundum generaliter facta, vt
& viæ & itineris,& actus,quamlibet partem fun-
di habet ad vſum liberam: ciuili tamen modo,
qui tacitè in conceſſione venire videtur, vt nec
per vineas,nec per villam ipſam hæc liceant,cùm
ea æquè commodè per alteram partem duci poſ-
ſit,& minori ſeruientis fundi detrimento: verùm
conſtitit, vt qua primùm quis viam direxiſſet,ea
ire ageréve deberet,neque amplius mutandæ po-
teſtatem haberet: ſicuti & riuum primò quilibet
licuit ducere, ſi certus non cenuenit locus, poſteà
autem quàm ductus eſt,non licet transferre [l],niſi
in conuentione ſeruitutis id ſit permiſſum nomi-
natim, vt per quamlibet partẽ fundi ire, agere,
ducerévé liceat, nihil enim prohibet, ſubinde ſi
velit mutare [m]: quia expreſſa conuentio tollit ta-
21 citi legis interpretationem [n]: Itaque ſi quis alio
modo quàm permiſſum eſt, vel alio tempore in-
terdicto vſus ſit, prohibetur: vt contrà, ſi quis
modo conceſſo & vſu continuato vtatur, & pro-
hibeatur vti, vel conceſſum reficere, interdicto
quoque iuuatur de aqua quotidiana & æſtiua [o],
22 interdicto de riuis [p].Sed ſi fons exaruerit, vnde
duceretur aqua,& poſteà renaſcatur,ſeruitus quę
anteà extincta videbatur,& vna reuiuiſcet: tuen-
dúmque erit prædium dominans, quia citra do-
mini negligentiam amiſſa erat vel ſuppreſſa [q],
per reſtitutionem quandam. Sed hactenus de
aquæ ducendæ ſeruitute dictum ſit, plura alia ſu-
periori libro 3.explicata videre poteris de aquæ-
ductu c.22.& lib.1.c.3.& 4.

a l.ſeruitus aquæducendæ, l.9.de ſeruitu.ruſtic.prædio.l.1.§.hæc interdicta, de aqua quotid.
b l.viæ, l.17.de ſeruit.lib.8.P.tit.1.
c l.4.in princ.& §.1.& fi.& l.5.de ſeruit.tit.generali.l.2.§.1.& fi.de ſeruit.ruſt.l.cùm conteſt.l.5.de aqua quotid.in P.
d l.4.in fine,de aqua quotid.& æſti.
e l.cùm conſtet, l.5.de aqua quoti.
f l.2.de aqua quoti.l.ſi commune §.1.quẽadm.ſeruit.amitta.l.4.§.modum,& l.via §.1.de ſeruit.tit.generali.
g l.de interdicto, l.6.& tot.titul.de aqua quot.& æſti.
h l.1.§.duo autem.cum ſeq.§§.de aqua quotid.
i l.1.§.item quęritur,eod.
k d.l.1.§.illud, eod.
l l.ſi cui ſimplici vſu, l.9.de ſerui.tit.generali, l.ſi mihi conceſſerit, l.21.& l.ſi via,26.de ſeruit.ruſti.prædio.l.certo generi, §.ſi locus,eod.
m l.nam ſatis, l.6.§.cæterùm, quemad.ſerui.amitt.lib.8.P.tit.6.
n l.1.§.ſi conueniat.depoſ.in P.l.fin.de pact.cõuen.C.
o prout videbis in l.1.cum ſuis §§.de aqua quotid.& æſti.
p tit.de riuis, lib.43.P.tit.20.
q l.vnus ex ſociis, l.34.§.fin.& l.& Attillicinius,l.35.de ſeruit.ruſtic.prædio.l.ſi quis ex fundo,l.13.& l.ſi locus, l.14.quemadm.ſerui.amitt.

## De aquæhauſtu. Cap. 16.

1 *Aquæhauſtus ſeruitus ruſtica prædialis,quæ aquæ imponitur.*
2 *Ius hauriendi prædialis ſeruitus prædio acquiritur, vt non poſſit inde alteri concedi: Et quî differat ab vſu hauriendæ aquæ perſonæ conceſſo.*
3 *Hauſtus aquæ vicino proximo tantùm vel medio conſentiente remoto conceditur; conceſſo hauſtu conceſſum cenſetur iter ad hauriendum per fundum, & reliqua, ſine quibus hauriri non poteſt, actio, & refectio & ſimilia,&c.*
4 *Interdictum de fonte: & conceſſoria quando pro hauſtu detur.*

AQuæhauſtus ruſticorum prædiorum 1
ſeruitus eſt [r], quæ imponitur aquæ,
quæ duci non poteſt, qualis putea-
lis [s], qua conceditur ius hauriendi
aquam, non ex flumine publico, quia inde ſine
ſeruitute cuilibet licet haurire [t]: ſed ex flumine,
fonte, riuo, lacu, puteóve priuato, vel in ſumma
ex prædio vicino, quatenus ad fundum noſtrum
opus ſit. Nam ad prædij tantùm dominantis ne- 2
ceſſitatem reducuntur prædiales ruſticæ ſeruitu-
tes [v], vt & alijs vicinis prædijs, qui acquiſiuit,
non poſſit communicare ex alieno, niſi conuen-
tum ſit [x], cùm ſeruitus etiam ſeruitutis eſſe non
poſſit [y]. Et hauriendi ius non hominis, ſed præ-
dij eſt [z]. Et ita tantùm conceditur ei, qui fundum
vicinum habeat [a], & in hoc diſtinguitur hæc ſer-
uitus ab vſu aquæ hauriendæ perſonæ conceſſo,
quæ ſeruitus potius perſonalis, vt aliud debitum
perſonale cenſetur, & quæ extinguatur cum per-
ſona [b]:cùm tamen realis, prædij poſſeſſores ſe-
quatur [c]. Conceditur hauſtus tamen vicino alij, 3
quàm proximiori, dummodò intermedius iter
præbeat ad tranſeundum, & ad hauriendum [d].
Qui tamen vicino proximiori aquæ hauſtum cõ-
cedit, in ſuo videtur conceſſiſſe, & iter ad hau-
riendum [e],vt conceſſa alia vnà omnia cenſentur,
ſine quibus conceſſo vti quis non poſſet, veluti
refectio,purgatio, & id genus ſimilia [f]. Et proin- 4
de competit interdictum de fonte vtendo,ſi hau-
rire,purgare,reficere quis prohibeatur, vel ſi iter
denegetur, quo vſus antea non vi,non clam,non
precario [g]. Si de iure autem quæſtio,agetur con-
feſſoria vel negatoria [h], ſiue vnus ſit,qui habeat
hauſtum aquæ, ſiue plures, cùm nihil prohibeat,
quin ex eadem aqua,ſi ſufficiens ſit, pluribus non
poſſit concedi hauſtus certis diebus & diuerſis
temporibus limitatus [i].

r l.1.§.in præcijs, de ſeruit.ruſt.præd.§.inter,de ſerui.
s l.1.§.quanquam de aqua quot.
t l.3.§.fi.de ſeruit.ruſt.
v l.ergo, l.5.de ſeruitut.ruſtic.prædio.
x l.ex meo, l.24.& l.cùm eſſent, l.33.§.fin.de ſeruit.ruſt.
y l.1.de vſu & vſufr.lega.
z Pompo.in l.ſi mihi, l.20.§.fi.de ſeruit.ruſtic.
a l.ergo, l.5.de ſeruit.ruſt.
b l.pecoris, l.4.& l.Λεύκιος τίτιος, l.37.de ſerui.ruſtic.l.mela, l.13.§.fi.de alimen.& cibar.leg.li.34.P.ti.1.
c l.1.§.permittitur, de aqua quotid.& æſt.l.ſi in publico,§.ſine permiſſu, de aqua pl.arc.
d l.ſi prius, l.17.§.fin.de aqua plu.arc.P.
e l.3.§.fin.de ſeruit.ruſt.
f l.ſi iter, de ſeruit.ti.generali.l.ſeruitutes,§.1.de ſerui.vrb.P.l.veteres, de iti.actúue pri.l.refectionis, commu.præd.P.
g vide per totam l.1.de fonte, lib.43.P.tit.21.
h l.2.§.fi.ſi ſerui.vend.
i l.2.§.1.fi.de ſeruit.ruſti.l.Lucio, de aqua quot.& æſti.

## De ſeruitute prædij inferioris excipiendi aquam ex ſuperiori profluentem. Cap. 17

1 *Excipiendæ aquæ ſeruitus impoſita fundo inferiori, quæ ſit.*
2 *Lex fundorum duplex, priuata, publica: & qualis vtraque vt ſeruitutem faciat,idem nu.3.*
3 *Aquæ pluuiæ arcendæ actio locum quando habeat.*
4 *Agrorum varia limitatio,& terminatio qualis.*
5 *Agri natura quomodo ſeruiat.*
6 *Vetuſtas quid operetur in ſeruitutibus agrorum.*
7 *Aqua pluuialis,non pluuialis,& mixta quid.*
8 *Aquæ pluuiæ arcendæ interdictum quando cõpetit.*
9 *Interdictum de aqua pluuia non datur pro aqua retenta à ſuperiori prædio, ſed pro immiſſa vel auerſa.*
10 *Pro damno dato aqua immiſſa opere datur interdictum quod vi aut clam,& quomodo pro dato agendum eſt.*
11 *Opus,per quod nocet pluuia,conſiderandum eſt. Et de ſulcis aquarijs in agro faciendis.*
12 *Foſſas, agrorum ſiccandorum cauſa, quomodo liceat facere.*
*Aggeres quomodo debeant reſtitui.*
13 *Qui debet ſeruitutis ruſticæ aquam foſſa continendi vel recipiendi,non tenetur foſſas purgare, vel reficere.*



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

1 AQuam ducere vel haurire ex alieno prædio, interdum prædijs vtile eſt: & ideò prædictæ ſeruitutes introductæ ſunt, vt liceat ducere. Aliquando autem defluentem in noſtra prædia aquam ex alienis, damnoſum eſt excipere, vtile autem illis qui prædia ſuperiora habent,fundos ita decurſu aquę deſiccari.Et proinde inde alię ſeruitutes,vel aquæ arcendæ interdictum,vel nõn immittendę oriuntur. *In ſumma tria ſunt*, inquit Paulus [a], *per quæ inferior locus ſuperiori ſeruit,lex,natura,loci vetuſtas, quæ ſemper pro lege habetur minuendarum litium cauſa.*
2 Lex, priuata vel publica eſſe poteſt: priuata conſtitutio ſeruitutis ex conuentione partium definita, quæ inſtar legis ſeruanda inter conuenientes [b], vt ſi dictæ leges agris quibus vicina magna ſunt flumina, vt liceat mihi in agro
3 tuo aggeres vel foſſas habere [c]. Ideò ſi fundus tuus ita vicino ſeruiat, & propterea aquam recipiat, ceſſat aquæ pluuiæ arcendæ actio, ſi tamen non vltra modum noceat, vt ſi vicino quis ceſſerit, ius ei eſſe aquam immittere [d]. Idem ſi vicinus operi quo aqua immittitur quæ nocet, conſenſit, id eſt, facientem patiatur [e] ſine errore [f]. Publica lege factum videtur, quod in agrorum diuiſione factum eſt [g], & ſi qua opera aquæ immittendę cauſa publica authoritate facta ſint,quæ in aquę pluuię actionem non veniunt [h].
4 Antiquitus agri decumani militibus aſſignati, & limitibus ſuis traditi ſunt poſſeſſoribus dominis [i]. Fuit & ager vel diuiſus vel aſſignatus coloniarum limitibus,& per poſſeſſionem proximarum rigores percurrens delineatus in longitudinem per ſtrigas,limitatus cum menſura. Erat & arcifinus ſine menſura, finitus tamen ſecundùm aliquam obſeruationem fluminibus, foſſis, montibus,vijs, ab arcendis hoſtibus ita dictus [k]. In his ſeruitutes,vel iura primùm conſtituta ſeruanda ſunt, & antiqua monumenta ſequenda: non ſecus, ac in priuatis prædijs diuiſis quæ dominis placuerint,
5 potiora ſunt [l]. Natura res interdum ſeruire dicitur,quando ex natura agri ſine opere manufacto, aqua à ſuperiori in inferiorem decidit & nocet, & ibi eſſe quoque naturam agri ſequendam placuit, compenſaréq; debere damnum inferiorem, quod ex ſuperioris aqua accipit, cum commodo alio,nempè quòd ſicut omnis pinguedo terræ ſuperioris ad eum decurrit, ita & aquæ omne incommodum ad eum dèfluat [m].Id enim ſecundùm naturam eſt,ferentem commoda, & incommoda pati debere [n]. Et ceſſat prohibitio immiſſionis,ſi aqua naturaliter decurrat [o]. Vetuſtas etiam operis manufacti arguit ſeruitutem, ſi eius initij me-
6 moria non extet,& habetur pro lege [p]. Alioquin enim tollitur,ſi fieri non debuit [q]. Probatio autem memoriæ huius operis facti recipitur, non tantùm ſi teſtes teſtantur ſe opus fieri vidiſſe, ſed etiam ſi audierint ab alijs qui memoria tenuerint: nec ad liquidum, dies vel conſul exquiritur [r].
7 Extra iſtos caſus aliæ ſunt conſiderationes immiſſionis aquæ,quas vt dilucidiùs intelligamus cum ſuperioribus præire debet cognitio, aquam eſſe vel pluuialem, ſeu de cœlo per imbres venientem, vel non pluuialem, interdum mixtam. Aquam pluuiam Tubero dicit, quæ de cœlo cadit, atque imbre excreſcit: ſiue per ſe hæc aqua cœleſtis noceat, ſiue cum alia mixta ſit [s]. Notio aquæ mixtæ quæ imbre excreſcit,eſt,quando colorem mutat [t]. Sine pluuia dicuntur fluere flumina,fontes, & id genus: & ea aqua quæ immittitur, veluti quando qui fullonicas artes exercet, vel balneum aquam in vicini fundum immittit [v].
8 Si quis præter ius ſeruitutis opus faciat, quo aqua pluuia deriuari poſſit in fundum vicini, & ei nocere, vt aggeres, foſſas, & ſimilia, diſtinguere oportet, an in ſuo, vel in publico opus faciat. Nam ſi in ſuo, competit interdictum aquæ pluuiæ arcendæ, ſi in publico, minimè [x]. Atque tantùm datur,ſi agro eius noceat: cæterùm ſi ædificio vel oppido noceat, ceſſat hæc actio: agi autem poterit ius non eſſe ſtillicidia vel flumina ita immittere. Eſt enim actio de fluminibus & ſtillicidijs generalis, aquæ autem pluuiæ ſpecialis [y]: quæ tamen competit ratione agri tantùm proximi, vt non quæramus vnde illa oriatur. Nam ſi ex publico orta, vel ex loco publico vel ſacro, per fundum vicini deſcendat,iſque opere facto in meum fundum eam auertat, aquæ pluuiæ arcendæ tenetur: ſi autem oriatur ex proximo ædificio vrbano, & noceat agro vel ædificio ruſtico, agendum de ſtillicidijs & fluminibus [z]. Dehinc & ſciendum eſt hanc actionem pluuiæ arcendæ locum habere in damno nondum facto, opere tamen iam facto ex quo damnum timetur, toties quoties quis manufecerit, quo aliter aqua flueret quàm natura ſoleret, aut ſi fortè eam immittendo, aut maiorem fecerit, aut citationem, aut vehementiorem comprimẽdo redundare coëgerit [a]. Sed & oportet eſſe aquam pluuiam nocentem agris, quia in rem eſt,nõ in perſonam interdictum hoc [b]. Nam pro alijs fluentibus vel immiſſis hoc ceſſante, proditæ ſunt actiones aliæ [c]. Subinde & datur 9
pro aqua nocente tantùm contra vicinum opus facientem,quo aqua decurrat, non autem ſi vicinus opere aquam retineat, quam nobis profuturam putamus: & ſi ita aqua pluuia noceat,datur: non,ſi non proſit [d]. Nam actione aquæ pluuiæ, petitur auerti aqua, & opus per quod nocet deſtrui, & priſtinam formam reponi, damnúmque reſtitui expenſis eius qui fecit in re ſua: vel ſi dominus non fecit,vt patiatur opus tolli [e], datur & actio quod vi aut clam aduerſus colonum opus facientem [f]. Sed & in iſta aqua auertenda diſtin- 10
guendæ actiones, vt pro damno præterito opere dato conueniri quis poſſit interdicto quod vi aut clam,in hoc autem iudicium, futurum damnum veniat. Et de eo quod poſt ſententiam iudicis futurum eſt, damni infecti caueatur, vel ita opus reſtituendum, vt nullum periculum damni ſuperſit. De eo opere quod poſt litem conteſtatam factum eſt, nouo iudicio agendum eſt [g].Sed & ſi is qui opus fecit, potentiori alienet prædium, agi & cum eo poteſt intra annum vtilem, quod vi aut clam: ſi annus præterierit, de dolo iudicium dandum [h]. Opus quoque per quod no- 11
cet aqua pluuia conſiderandum quale ſit, veluti ſi agri colendi cauſa quis in ſuo prædio ſuperiori ſulcos fecerit aratro: non competit enim pro his hæc actio, ſi modò recti ſunt, id eſt, qui in vnam tendant partem, ſi aliter ſerere non potuit, niſi ſulcos aquarios faceret: contrà, ſi ſine ijs poſſet, & ſi ſulcos aquarios, quos Græci ὑδραύλακες vocant, vel ſulcos tranſuerſos aquarios, per quos in agrum vicini aqua deflueret, fecerit [i]. Placuit quoque quæ frugum, fructuum percipiendorum cauſa fiunt, extra hanc cauſam eſſe [k]. Item & licere foſſas face- 12
re agrorum ſuorum ſiccandorum cauſa, fundi colendi, non tamen deriuandæ aquæ gratia [l].

Ex qui

a in l. 2. de aqua plu. arcẽ. li. 39. P. tit.
b l. 1. §. ſi conueniat, depoſ. P. l. legẽ quam dixiſti, C. de pact. §. fi. de ſerui. apud Iuſt. l. ſemper in ſtipulationibus, de reg. iur.
c l. 1. §. deniq;, de aqua plu. P.
d l. 2. §. fi. eo. de aqua.
e l. Labeo, l. 19. de aqua pl. l. q. bona fide l. 13. §. ſi quis iuſta, de dam. inf. & libr. 39. P. tit. 2.
f l. ſed hoc ita l. 20. de aqua plu.
g l. quod principis, l. 23. eod. tit.
h l. 2. §. Caſſius, de aqua plu. arcen. d. l. quod principis.
i Iulius Fronti. li. de iure limit. l. in agris, de acq. rer. dõ. P. de qualitat. agro. P.
k Iulius Fronti. li. de qualit. agrorum.
l l. 1. & 2. C. fi. regund. li. 3. ti. 39. l. in finalibus, l. 11 & l. eos l. 12. eo. tit. li. 10. P. tit. 1.
m l. 1. §. deniq;, & §. item Varus & §. ſed & ſi vicin⁹, de aqua plu. arcẽ.
n l. vni. §. pro ſecũdo, de caden. toll. li. 6. C. tit. 39. l. ſecundùm naturam, de reg. iu.
o l. 1. §. idem aiunt, & §. in ſumma, de aqua plu.
p l. 1. §. deniq;, & l. 2. in prin. & in §. itẽ Varus, & §. Caſſius de aq. plu.
q l. quod principis, l. 23. §. fi. de aqua plu. d. §. itẽ Varus,
r l. 2. §. idẽ Labeo, eo.
s l. 1. §. aquam pluuiam, eo.
t l. 1. §. illud in ſumma. verſi. imbre, eo. tit.
v l. apud Trebatium, l. 3. eo. de aqua plu. arcen.
x l. 3. §. fi. de aqua plu.
y l. 1. §. itẽ ſciẽdum, eo.
z d. l. 1. §. item ſciendum, & ſeq.
a d. l. 1. §. hæc autem actio, de aqua plu.
b l. ſi tertius, l. 6. §. aquę pluuiæ, eod.
c l. 3. de aqua plu.
d l. 1. §. ſicut autem, eo.
e l. 1. in princip. & §. Neratius, & l. 4. 5. l. ſi tertius, l. 6. §. fin. & l. is cum quo, l. 7. l. ſuper iter. l. 11. §. apud ferocẽ. & §. Trebati⁹, l. emptor, l. 12. de aqua plu.
f l. ſi colonus, l. 5. eo.
g l. Atteius, l. 14. §. fi. cum 12. ll. ſeq. de aqua plu. l. 1. §. 2. & l. ſupra iter, l. 11. §. officium, eo. tit.
h d. l. Atteius, l. 4. §. Iulian⁹, & l. poſt venditionem, l. 16. eo. tit.
i l. 1. §. de eo opere, §. ſed & ſi quis, & §. itẽ Sabinus, & l. vicinus, l. 24. de aqua plu.
k d. l. 1. §. Labeo.
l d. l. 1. §. ſed & foſſas.



Ex quibus ſi aquam pluuiam nocere poſſe appareat arbitro, is cogere poteſt eas explere, & niſi iuſſus faceret condemnare, quamuis antequam iudicaret, aqua per foſſas nunquam fluxiſſet [a], quia & hæc actio ad damna futura pertinet [b] Verum tamen ſi aggeres, qui aquam fluere faciunt in vicini prædium, aquæ inundatione vel vitio ſoli ſubſidentis viam aquæ pluuiali nocenti aperuerint,nõ tenetur dominus prædij de damno aliqua actione [c], ſi nihil ipſe manufecit quominùs agger ſupereſſet. Et ita tantũ præſtare patiẽtiam cogitur, vt is qui læditur vicinus, aggerem vel opus aquam auertens,glarea iniecta repletum vi fluminis,vel limo,vel deletã reficiat [d].Si tamen ſit foſſa antiqua, cuius initij memoria non extat, ſi inferior vicinus non purget,vnde ex reſtagnatione noceat vicino, cum inferiori aquæ pluuiæ actione aget, vel vt purget, vel patiatur in priſtinum ſtatum,eum cui nocet,eam reducere.Poteſt & qui in confinio eſt agere aquæ pluuiæ arcen-
13 dæ [e]. Notabile eſt in hac ſeruitute recipiendi aquam foſſa vel continendi in fundo ſuo,vt is,cuius fundus debet ſeruitutem, non teneatur, niſi dictum ſit nominatim,foſſas purgare, vel aggeres facere,vel munire, ſed ſolùm cogatur pati dominum prædij cui debetur ſeruitus, vt reficiat vel noua faciat [f], exemplo aliarum ſeruitutum [g], excepta ſeruitute oneris ferendi [h]. Si tamen ex alueo foſſæ pinguedo quædam ex purgatione erui poteſt,certè poteſt dominus prædij ſeruientis vel agere vt vicinus purget, vel purgare ſinat [i]. Si tamen qui debet lædat opus ſeruiens, alio opere tenetur proprijs expenſis reſtituere in priſtinum ſtatum [k].

## De ſeruitute ruſtica appulſus pecoris ad aquam. Cap. 18.

1 *Seruitus pecoris appulſus ad aquam quid.*
2 *Seruitus appulſus pecoris,quando realis, & quando perſonalis.*
3 *Pecoris appellatione in hac ſeruitute quæ animalia veniant,& quid aliud.*
4 *Modus & numerus pecoris decretus inſpicitur in hac ſeruitute.*

1 PEcoris ad aquam apulſus, inter ſeruitutes prædiales ruſticas ponitur [l], quę nihil aliud eſt, quàm ius appellendi ſeu ducendi pecudes ad aquas vicini.
2 Hæc ſeruitus realis eſt, quando prædium vnde pecus appellitur, paſcuale eſt, & fructum ex pecudibus dominus accipit: aliter & ius aliud perſonale eſſe poteſt cum perſona cui conceditur extinguibile [m].Porrò hîc conſidero tantùm prædium cui conceditur ſeruitus, quod paſtionibus deputatum eſt, qualia ſunt macra loca, prout innuere videtur M.Varro ad Nigrum Turanium ſcribens [n]: *Tibi*, inquit, *Niger Turani,noſter liber, ſcilicet dicatur de re pecuaria, qui vehementer delectaris pecore, propterea quòd te empturientem, in campos macros ad mercatum adducunt crebrò pedes, quò faciliùs ſumptibus multa poſcentibus miniſtres,&c.* Quemadmodum & eſt ruris genus, in quo nec pecora,nec aues haberi poſſint [o]. Ita & aliud eſt, in quo nihil aliud quàm armenta vel ouilia ſunt,ob locorum infrugiferam naturam, obque crebros montes & ſyluas,& non aliter ex ſaltu fructus percipi poſſit, niſi per greges [p]. Proſunt & agris ſterilibus pecoris ſtercorationes & caules [q]: vt ita videantur fundi eſſe, quia & agri fructus in pecore etiam conſiſtere dicitur [r]. Et Vlpianus [s] inſtrumenta fundi exiſtimauit,quæ fructus quærendi, cogendi, & conſeruandi gratia parata ſunt,inter cætera & boues domitos,& pecora ſtercorandi cauſa parata: etſi fundus ſaltus, paſtionéſque habeat, greges pecorum, paſtorum ſaltuarios. Pecoris appellatione cõtinentur oues, 3
boues, capræ, equi, muli, aſini, aliæque quadrupedes, vt ſues, elephanti, cameli: exceptis canibus, vrſis, leonibus, pantheris [t]. Proinde in hac ſeruitute appellendi pecoris, animalia omnia, quæ pecoris nomine veniunt, continebuntur. Sed & canes paſtorales, ſine quibus greges conſeruari non poſſunt,vt & ipſe paſtor,tanquam acceſſoria neceſſaria [v]. Atque in hac ſeruitute con- 4
ſideramus quoque modum impoſitum, vt, ſi numerus certus eſt pecudum adiectus, quæ appelli debeant, plures non liceat appellere: & ſi plures appellantur, liceat non quidem vniuerſum gregem,vel vltra numerum appoſitas repellere [x].

## De ruſtica ſeruitute iuris paſcendi. Cap. 22.

1 *Seruitus pecoris paſcendi,ruſtica.*
2 *Sine iure paſcendi non licet in aliena pecus immittere,& ſi fiat,quæ remedia.*
3 *Paſcua quid.*
4 *In paſcuis conſideranda, & alia remiſſio.*

SEruitus alia ruſticorum prædiorum, pecoris paſcendi [y], ius [z], ſcilicet paſcendi in alieno prædio [a], vtilitatis meæ cauſa: videlicet vel vt paſcua mea conſeruem,vel vt ſtercoratione pecoris pinguius prędium meum reddam. Citra ſeruitutis, in aliena non licet 2
pecus paſcendi cauſa immittere, prohibente lege 12. tabula. quæ eſt de paſtu pecoris [b], prohibet & lex Aquilia [c]. Sunt & aliæ actiones proditæ, pro reſarciendo damno, ſi quis aliena depaſci fecerit: vt ſi alienos fructus in ſuum prædium decidentes immiſſo pecore depaſcat, in factum aget [d]: ſi dolo malo autem ad idipſum faciet, ad exhibendum [e]: vel ſi in alieno aliena iniuria matura depaſtus eſt, datur actio vtilis legis Aquiliæ, id eſt, non ex verbis,ſed ex ſententia legis Aquiliæ [f]. hîc propria tractatio paſcuorum: Paſcua namque dicuntur, vbi animalia paſci ſo- 3
lent, ſicque ſaltus, ſylua, paſcua [g]. Sunt & huiuſmodi prata vel campi paſcua, & dumeta, loca videlicet dumis ſeu vepribus & ſentis obſita, vt ait Virgilius,

*Trecentum niuei tondent dumeta iuuenci.* 4

In hac ſeruitute & cætera quę in alijs conſideranda,vt modus conceſſionis, pacta, ne nimium noceatur,& ſic de ſimilibus. Et num ſit vniuerſitati habitantium debita [h], vel quibuſdam tantùm priuatis. Aliáque pleraque quæ notabilia & quotidiana ſunt,de quibus tractaui abundè,dum de publicis rebus ago [i], c.de bonis patrimonialibus principis & paſcuis. Quæ hîc non tranſcribam.

a d. l. vicinus, 24.
b l. ſupra iter, §. officium, & l. Atteius, §. pen. l. 1. §. 2. de aqua plu. arcen.
c l. Atteius, l. 14. eo. tit.
d l. 2. §. 1. & §. item Varus, & apud Namuſam, & l. ſupra iter, l. 11. §. fi. de aqua plu.
e l. 2. §. Apud Labeonem, & §. præterea, & §. apud Alphenum, de aqua plu.
f l. 1. §. fi. de aqua plu.
g l. quoties, §. ſeruitutum, de ſeruit. P. l. & ſi fortè, §. etiam, ſi ſeruit. vend.
h l. eam debere columnam, de ſeruit. vrba. præd.
i l. 2. §. apud Labeonem, de aqua plu. Cæpo. li. 2. de ſeruit. ruſtic. c. 6. num. 73.
k l. in ſumma, §. item Labeo, de aqua plu. Et Paul. Caſtr. in l. 1. §. & ſi vicinus, eo. tit.
l l. 1. §. pen. de ſerui. ruſt. §. inter ruſticorũ, de ſeruit.
m l. pecoris, de ſeruit. ruſt. l. Mella, §. quidam libertis, de alim. lega.
n Varro, in princ. 2. de re ruſtica.
o Col. li. 2. de re ruſti. c. 15.
p Paul. in l. de grege ouium, l. 9. de fund. inſtruc. libr. 33. P. tit. 7.
q §. ſed & ſi pecorum, de vſu & habita.
r in l. pecoris, l. 4. de ſeruit. ruſtic.
s Vlp. in l. inſtrumenta, l. 8. eod.
t Caius, l. 2. ad l. Aquil. l. ædiles aiũt, l. 38. §. iumentorum, de ędil. ed. lib. 21. P. tit. 1. §. in pecorum, de rer. diuiſ. l. iumentis, & l. ſeruis legatis, §. pecoribus, de lega. 3.
v arg. l. quæſitum, l. 12. §. ſi in agro venationes ſint, de fund. inſtru. P.
x l. 1. §. Trebatius, & §. Marcellus, de aqua quotidia. & æſti. li. 43. P. tit. 19.
y l. 1. §. pen. & l. pecoris, de ſeruit. ruſti. §. prędiorum, de ſeruit.
z §. 1. de ſeruitu. l. 1. §. fin. de rer. diuiſ. l. hęc autem iura, de ſeruit. ruſtic. præd.
a non in ſuo ſeruitus, l. vti frui, ſi vſusfr. petat.
b l. qui ſeruandarum, l. 15. §. fi. de præſcrip. verb. lib. 19. P. tit. 5.
c l. Quintus Mutius, ad l. Aquil.
d d. §. fin. l. qui ſeruandarum,
e l. Iulianus, l. 9. §. glans, ad exhiben. li. 10. C. tit. 4.
f l. fin. de leg. Aquil. lib. 3. C. tit. 5.
g l. ſylla cædua. §. fin. de verb. ſig. l. ſi diuortio, §. planè, ſo. matrim. l. 1. & tot. ti. de paſc. pub. vel priua. li. 11. C.
h vt in l. teſtatrix, l. 20. §. plures, ſi ſeruit. vend.
i ſuprà li. 3. c. 15.

## De ſeruitutibus alijs ruſticorum. Cap. 20.

1 *De ſeruitute arenæ fodiendæ, calcis coquendæ, cretæ eximendæ, quando hæc ſint ſeruitutes prædiales, & quando perſonales, &c.*
2 *Creta quid.*
3 *Calx quid, & ex quibus fiat.*
4 *Aliæ ſeruitutes ruſticæ, boues quibus fundus colitur in vicino prædio paſcere: fructus in vicinam villam cogere pedamenta ex vicini agro tollere: terram vel lapides in fundum vicini iacere, altius tollere: per prætorium vicini tranſire, &c.*

1 ALiæ ſunt etiam ſeruitutes pro vtilitate prædiornm dominantium inſtitutæ, arenæ fodiendæ, & calcis coquendæ in prædio alieno [a], cretæ eximendæ, quæ conſtitui poſſunt iure ſeruitutis ruſticanæ in quantum exigit ſolùm vtilitas fundi dominantis, putà ad opera fructuum colligendorum cauſa facienda, vel ad villulam ea cauſa ædificandam, & ad ſimilia, non vltrà, ad vendendum vel transferendum: Nam ſi hoc concedatur, alia erit ſeruitus perſonalis vſusfructus vel vſus, vel ius aliud: veluti ſi quis figulinas habens, cretæ eximendæ ius habeat, vel dolia inde facta vendat, quæ rectè explicant Vlp. & Paul. [b] Poſſunt enim lapicidinæ, vel cretæ fodinæ, & fornaces calcis prouentui eſſe domino prædij, qui alio iure in alios quàm ſeruitutis transferre poteſt [c]. Et poſſunt conduci
2 ſalinæ, arenæ, cretifodinæ, vt metallifodinæ [d], & cotoriæ [e]. Cretam eſſe ſpeciem terræ dixit Varro [f], & terram ab admixtis dici aut cretoſam, aut glareoſam, &c. id eſt, cum creta vel glarea mixtá. Eſtque creta, terra tenax qua vtuntur figuli, quam nonnulli vocant argillam [g]. A creta inſula, quæ illa terra abundat, dicta: quamuis & multæ eius terræ ſint participes regiones. Vnde & diuerſorum colorum adferuntur hodie, picturis & alijs rebus ſubſeruientes: vt cimolia, ſardia, vmbrica, ſaxum, argentaria, de quibus & earum vſu
3 Plinius [h]. Calx ex lapidibus in fornace concoctis fit, potiſſimùm ex lapidibus albis, non varijs nec duris effoſsis, qui meliores ad id opus, quàm ex oſtreis & buccinorũ cruſtaceorũ teſtis [k]. vtriuſ-
4 que modi opificium deſcribit Dioſcorides [l]. Neratius addit [m] etiam alias ſeruitutes ruſticas, licere altius tollere, & officere prædio vicini, vel cloacam licere habere [n], per vicini domum vel prætorium, vel protectum habere. Item [o] poſſe & ita ſeruitutes imponi, vt & boues per quos fundus colitur, in vicino agro paſcantur: vt fructus in vicini villa cogantur, coactíque habeantur: & vt pedamenta ad vineam ex vicini prædio ſumantur: item vicino cuius lapidicinæ fundo tuo immineant, poſſe te concedere, ius ei eſſe terram in fundum iacere, ſaxáque impoſita habere, & in tuum lapides prouoluantur, ibíque poſiti habeantur, indéve exportentur. Cæterùm iſtæ ſeruitutes particulari non egent enucleatione, quando iam ſatis earum ſubſtantia & iura poſſint ex his, quæ de vrbanis & ruſticis alijs diximus, intelligi. Sicuti ſi lapicidinæ in tuo agro ſunt, ſeruitus conſtituta de illis eximendis habet eandem tractationem: nam ſine conſuetudine vel ſeruitute, ius non eſt inuito prædij domino, cedere [p].

a l.1.§.pen.de ſeruit.ruſt.prę dio.§.inter ruſticorum, de ſeruit.
b in l.ergo, l. 5.& l.veluti, l. 6. de ſeruitut. ruſt.prædio.
c vt in l.diuortio, §.ſi vir in fundo, ſol.matrim.
d l.ſed & hi, l. 13. de publ. & vecti. lib.39. P. tit.4.
e in l. Cæſar, l.15.eod.
f Varro, lib.1. de re ruſt. c.9.
g Colum. li.3. de re ruſt. c.11.
h Plin.li.35. c. 17.& c.6.
Plin. li.36.c. 23.
k Amat.Luſita. in cõmen. in Dioſcorid. li.5.enarra.93.
l Dioſc.li.5.c. περὶ ἀσβέστου c.133. de calce viua.
m in l. 2. de ſeruit.ruſtic.
n quia & ſeruit[9], l.ius cloacæ, l.7.de ſeruit.ti.generali, quid cloaca, in l.1.§.1.de cloa. locus cõcauus, per quẽ colluuies quædam fluat.
o l.3. de ſeruit.ruſt.
p l. venditor, l. 15. §. ſi conſtat, commu. præd.P.

## De conſtitutione ſeruitutum. Cap. 21.

1 *In conſtitutione ſeruitutum, res, perſonæ, modus conſtituendi conſiderantur, & quomodo ad prædium habere debet, qui debet, & qui habet ſeruitutem prædiorum: futura ſeruitus promitti poteſt, verùm ſtatim non dicitur debita, &c.*
2 *Rebus publicis priuatus nemo imponit ſeruitutem.*
3 *Rei propriæ ſeruitus imponi poteſt, non ſacræ, non religioſæ.*
4 *Perſonæ quæ in ſeruitute acquirenda vel concedenda exiguntur, debent eſſe domini prædiorum.*
5 *Modi conſtituendi ſeruitutes tot, quot acquiritur vſusfructus: & quomodo lege publica, & priuata & pactis conſtituatur, & patientia.*
6 *Quomodo antiquitate conſtituantur ſeruitutes, ſeu de præſcriptione ſeruitutum.*
6 *Ex rerum conſequentia conſtitutæ ſeruitutes.*
8 *Modus vtendi ſeruitute à domino tantùm & paciſcentibus conſtitui poteſt.*
9 *Seruitutes quædam prædiales reales, ne niſi ex æquitate, ex tempore, ad tempúſve conſtitutæ ſuſtineantur: prædiales perſonales quoque, iure ipſo.*
10 *Ab vno ex dominis communis rei ſeruitus quomodo imponi non poſſit.*

QVia quædam ſuperioribus ſeruituti- 1
bus communia ſunt, ne ſæpius eadem repetere cogeremur, ea in cõmunem quandam tractationẽ reiiciẽdam cenſui. Proinde de conſtitutione ſeruitutum, dehinc de actionibus, quæ pro ſeruitutibus competunt, & poſtremò de earum extinctione & fine in vniuerſum agendum eſt. Itaque in conſtituenda ſeruitute res, perſonas, & modum conſtituendi perpendi debere arbitror. Res, in quibus conſtituitur ſeruitus, & quibus conſtituitur vel quæritur conſidera. Nam ſine prædijs ſeruitutes prædiales conſtitui non poſſunt. Et nemo poteſt ſeruitutem acquirere vel vrbani, vel ruſtici prædij, niſi qui prædium habet: nec quiſquam debere, niſi qui prædium habet [q]: atque ideò prædia ſequuntur [r]. Quamuis qui fundum non habet promittere poſſit [s], ſed ideò non debet, vt alius ſibi aquirat: aliud enim eſt tradere vel dare, quod traditionibus & patientia fit: aliud obligari ad dandum, in quo conſiſtit obligationum tantùm ſubſtantia [t]. Sic futuro ædificio acquiri vel imponi ſeruitus poteſt [v]. Ita & futuræ nondum iuuentæ aquæ ducendæ ſeruitus cõſtitui poteſt [x]. Verùm nõ ſequitur ſtatim deberi, ſed ſolùm ædificio facto, vel aqua inuenta. Nec ſtatim vt ſeruitus promiſſa eſt, fit mea [y], quando rebus non exiſtentibus, quibus vel à quibus deberi poteſt, fit promiſſio. Quia ea conditionalis ſua natura eſt, ſi res ſit: & qui debet ſub conditione, quamuis ei cui debetur ratione ſpei creditor ſit [z], tamen qui promiſit verè debitor non eſt, quia poteſt conditio non impleri. Et ideò ſub conditione debitum per errorem ſolutum, pendente conditione, repetitur, vt tunc indebitum [a]. Habemus exemplum valde conueniens in ſtipulatione dotis cauſa facta: nam dosante nuptias malè petitur, quaſi hoc expreſſum fuiſſet, & nuptijs non ſecutis, ipſo iure euaneſcit ſtipulatio [b], quia ipſa pro miſsio

ibeat

q Vlpia.in l.1. com. prædio. li.8.P. tit. 4. §. ideò.de ſeruitut.ap.Iuſt.
r l.cùm fũdus, l.13.com.pręd.
s l.hæredes eius, l. 26.§. an ea, fami.erciſcun.li.10.tit.2.
t l. obligationum ſubſtantia, de actio.
v l. ſi ſeruitus, l. 22. §. fin. de ſeruit. vrban. præd.
x l. Labeo, l. 10.de ſerui. ruſti.præd.l.pen. & fin. ſi ſerui. vend.in P.
y l.exiſtimo, l. 98.de verbor. oblig.P.
z l. is cui ſub conditione, act.P.
a l.ſub conditione. l. 16. de cõdic. indeb. li.12.P.tit. 6. l. Græcè, §.fi. de pigno.in P.
b l. 4. §. huius rei, de pact.li. 2.P.tit.14.



habeat in ſe conditionem, ſi nuptiæ fuerint ſequutæ [a]. Et ideò non poteſt dici debitum verè
2 ante conditionem, quia nec agi poteſt [b]. Deinde conſidero prædia eſſe debere priuata: nam publicis imponere non poteſt priuatus ſeruitutem, veluti vt ex flumine vel caſtello publico hauriat, quamuis eius longa poſſeſſio aliquomodo ſuſtineatur [c]. Idipſum ſi impoſita ſit ſeruitus, ne piſcari liceat in mari, cui nulla imponi ſeruitus poteſt [d].
3 Neque in re propria quis ſibi conſtituit ſeruitutem, cùm res ſua nemini ſeruiat [e]: vt nec acquirere quis poteſt alienis ædibus [f], nec per ſacrum locum, religioſum, vel ſanctum, poteſt ſeruitus
4 deberi [g]. In perſonis conſideramus generaliter idoneas ad res ſuas tractandas, iuráque ſua cedenda: vt quemadmodum reliqua bona liberè poſſunt diſtrahere & quærere, ſic & in his quærendis vel amittendis ſeruitutibus ſtatuamus per eandem libertatem adminiſtrationis bonorum propriorum [h]. Debet igitur eſſe dominus plenè fundi, qui imponit vel qui acquirit ſeruitutem: ſiquidem imponi alienis non poteſt [i], vt nec maritus fundo dotali [k] poſſit imponere, nec proprietarius fundo vſufructuario, nec vſufructuarius [l], ſaltem vt nocere poſſint alijs. Sic vaſſallus & emphyteota quidem ſeruitutem feudo aut fundo emphyteoticario rectè imponunt, & quandiu poſſident hoc iure valet [m]: at ſi redit ad dominum feudum, vel res emphyteoticaria, iure dominij, prælationis, vel commiſſi, extinguitur ſeruitus: ſecus, ſi ad eum tanquam ad priuatam veniat [n]. Poteſt arbiter in iudicio communi diuidundo conſtitutus, ſi regionibus fundum non vectigalem diuiſum duobus, adiudicauerit, quaſi in
5 duobus fundis ſeruitutem imponere [o]. Cæterùm modi conſtituendi ſeruitutes tot ſunt, quot acquiritur vſusfructus [p], de quibus in vſufructu dictum. Conſtituuntur itaque loci natura, lege, & vetuſtate, conſuetudine [q]: de natura loci paulò antè diximus: & de lege, quæ publica & priuata [r]. Continentur itaque priuatæ legis nomine conſtitutio ſeruitutis facta in teſtamento, cùm hæres per damnationem quæ eſt legati ſpecies [s], iubetur ſeruitutem alicui dare, vel concedere, vel pati eam [t]. Eſt enim teſtamentum lex priuata [v]. Cuiuſmodi & ſunt pacta conuenta & ſtipulationes [x], quibus & conſtituitur ſeruitus [y]. Sed & potiſſimùm patientia domini, cuius prædium ſeruitu-
6 tem debet, quæ realis conſtitutio eſt [z]. In antiquitatis cauſa, & præſcriptiones, longúſve vſus, & conſuetudo conſiderantur. Seruitutes quæ in ſuperficie conſiſtunt poſſeſſione retinentur: nam ſi fortè ex ædibus meis in ædes tuas tignum immiſſum habuero, hoc vt immiſſum habeam, per cauſam tigni poſſideo habendi conſuetudinem [a]. Et ſi quis diuturno iure, & longa quaſi poſſeſſione ius aquæ ducendæ nactus ſit, non eſt ei neceſſe docere de iure, quo aqua conſtituta eſt: veluti ex legato, vel alio modo: ſed vtilem habet actionem vt oſtendat per annos fortè tot ſe non vi, non clam, non precariò poſſediſſe [b]: Et ſi agri lex non inueniatur, vetuſtas vicem legis obtinebit: Et in ſeruitutibus hoc idem ſequimur, vt vbi ſeruitus non inuenitur impoſita, aut quandiu quis vſus ſit

a pleruñque, §. ſi antè, & l. ſtipulationẽ, de iur.dot.P.
b l.cedere de verb.ſignifi.
c l.2.com.præ dio.tit.4. l.8.
d l. venditor fundi, l.14.cõ. præd.in P.
e l.vti frui, l.5. ſi vſusfru. petа.li.7.P.tit. 6. l.in re commu ni, de ſerui.ruſti.præd.l.cùm in fundo, de iur. dot.l.quicquid l.11.com. præd.
f Vlpia. in l. ſi quis duas ædes, 6. §.1.cõ. præd.
g l.ſeruitutes, 14.§.fi.de ſerui.ti.generali, l. ſi prius, l.17. §.ſed loco, de acq.plu. arcẽ. li.39.P.tit.3.
h l.in re mandata, l.manda. l.ſed & ſi lege, §. cõſuluit, de pet.hæred.l.1. de leg. fuſ. ca. tollend. cum ſimilib.
i l. ſi qs duas, §.1. com. prædio.P.
k l.Iulianus, l.5.& l.ſeq. de fundo dot.li. 23.P.tit.5.
l l.ſed & ſi qd, l.19.§.ſed neq; ſeruitutẽ, de vſuf.& quemad.quis vta.
m Petr.Iacobi, in ſua practi.ti. de actio. in rem pro re emphytheoticaria Floria.& Paul.Caſtr. in l.3.de ſeruitutibus in P. & l.3.C.eo. Boer. q.181.nu.1.
n Petr[9] de bella Pertic. in l. 3.de ſeruit. P. Guido. Pap.q. 575.qui ita iudicatũ tradit & Boe.d.q.181. nu.6.& 7.
o l. communi diuidundo, l. 7.§. Neratius, com. diuid. l. item Labeo, l. 23. verſ.ſed & regionib[9], fami.erciſc.P.
p l.via, iter.l. 5.de ſeruit.l.3. de vſufr.§.fin. eo.ap.Iuſtin.
q l.1.§.fi.& l.2. de aqua plu.
r ſupra cũ de ſeruitute excipiendi aquã egimus c.17.
s §.1.de legat. Paul.libr.3 recep.ſent.tit.6. Vlpia.in ti. 24.
t §.fin.de ſeruit.l.poteſt, l. 17. commu. prædio.Panormit.
v §.diſponat.de nupt.in authen.
x l.ſegem quam dixiſti, de pact.C.l.1.§.ſi conuenerat, depoſ.
y §.fin.de ſeruit.l.hæredes eius, l.26.§.an ea, famil.erciſc.P.l.exiſtimo.l.98.de verbor.oblig.
z l.3.de vſufr.l.1.de ſeruit.ruſt.prædio.l.3.§.ſi iter, 2.de actio.empt.in P.
a l.ſeruitutes quæ in ſuperficie.l.19.de ſeruit.vrban.prædio.
b Vlpia.in l.ſi quis diuturno, l.eod.ſi ſeruit.vend.lib.8.P.tit.5.

ſeruitute, neque vi neque clam, neque precariò, is habuiſſe longam conſuetudinem, & veluti iure impoſitam ſeruitutem videatur [c]. Et Scæuola reſpondit, ſolere eos qui iuri dicendo præſunt tueri aquæductus, quibus authoritatem vetuſtas daret, tametſi ius non probaretur [d]. Et Pomponius ductum aquæ, cuius origo memoriam exceſſiſſet iuris conſtituti loco haberi [e]. Antonius quoque Cæſar longitudinem temporis vicem ſeruitutis habere voluit [f]. Et hæc referenda ſunt ad prærogatiuam temporis, non impugnatam, id eſt, quæ authoritatem habeat citra malæ fidei ſuſpicionẽ, vtpotè vſu continuato præſente & patiente domino, qui conſtituiſſe ita cenſetur à lege. Nec enim veriſimile eſt in ſeruitutibus vel iuribus, quę habent vſum continuum, vbi aliud non docetur, ſcilicet de precario, vel vi, vel clandeſtino vſu, dominum paſſum fuiſſe ſine voluntate vſum vicini: & ita ductus aquæ, & tigni immiſſio, quæ vſum habent continuum per temporis prærogatiuam, rectè ſibi conſtitutionem ſeruitutis arrogant, patiente domino & ſciente, exemplo rerum immobilium [g]. In alijs autem ſeruitutibus, quæ non continuum vſum, ſed interpolatum habent, ex quo domini patientia argui non poteſt, certè aliud ſtatuendum cenſeo, vt & titulus & bona fides & poſſeſſio prædij cui adhæret ſeruitus, exigatur: nec per ſe ſeruitutes vtpotè incorporales vſucapi poſſe [h]: at cum prædijs præſcribi iure ciuili [i] longo tempore 10. annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes cum bona fide & titulo ita clarum puto, vt non opus ſit tot interpretum cõmentarijs & ambiguitatibus, ex Iuſtiniani expreſſa deciſione. Is enim cùm de præſcriptione longi temporis agit, idem obſeruari nominatim ſtatuit, non tantùm ſi res ſoli ſint, ſed etiam ſi ſint incorporales, quæ in iure conſiſtunt, veluti vſuſfructus, & reliquæ ſeruitutes [k]: dummodò quis iure ſeruitutis vſus ſit & ab eo tempore quo ita vſus, non aliter [l], & aduerſario ſciente. Recordari tamen oportet eorum quæ dixi in ſeruitute vrbana luminum, præſcriptionem ex generali conſuetudine Galliæ, luminum vel feneſtrarum non fieri ſine titulo, per quantumcunque fuerint tempus vſurpatæ. Quia generalis eſt præſcriptionum regula, vt cum poſſeſſione vel quaſi poſſeſſione, qualis in ſeruitutibus [m], quæ non poſſidentur [n]: interueniat bona fides [o], & titulus, vt etiam exemplo rerum immobilium ſeruitutes præſcribi voluit Iuſtinianus [p]: in quibus titulus exigitur [q]. Atque recepta interpretum ſententia ex authoritate Vlpiani, vtentem ſeruitute non cogi oſtendere titulum [r]. Quod tamen ego verum non exiſtimo, præterquam in his, quæ vſum continuum habent, vt in aquæductu quotidiano, de quo meminit Vlpianus. Porrò in alijs quibus non ineſt continuus vſus, arbitror edendum eſſe titulum, ex quo & bona fides præſumitur, etiam ſi ſit minùs ſufficiens [s], niſi improba poſſeſſio præceſſerit [t]. Pro titulo tamen erit, ſi dominus prædij ſeruientis putà paſcui, aliquid acceperit pro iure paſcendi, & tunc ſufficit decem annorum præſcriptio, quia illud pro titulo [v]. Qui ſi non adſit etiam in paſcuis vſucapiendis, quæ continuam cauſam non habent ſine ope hominũ, requiritur centum annorum & immemorialis poſſeſſio, & ita iudicatur [x]. Conſtituuntur præ- 7
tereà ex conſequentia ſeruitutes: vt ſi quis hauſtum aquæ concedat, conſequenter videtur iter ad hauriendum concedere [y]. vſufructu legato, &

c l.1.§.fi. de aqua plu.arc.li. 39.P.tit.3.
d l.fin.cod.de aqua.
e l.3.§.ductus aquæ de aqua quot.lib.43.P. tit.19.
f l.1.C.de ſeruit. & aqua li. 3.tit.33.
g l.2.& l.ſi manifeſtè, l. 7.de ſerui. & aqua, C.
h l.ſeruitutes, l.14. de ſeruit. l.ſeruus.§.1.de acqu. re.dom.
i l.ſi aliena, §. 1.de vſuc.ſi habent inquiunt Doctores cõtinuatam cauſam: ſi nõ habẽt immemorabili tempore. Ioan. Fab. in §. æquè, de act.nu.10.& ibi Angel. 7. col. Doctores in l.2.C.de ſeruit.Feli. in ca. de quarta.col. 15.de præſcr.
k Iuſt.in l.ſi.in fina.verbis de præſcr. long. temp.lib.7.C. tit.33.
l l. fi. de itin. actu.priua. l.2. C.de ſerui. tit. generali.
m l.ſi quis diuturno, ſi ſeruitus vẽd.l. quoties, l. 20. de ſeruit. tit. generali ita intelligenda l.2. com.præd.P.l. 2.de precar.
n d.l. ſeruitutes, l.14.de ſeruit.l.ſeruus, §. incorporales, de acqui. rer. domi.
o c. vigilanti, de præſcr. expreſsè in l.ſin. quemad. ſeruit.amit.lib.8. P.tit.6.l.fin.de itin.act. priua. in P.
p d.l.fin.C.de præſcri. long. temp.
q l. nullo, C. de rei vend. l. longi, & l.diuturna, de præſcript. longi temp.C.
r Vlpia. in l. ſi quis diuturno vſu, ſi ſeruit. vendic.
s l.pen. de euict.li.8.C. tit. 45.c.1.de præſcrip.in 6.
t l.improba, l. 7. de acquir. poſſ.li.7.C. tit. 32.
v l. venditor, §.ſi cõſtat, cõmu.præd.
x Papus li.14. rapſod.are. 11. 1.areſto 4. & 5.6.7.
y l.3.§.fin. de ſeruit.ruſt.

iter ad vtendum legatum cenſetur [a]. Et hæc quæ
dicimus, conſtitutionis partem vnam explicant
ſeruitutum: alia autem quædam ad modum con-
8 ſtitutionis pertinent. Qua in parte, primùm ani-
maduertendum eſt, à domino ſolo modum pro-
culdubio imponi poſſe, quem pepigerint conſti-
tuentes, vel qui placuerit teſtatori, vel qui per
vſum retentus eſt: veluti quo genere vehiculi
agatur, quod pondus deferatur, quæ res vehan-
tur, qua hora & tempore quis vtatur [b]. Vt in
certa tantùm parte fundi ſeruitus imponatur [c].
Diuidi enim per modum res, qua vtimur, poteſt,
quamuis ius idiuiduum ſit [d]. Verumtamen ſer-
9 uitutes conſtitui debent purè prædiales: Quia hæ
prædiales ipſo iure, nec ex tempore, neque ad
tempus, neque ſub conditione, neque ad certam
conditionem, verbi gratia, quandiu volam, con-
ſtitui poſſunt. Sed ſi hæc adiiciantur, per pacti
vel doli exceptionem occurreretur, contra placi-
tum ſeruitutem vendicanti [e]. Quia & alij actus
in quibus ſtricto iure deficimur, æquitate ſuſti-
nentur [f]. In perſonalibus & hæc licet iure ipſo,
10 vt in vſufructu, & vſu [g]. Quod ſi plures domini
& ſocij vnius rei ſint, nec conſtitutio ſeruitutis,
nec modus ab vno ex illis apponi poteſt in re
communi pro indiuiſo [h]. Nec licet vni ſolo quic-
quam agere, potiſſimùm quo res deterior com-
munis reddatur inuito ſocio [i], habétque ſocius
ius prohibendi facientem [k]. Nec poteſt ſeruitus
in parte prædij ſubſiſtere, id eſt, pro parte ſerui-
tus non dicitur concedi [l], nec ſtipulationes vel
pacta earum rerum diuiduntur quæ ſua natura di-
uiſionem non recipiunt [m]. Indiuidua autem eſt
ſeruitus, & tota in toto demonſtrato ſeruiente
prædio, & tota in qualibet eius demonſtrati parte
eſſe dicitur [n]. Adde quòd re exiſtente communi
pro indiuiſo, vnus ex ſocijs etſi dominus dicatur,
tamen communitatis ratione & indiuiſi rem ſo-
cij quoque inuenies eſſe, contra conſtituentem
pro alio ſocio rationem illam contorqueas, quod
commune eſt, meum eſt [o]. Et proinde ſicuti in re
aliena quis conſtituere ſeruitutem non poteſt [p].
Sic nec in re communi quæ loquente ſocio ſua
dici poteſt, non poterit conſtitui. Si tamen res
ſeruitutis diuidi poſſit, & vnus ex ſocijs diuiſæ
parti imponere poteſt: at tunc non communi, ſed
ſuæ abſolutè imponere videtur. ita vſusfructus
pars concedi poteſt & conſtitui, qua res illa diui-
dua [q]. Et ita diuiſo fundo vel vnius exiſtente, &
ad certam partem conſtitui poteſt ſeruitus [r].
Proinde quando fundus pluribus communis eſt,
qui vult ſeruitutem in illo acquirere, à ſingulis
quidem ſeorſum impetrare poteſt, ſed tunc non
eſt debita, quandiu vnius conſenſus adhuc ſu-
pereſt: quamobrem & inutilis eo prohibente
conceſſio, & eo conſentiente aliæ conceſſiones,
quæ interim illi inutiles erant, ratæ fiunt. Et ſic
non ab vno ex dominis, ſed ab omnibus dicitur
impoſita [s]. Sicut & iure, actus pendentes alio
actu firmari poſſunt [t]. Et dignus quidem eſt do-
minus, vt conſulatur, dum de ſua re agitur, cùm
ſua interſit [v], immò nec in meliorem ſtatum eo
inuito res eius ab alio reduci poteſt [x]. Et ideò
communi fundo pro indiuiſo [y], ab vno ex ſocijs
altero inconſulto vel inuito acquiri non poteſt
ſeruitus [y]. Quod aliunde etiam habet rationem,
quòd alteri nemo ſtipulari poſſit [z], neque ac-
quirere alienis ædibus ſeruitutem [a]. Nec ad rem
facit, quòd res quæ pro indiuiſo communis eſt,
poſſit pignori dari [b]: nam longè diuerſa cauſa
iuris pignoris eſt, quod non niſi partem pro di-
uiſo in executione reſpicit ſocij debitoris, rema-
nente intacto iure alterius ſocij. Hoc autem non
poteſt fieri in ſeruitute, quæ afficit totum præ-
dium, & per totum diffuſa cenſetur, & minuit
vtilitatem prædij, vt in finitione docuimus ſerui-
tutis: quod non facit pignus [c]. Et ſuum ius po-
teſt ſocius quidem vendere, legare, donare [d]: at
ſocij ius lædere non poteſt, nec in melius redu-
cere, nec reficere, niſi cõmuni nomine: quo caſu ſi
neceſſariò faciat, & à ſocio impenſas repetit, vel
ſi is intra quatuor menſes contumax ſit impenſas
reſtituendi, inſolidum ſibi rem communem re-
tinet [e].

a l. binas ædes, l. 9. de ſeruit. vrb. præd. l. dũ nas, de vſufr. leg. l. ſeruum filij, §. vlti. de leg. 1.
b l. 4. §. 1. & l. via, l. 3. §. 1. de ſeru. tit. generali l. cùm conſtet, l. 5. de aqua quotid. & æſti.
c l. ad certam, l. 6. de ſeruit. l. ſi ſic, l. 7. quẽad. ſerui. amit.
d l. via, l. 5. §. vſus eius viæ itineris, l. 17. de ſeruit. tit. generali.
e l. 4. de ſerui. generali.
f l. 2. §. itẽ Varus, de aqua plu. arc. lib. 39. P. tit. 5.
g l. 4. de vſufr. l. & puto, §. vſusfructus, fami. erciſcun. §. 1. de vſu & habita
h l. 2. de ſerui. tit. generali l. vnus ex ſociis, l. 34. de ſeruit. ruſt.
i l. parietem, & l. in re communi, de ſeru. vrb.
k l. Sabinus, com. diuid. P. l. de pupill. §. ſi plurium, de no. ope. nũcia. P. l. in concedendo, & l. ſi autem, de aqua plu. arcẽ.
l l. pro parte, de ſeruit.
m l. ſtipulationes non diuiduntur, de verbo. obl.
n l. via §. fi. de ſeruit. ruſtic. præd.
o l. ſerui electione §. pen. & fi. de leg. 1. l. illud, de iur. do. P.
p l. ſi quis duas ædes, l. 6. §. 1. com. præd. P.
q l. ſerui, vſuf. quemad. ca-ueat. l. 6. de vſufruct. l. 1. §. ſi vſusfruct. ad l. Fal. in P.
r l. ad certam, de ſeruit. in P.
s l. per fundũ, de ſeruit. ruſt. præd. l. ſi com. præd. P.
t l. donationes quas parẽtes de donat. int. vir. & vxo. C. l. fi. C. ſi maior fact. al. rat. habe.
v l. de vnoquoque, de re iud. l. 2. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. itẽ quæritur l. 14. §. ſi nauicularius, loca. li. 19. P. tit. 2.
z l. fin. de vſu & habit. in P. cum ſimilib. ibi nota.
y l. ſi vnus, de ſeruit. ruſt. præd. l. proprium, com. præd. P.
z l. ſtipulatio iſta, §. alteri, de verb. oblig. §. alteri, de inut. ſtipul.

a l. ſi quis duas, l. 6. §. 1. cõ. præd.
b l. vni, fin. cõ. res pig. dar. ſit. li. 8. C. tit. 21. l. 2. com. diuid.
c d. l. 1. ſi com. res pig. da. ſit.
d l. falsò, C. de com. rer. alienat. l. ſi ſocius. ſi cert. peta.
e l. ſi fratres, §. idem reſpondit ſocius pro ſoc. in Pan. l. ſi ædes, com. diuid. in P. l. ſi vt proponis, l. 4. de ędifi. priua. li. 8. C. tit. 10.

## De actionibus pro ſeruitutibus introductis. Cap. 22.

1 *Pro ſeruitutibus actiones in rem negatoria & confeſſoria, & quibus competant.*
2 *Qui poſſeſſor vel quaſi in ſeruitutibus dicatur, ex contendentibus.*
3 *Poſſeſſionis commodum poſſidenti.*
4 *Quis poſſeſſor in ſeruitutibus dicatur. Item numero 7.*
5 *Quomodo qui prætendit ſeruitutem, nunciando ſe facit poſſeſſorem, & poſſeſſionem retinet.*
6 *In ruſticis ſeruitutibus, nunciatio noui operis an locum habeat.*
7 *Poſſeſſio vel quaſi, ex quo actu inducatur.*
8 *Forma libelli pro confeſſoria.*
9 *Qui vti poſſunt his actionibus, negatoria & confeſſoria.*
10 *Et aduerſus quos.*
11 *Effectus harum actionum qui.*
12 *Vtile interdictum, & vti poſſidetis, pro ſeruitutibus quando detur.*
13 *Alia interdicta quæ pro poſſeſſione ſeruitutum conſeruanda competunt.*

P*Ro ſeruitutibus*, inquit Vlpianus [f], *in* 1
*rem actiones competunt nobis, ad exem-
plum earum quæ ad vſumfructum perti-
nent, tam confeſſoria quàm negatoria.
Confeſſoria, ei qui ſeruitutem ſibi competere con-
tendit. Negatoria, domino, qui negat: hæc autem
in rem actio confeſſoria, nulli alij quàm domino fundi
competit. Seruitutem enim nemo alius vendicare
poteſt, quàm is, qui dominium in fundo vicino ha-
bet, cui ſeruitutem dicit deberi. In ſeruitutibus il-* 2
*lud ſingulare, poſſeſſorem, id eſt, quaſi poſſeſſorem,
eundem eſſe iuris ac petitorem. Et ſi fortè non ha-
beam ædificatum altius in meo, aduerſarius meus
poſſeſſor eſt, nam cùm nihil ſit innouatum, ille poſſi-
det & ædificantem prohibere poteſt, & ciuili actio-
ne, id eſt, confeſſoria, & interdicto quod vi aut clam.
Idem eſt & ſi lapilli iactu impedierit. Sed ſi patien-
te eo ædificauero, ego poſſeſſor ero effectus* [g]. Quæ
verba totam euoluunt difficilem agendi tracta-
tionem, & valde conſideranda ſunt propter com-
modum poſſeſſorij. Siquidem qui poſſidet, à 3
multis releuatur, quibus petitor: & qui non
poſſidet, oneratur. Et longè commodius eſt poſ-
ſidere, quàm petere: quia ſi actor non po[illegible]rit
pro[illegible]

f l. 2. ſi ſeruit. vend. li. 8. P. ti. 5. §. æquè de actio. ap. Iuſt.
g l. etſi fortè, l. 6. §. ſciendũ tamen, ſi ſeruit. vend.



probare, remanet in ſuo loco poſſeſſio, & pro
poſſeſſore iudicatur, obſcura exiſtente intentio-
ne actoris [a]. Nec cogitur poſſeſſor ab eo qui ex-
petit dicere titulum poſſeſſionis ſuæ [b]. Imò, vt
clarius Diocletia. & Maximia. ſtatuunt, *res alienas
poſſidens, licèt nullam tenendi cauſam iuſtam ha-
beat, non niſi ſuam intentionem implenti reſtituere*
4 *cogitur* [c]. Quocirca vtiliſſimum eſt in ſeruituti-
bus annotaſſe quis poſſeſſor ſit: ideo obſeruan-
dum ciuili actione confeſſoria vel negatoria
agentem, non minuere ſibi ius poſſeſſionis, dum-
modò cautè concipiatur libellus. Sicque Vlpia-
nus ſcribit [d]: *ſi quæratur quis poſſeſſoris partes ſu-
ſtineat, ſciendum eſt poſſeſſoris partes ſuſtinere, ſiqui-
dem tigna immiſſa ſunt, eum qui ſeruitutem ſibi de-
beri ait: ſi verò immiſſa non ſunt, eum qui negat.
Et ſiquidem is obtinuerit, qui ſeruitutem ſibi defen-
dit, non debet ei ſeruitus cedi, ſiue rectè pronuncia-
tum eſt, quia habet: ſiue perperam, quia per ſenten-
tiam non debet ſeruitus conſtitui, ſed quæ eſt, decla-
rari.* Reſtitui tamen amiſſa poſt litem conteſta-
5 tam poteſt. Qui retinere quaſi poſſeſſionem ſer-
uitutis vrbanæ vult, ædificante vel contra poſſeſ-
ſionis ius aliquid aduerſario faciente, rectè &
conſultius faciet nunciatione noui operis [e], quæ
fit per iactum lapilli: nam aliæ nunciationes con-
6 ſtituerent aduerſarium poſſeſſorem [f]. In ruſti-
cis tamen ſeruitutibus, vtendum eſt confeſſoria,
vel negatoria. Nam ſi quis in via ſibi debita ædi-
ficat, opus nouum nunciando nihil agit: ſed ven-
dicare ſeruitutem non prohibetur [g]. Et hæc eſt
ſententia interpretum, opus nouum nunciari
non poſſe in ruſticis, in vrbanis poſſe [h]. Idque
metu contrarij, lege qui viam, de operis noui
nunciat. in P. Quod ſi agatur tamen inter domi-
nos rerum de iure, de diuidendis rebus commu-
nibus, tunc & pro iuribus prædiorum inter eos
tantùm, nunciatio locum habet. Sic & Pompo-
nius generaliter loquitur, in iudicio familiæ er-
ciſcundæ vel communi diuidundo, ſi dum res in
arbitrio ſit, de iure prædij controuerſia ſit: pla-
cet omnes eos, inter quos arbiter ſumptus ſit,
& agere, & opus nouum nunciare pro ſua
quemque parte poſſe [i]. In perſonalibus vt vſu-
fructu, ſuo quidem nomine nunciare non po-
teſt opus nouum vſufructuarius, verùm poteſt
procuratorio nomine, vt in rem ſuam procu-
7 rator [k]. Angelus in quæſtione quando quis di-
catur in poſſeſſione vel quaſi poſſeſſione iuris
ſeruitutis diſtinguit [l], vt in ſeruitutibus negati-
uis, vt altius non tollendi, acquiratur poſſeſſio
per vnicam prohibitionem cum patientia aduer-
ſarij: vt ſi quando voluit ædes ſuas depreſſas
tollere, & prohibitus eſt ab eo. Nam ante pro-
hibitionem, etſi per mille annos depreſſæ vel
humiles ſtarent domus, tamen libertas tollendi
adempta non cenſetur [m]. In affirmatiuis autem,
vt quod liceat agere, ire, &c. conſiderandum
dicit modum vtendi: an quis vtatur iure facul-
tatis tantùm conceſſæ: vt permitto tibi ire per
fundum meum, & tunc tandiu durat facul-
tas, quandiu non prohibetur [n], aut vſus non
eſt per modum facultatis, vt ſi quis ducat aquam
per fundum tuum, vel quòd quis ſit in concilio
generali, vel quòd quis ſit in quaſi poſſeſſione
eligendi. Et tunc per primum actum inducitur
quaſi poſſeſſio [o]. Libellum in confeſſoria com-
8 ponit Ioannes Faber [p], fundo meo fundus Titij
debet ſeruitutem eundi, agendi: cùm vti vel-
lem ſecundùm indigentiam rei, idem Titius me
impediuit vti ſeruitute: quare peto pronunciari
ſeruitutem fundo meo deberi & competere, quo
pronunciato ab impedimẽto domine iudex eum
quieſcere facias, cogáſque cauere, ne in futurum
impediat. Et quia damnum paſſus ſum eo impe-
dimento, in centum aureis, pro damno eum con-
demnes [q]. Vtuntur iſtis actionibus, vt diximus, 9
ij, quorum prædia ſunt ſeruientia & dominantia,
non alij [r], niſi ſint hæredes dominorum ſtipulan-
tium, qui & agunt [s], vt emptores prædiorum eo-
rúmve hæredes [t]. Vtiles autem actiones harum
directarum dantur, nunciatióque noui operis
etiam creditoribus qui fundos poſſident, & em-
phyteotis qui vectigales habent agros [v]. Datur &
vtilis in rem ſuperficiario, & nunciatio [x], item
& fructuario [y]. Quòd ſi plures domini fundi
vnius ſunt cui ſeruitus debetur, quilibet ex do-
minis in ſolidum agere poterit, ſed in æſtimatio-
nem id quod intereſt veniet, ſcilicet quod eius
intereeſt qui experietur: & ſi plurium ſit fundus
qui ſeruit, aduerſus vnumquemque eorum in
ſolidum agi poteſt, & qui defendit ſolidum re-
ſtituere cogitur, quia hæc res diuiſionem non
recipit [z]. Agitur autem his actionibus contra 10
quemcumque impedientem vti ſeruitute [a]. Per- 11
pulchrè autem explicat Paulus [b]: harum actio-
num effectus, quorum prior, vt victori aut res
præſtetur aut cautio: ſeruitus ſcilicet vel libertas:
& caueatur ab aduerſario, nec ſe, nec ſucceſſores
ſuos prohibituros aduerſarium vel hæredes eius
in illis. Dehinc ſecundò, vt ſi rem non præſtet,
nec caueat, in tantum condemnet aduerſarium
iudex quantum actor in litem iurauerit [c]. Alius
effectus, vt quod præter ſeruitutem aut contra
ius ſeruitutis factum eſt, reuocetur ad priſtinam
formam, damni etiam ratione habita [d], ſumptibus
facientis quoque demolito facto opere [e]. Veniunt 12
& fructus, nempe quanti interſit actoris [f]. Sunt
& alia remedia pro conſeruandis ſeruitutibus in-
troducta, veluti vti poſſidetis interdictum, quan-
do quis prohibetur, ſuo qualiter velit vti [g]: vtile
videlicet interdictum vti poſſidetis [h], nam dire-
ctum pro rebus corporalibus tantùm datur [i], &
ſeruitutes tantùm quaſi poſſidentur [k]. Compe- 13
tunt autem interdicta & aliæ actiones pro ſerui-
tutibus non ſi de iure, ſed ſi de facto & poſſeſſio-
ne conſeruanda quæſtio ſit [l]: quale interdictum
de itinere actúve priuato [m], ne quid in loco pu-
blico, & de damno infecto [n], in factum [o], com-
muni diuidundo [p], nuntiatióve noui operis [q]. Tu-
telæ actio & impuberi datur, vt quod pendente
minore ætate non iure factum eſt, tollatur [r]: de
dolo [s], vſusfructus vendicatio, quæ vſufructua-
rio pro ſeruitute datur [r]: ex venditione facta al-
terius ex duabus ædibus ſeruitute non impoſita,
ex vendito vel incerti condictio [v], exceptio [x], &
remedium, quod aduerſus latitantes inductum
eſt, ſi qui prohibet ſeruitute vti copiam ſui non
faciat [y]. Et pro opere facto, quod vi aut clam in-
terdictum [z].

a §. retinendæ, & §. commodũ, de interd. l. qui accuſare, C. de edend. l. res, C. de rei vendica. l. vti frui, ſi vſusfr. peta.
b l. cogi, l. 11. de petit. hæred. lib. 3. C. ti. 31. l. poſſeſſiones, C. de probat. l. extat decretum, de iu. fiſci.
c l. fi. C. de rei vend. lib. 3. C. tit. 32.
d Vlp. l. ſicuti, l. 8. §. ſed ſi quę ratur, ſi ſeruit. vend. in P.
e l. inter ſeruitutes, l. 14. §. fi. de ſerui. vrba. præd. l. etſi fortè, §. 1. & fin. ſi ſeru. vend.
f l. de pupillo §. meminiſſe, de ope. no. nũciat. l. etſi fortè, §. 1. ſi ſeruit. vend.
g l. qui viam, l. 14. de ope. noui nuncia. lib. 39. P. tit. 1.
h glo. in l. & ſi fortè, §. ſciendum, in verbo lapilli, ſi ſerui. vend. gl. in d. l. qui viam, in verbo agit, gl. in l. in iudicio, in verbo nunciare, famil. erciſc.
i l. in iudicio, l. 48. famil. erciſc. li. 10. P. tit. 2.
k l. 1. §. fin. de oper. no. nunciat. in P. cum ſimilib. ibi notat.
l Ange. Areti. in tit. de actio. §. æquè, nu. 21.
m l. Altius, & ibi inter. & gl. C. de ſerui. l. q. luminibus, & ibi gl. Barr. & Floria de ſeruit. vrb. præd.
n l. diuus. iuncta gl. de ſeru. ruſt. præd.
o l. 1. in princ. & in §. qui autem, de aqua quot. & æſtiu. Bart. & alij in l. 1. C. de ſerui. Bald. d. l. 2. C. eo. tit.
p Ioan. Faber. in d. §. ęquè, in 8. q. nu. 16.

q errabatur libellus, in l. ſicuti, §. ſi quæratur, & l. Ægidius, & l. harũ, l. loci, §. & l. etſi fortè, §. fi. ſi ſeruit. vend.
r l. 1. l. 2. §. hæc autem, & l. 4. §. competit, ſi ſeruit. vendic.
s l. 2. §. ex his igitur, verſ. ex quo quidem, de verb. obli. li. 45. P. tit. 1.
t l. cum fundo, l. 36. & l. 4. de ſerui. ruſt. prædio. P. l. teſtatrix, l. 20. §. 1. ſi ſeruit. vend.
v l. ei qui pignori, l. 6. de ſeruit. ti. generali, l. creditori, l. 9. de ope. no. nunciat. li. 39. P. tit. 1. Vlp. l. 1. §. fin. de remiſſio. li. 43. P. tit. 24.
x l. 1. §. ſi ego ſuperficiari, de no. oper. nunciat. P.
y l. 1. §. itẽ Iuliano, de remiſſio. P. l. 2. §. ſi ſi ſerui. vẽdic. P.
z l. loci corp., l. 4. §. ſi fũdus, ſi ſeru. vend. l. viæ itineris, l. 17. de ſer. in P.
a l. ſi quis diuturno, l. 10. §. agi autem, ſi ſeruit. vend. l. 1. §. competit, verſ. nã etſi, de aqua quotid.
b l. harum, l. 7. ſi ſeruit. vend. vt de cautione l. egi, l. 12. eo. tit.
c d. l. harũ & l. 2. & l. in actionibus, de in litẽ iuran.
d l. ſi quid pars aduerſa, l. 5. de ſeruit. C.
e l. altius, l. 8. & l. ſeq. C. eo.
f l. loci corp., l. 4. §. in cõfeſſoria, & l. harũ, l. 7. ſi ſerui. vendic. l. & ſi fortè, l. 6. §. veniunt, eo. tit.
g l. ſicuti, l. 8. §. ſed & interdictum, ſi ſeruit. vend. P. l. 1. §. vlti. de aqua plu. arcen.
h gl. in d. §. ſed & interdictũ.
i l. 1. §. hoc interdictum, vti poſſid. P.
k l. pen. de ſeruit. in P.
l l. 2. §. fi. ſi ſeruit. vendic.
m d. l. 2. §. fi. & l. loci, l. 4. §. ſi quis verſi. ſed & de refectione, ſi ſeruit. vendic.
n l. ſi quando l. 17. §. fin. ſi ſeruit. vend. l. ſi fiſtulæ, l. 17. l. ſiquid igitur, l. 28. de ſeruit. vrb. prædio.
o d. l. ſi quando.
p l. in re communi, l. 25. de ſeruit. vrba.
q l. inter ſeruitutes, l. 14. fi. eo. tit. l. & ſi fortè, l. 6. §. fi. ſi ſeruit. vend.
r l. altius, l. 15. ſi ſeruit. vend.
s l. ſi eo loco, l. 9. eo. l. repeti, §. fin. quib. mod. vſusfr. amit.
t l. 1. & l. 5. §. vtrùm, ſi vſusfru. peta. lib. 7. P. tit. 6.
v l. ſi binarum ædium, l. 34. de ſeruit. vrb. præd. l. ſi in venditione, l. 7. com. præd.
x l. ſi à te emero, l. 16. & l. teſtatrix, l. 20. ſi ſeruit. vend.
y l. is cuius, l. 18. ſi ſeruit. vend.
z l. & ſi forte, l. 6. §. ſciendum, eo. l. 1. de oper. no. nunciatio.

## De amiſſione ſeruitutis & eius peremptione. Cap. 23.

Lib. 8. P. titu. 6.

1 *Quibus modis perimitur ſeruitus.*
2 *Re pereunte & reuiuiſcente, extinguitur & reuiuiſcit ſeruitus.*
3 *Ex parte perſonæ, quibus modis intereat ſeruitus prædialis.*
4 *Seruitus tacito conſenſu, facto permiſſo & expreſſo remittitur.*
5 *Amittitur ſeruitus non vtendo.*
6 *Non vtendo non amittitur via ad ſepulchrum, & via publica, contrà.*
7 *Vti ſeruitute, & per ſe, & per alium nomine ſuo poteſt quis.*
8 *Vſus qualis in ſeruitutibus retinendis & amittendis exigitur.*

1 HOc loco, vt opinor, repetendum non
erit, quibus modis vſus & vſusfructus
amittatur, hoc enim in vſufructu iam
explicatum eſt, ſed de prædialium
ſeruitutum peremptione agemus. Perimitur ita-
que ſeruitus prædialis, aut ratione rei, vel ratione
2 perſonæ, vel ratione eius quod geritur. Ratione
rei, ſi illa intereat cui adhæret vel debetur [a], re-
deunte tamen re in ſuum ſtatum, reſtituitur ſer-
uitus, vt ſi fons exaruerit, vnde aquæductus eſt
conſtitutus, & poſteà in ſuas venas redierit [b]. Si
domus deſtructa reædificetur [c], ſi locus ſeruiens
alluuione occupatus, iterum à flumine relinqua-
tur [d]: ſi quis ſtipulatus ſeruitutem ſuo fundo an-
te conſtitutionem pro parte fundum vendens
amittat, parte rurſum recuperata, aget pro ſerui-
tute conſtituenda [e]: vt &, ſi aditione ſeruitutes
confuſæ ſunt ab hærede, rurſum ſi oporteat fun-
dum dare legatariis, ſeruitutes reuiuiſcunt [f].
3 Ratione perſonæ amittitur ſeruitus, ſi is qui con-
ceſſit, non habebat ius perpetuum in re, & reſo-
luto iure dantis reſoluitur ius accipientis [g]: ſi is
qui prædio ſuo ſtipulatus eſt ſub conditione ſer-
uitutem, pendente cōditione prædium alienauit,
quia in eum caſum recidit promiſſio, à quo inci-
pere non potuit [h], quia fundus deſinit eius eſſe,
& alieno fundo nemo rectè acquirit ſeruitutem,
vt diximus [i]. Nec ea prædij à tempore ſtipulatio-
nis cenſetur eſſe, priuſquam cōſtituatur: alioquin
enim prædio quæſita domini mutatione, nulla
ſeruitus perit [k], quia tranſeunt prædia cum iuri-
bus ſuis, & cum onere ſeruitutis [l], niſi aliud pro-
hibeat ſingulare: veluti ſi contrarium in conſtitu-
tione placuit [m]. Quò referenda eſt affectio per-
ſonæ cui conceſſa eſt [n]. Interdum & natura con-
ſtitutionis repugnat tranſlationi, vt quia vſus ſer-
uitutis legatus eſt, ne ſeruitus ſeruitutis ſit [o]. Id-
ipſum ſi is qui ſtipulatus eſt ſeruitutem ſub con-
ditione, pro parte fundū alienet, quia corrumpi-
tur ius ſtipulationis [p], excepta quæſita [q]: aliter
autem perſona domini non mutat ſeruitutem rea-
lem prædiorum, nec capitis diminutione, nec
morte eorum peribit [r]. Facto autem amittitur
ſeruitus, ſi is cui ſeruitus debetur, permittat ali-
quid fieri in eo loco vbi debetur, per quod im-
4 peditur & tollitur ſeruitus [s]. Nam tacitè remiſ-
ſio fit, vt etiam & expreſſo conſenſu aboleri, &
tolli, remittive poteſt [t]. Confunduntur etiam iu-
ra prædiorum, ſi vnus prædiorum dominantium
& ſeruientium dominus eſſe cœperit [v], quia res
ſua nemini ſeruit [x]: dummodo in ſolidum fun-
dorum ſit dominus: nam partem acquirendo tan-
tùm, remanet in fundo ſeruitus [y]. Amittitur ſer- 5
uitus & non vtendo certo tempore: verùm hoc
diſcriminis ponitur inter ſeruitutes prædiorum
vrbanorum, & ruſticorum: quòd vrbanorum nō
omnino pereunt non vtendo, donec vicinus li-
bertatem vſucapiat, veluti ſi habeo ſeruitutem
contra te altius ne tollas, nec vtor, & tu altius ſu-
ſtuleris, amitto ſeruitutem, non autem antequam
aliquid noui feceris, vt etſi ius immittendi ti-
gnum habeam, & ego exemero tignum, tu autem
obturaueris, & per conſtitutum tempus ita ha-
bueris. Aliæ ruſticæ ſimpliciter pereunt tempo-
re, vti Caius reſpondit [z]: vt ſi via, quam habe-
bam per fundum tuum, me expuleris, per lon-
gum tempus non vtendo, amittam [a]: quamuis
ob vim tunc, ex æquitate reſtitui in integrum po-
tuiſſem [b]. Duo tamen non vtendo nunquam 6
amittuntur, vt iter ſepulchro debitum [c] & via
publica [d]. Quamuis pacto amitti poſſint [e]. Nec 7
tamen omnis qui ſeruitutem habet, vt per ſe
ipſum vtatur, exigitur: nam poteſt illam per
alium nomine ſuo vtentem retinere, & per ſo-
cium fructuarium bonæ fidei poſſeſſorem [f]. Neq; 8
etiam opus eſt, vt perpetuò vtatur, ſed ſufficit
conſtituto vel ſtatuto tempore vti [g]. Nec exigi-
mus etiam per omnem locum ſeruientem vſum
extendi, ſed vſu alicuius partis totius ius retine-
tur [h]. Amittit autem ratio tempore ius quod ha-
bet, ſi alio modo, quàm conceſſum eſt, vtatur cer-
to: vt ſi cōceſſa aqua horis diurnis, vtatur noctur-
nis, per certum tempus præſcriptionis amittit
ſeruitutem diurnarum [i]. Cæterùm ſpatium le-
gitimum, quo non vtendo quis amittat ſeruitu-
tem, eſt 10. annorum inter præſentes, & 20. inter
abſentes [k]. Habita tamen ratione diſtinctionis,
de qua paulò antè, Caij: vt in vrbanis incipiat à
tempore vſurpatæ libertatis [l]: libertas nunquam
niſi [m] interpellata.

a l. ſeruitutes, l. 19. §. ſi ſublatum, de ſerui. vrba. l. certo generi, l. 13. de ſeruit. ruſtic.
b l. vnus ex ſociis. l. 34. §. fin. & l. ſeq. de ſeruit. ruſtic.
c d. l. ſeruitutes, §. ſi ſublatum, de ſeruit. vrba.
d l. ſi locus, l. 14. quēad. ſer. ami. li. 8. P. ti. 6.
e l. ſi quis ex fundo, l. 3. quēadmo. ſerui. amitta.
f l. Papinian⁹, l. 18. de ſeru. ti. generali, & l. ſi ei. 10. com. præd.
g l. ſi is qui via, l. 11. §. 1. quemadm. ſeruit. amitta. l. ſi fundum, à te, de condit. & demonſt. P.
h Martia. l. exiſtimo, l. 98, & Pau. l. ſi ſub vna, l. 136. §. fi. de verb. obli. li. 45. P. tit. 1.
i ex l. ſi quis duas, §. 1. com mu. præd. cum ſimilib.
k l. neq; vſusfructus, l. 19. quemadm. vſusfru. amitta. lib. 7. P. tit. 4.
l l. 3. C. de ſeruit. l. via, l. 23. §. ſi fundus, & l. cum fundo, de ſeruit. ruſt. præd. l. ſi aquæ ductus, & l. alienatio, de cōtrah. empt. l. cum fundus, com. præd.
m gl. in l. pecoris, de ſerui. ruſtic. facit l. 3. C. de ſeruit.
n l. pater, de ſerui. legat.
o l. 1. de vſu & vſufr. legat.
p l. pro parte, l. 11. de ſeruit. tit. generali, l. ex meo, l. 24. de ſeruit. ruſt.
q l. ſi partem fundi, l. 25. de ſeruit. ruſti.
r Caius, l. 3. quēadm. ſeru. amit. P.
s l. ſi ſtillicidij, l. 8. quem. ſer. amitt. l. ſi precariò, l. 18. cōmo. præd.
t l. ad certam, l. 6. & l. ſeruitutes prædiorum l. 14. §. ſeruitus, de ſeruitus, de ſeruit. tit. generali. l. ſi domus tua, l. 20. & l. ſi ædes meæ, l. 31. de ſeru. vrban. l. ſi mihi, eod. tēpore, l. 20. & l. vn⁹ ex ſociis, l. 34. de ſerui. ruſt. l. vnic. de remiſſio, li. 43. P. ti. 4.
v l. 1. quemad. ſerui. amit. l. ſi cùm ſeruitus, l. 15. eo. l. Papinianus, l. 18. de ſerui. tit. generali, l. ſi qui ædes, l. 29. de ſeruit. vrb. l. ſi cōmuni fundo, l. 27. l. tria prædia, l. 31. de ſeruit. vrb.
x l. quicquid venditor, l. 11. com. prædio. l. vti frui, ſi vſuſfr. peta. l. in re cōmuni, l. 25. de ſeruit. vrb. præd.
y l. vt pomū, l. 8. §. 1. de ſerui. tit. generali.
z l. hæc autem iura, l. 5. de ſeruit. vrb. l. vna eſt via, l. 18. de ſerui. ruſt. l. ſicuti, l. 8. §. planè, ſi ſerui. vēdic. l. ſi tibi, l. 10. C. de ſerui.
a l. 4. §. ſi viam, de vſucap. lib. 41. P. tit. 3.
b l. ſi plures, §. deiectū, & l. ſi de fundo, de vi & vi arma.
c Paul. l. iter, l. 4. quemadm. ſeruit. amitta.
d l. viam, de via pub.
e l. ſeruitutes, §. 1. de ſeruitutib.
f l. ſeruitus, & per ſocium, quemad. ſeru. amitt. l. ſi communem, l. 10. l. qui fundū, l. 12. & l. vſu retinetur, l. 20. & 3. ſeq. eo. tit.
g l. 2. & l. ſi ſic conſtituta, l. 7. quema. ſeruit. amitt.
h l. ſi ſtillicidij, l. 8. §. fi. & l. ſi in partem, l. 9. quemad. ſeruit. amit. l. nam ſatis, l. 6. eod.
i l. ſi communem, l. 10. §. 1. quema. ſeruit. amit. l. ſi prius l. 16. de aqua plu. arcen.
k l. pen. & fin. C. de ſeruit. l. fi. C. de præſc. long. temp.
l l. hæc autem iura, de ſeruit. vrb. præd.
m l. ſi quis. l. 18. inf. quēad. ſerui. amit. l. ſi præſes, vbi interpretes, C. de ſerui. Angelus in §. prædiorum, nu. 3. de ſeruit.

## De vicinis. Cap. 24.

1 *Quare de vicinis in ſeruitutum tractatu agitur.*
2 *Vicinus vnde dictus, & quis dicatur vicinus. Idem numero 4. & 5.*
3 *Vicinus alius proximus, alius remotus, primus, ſecundus, tertius.*
4 *Quæ vicina, quive vicini dicuntur, arbitrio iudicis relinquitur.*
5 *Dieta vulgaris, & legalis, quid.*
6 *Vicinitas vnde cœpit.*
7 *Inter vicinos fraternitatis ſpecies & amicitia maxima, &c.*
8 *Vicinorum bonorum magna commoditas, ex malo plura incommoda.*
9 *Vicini mali valde fugiendi, ſed & illis benefaciendum, quare.*
10 *Vicini mali qui & lenones & meretrices, à vicinia expelli debere.*
11 *Vicini peſſimi ſunt qui cupidi.*
12 *Vicinus concludens ſua domo vicini pullos, furti tenetur.*
13 *Leges, quæ vicinorum pacem continent & fidem, non concupiſces.*
14 *Remedia quæ, quibus vicinorum damna reparari poſſunt, de quibus ſequentibus agitur capitulis.*

Quia



1 QVia in ſuperioribus, ſeruitutum quæ-
ſtionibus frequens fuit mentio de vi-
cinis, & de eorum controuerſiis ſo-
piendis per actiones & interdicta, per
diſtinctiones iuris cōſtituti, vel libertatis in res
alienas vſurpatæ & imminutæ: non erit alienum,
ſi per genera, quædam paucis retractemus, qui-
bus lucem maiorem priora accipiant, & ne coga-
mur alibi hæc tractantes, ſeorſum maiorem di-
2 ctorum partem tranſcribere. Dicemus de vicinis
pauca: viciui à vico, vicus à via, quòd dextera
parte viæ ſunt ædificia, vt ait Varro [a]. Qui itaque
proximitate ædificiorum vel viæ alicuius iun-
guntur, vicini dicti ſunt. Ex quo improbatur ma-
nifeſtè Bartoli [b] opinio, dum ait vicinos eos non
dici, qui habent ex aliqua tantùm parte domos
contiguas, ſi illæ aditum aliunde habeant. Nam
etſi illi non ſint vicini exitus, quòd iuuare expe-
ditè vicinos non poſſint, qui ianuas vicinas non
habēt: tamen vicinos eſſe alio modo, negare non
poſſumus. Accedit Paulus, dum inter vicina &
confinia prædia diſtinguit [c]: prædia dicens confi-
nia eſſe ruſtica, nullo pariete diuiſa: vicina autem
vrbana, quia communibus parietibus plerumque
diſcernuntur. Et proinde in vrbe, niſi in hortis
finium regundorum agi non poſſe. Imò & dici-
mus in iure, vicinum & proximum & remotum,
3 primum, ſecundum, & tertium [d]: vicinum ſim-
4 pliciter, & magis vicinum [e]. Quare & quæ loca
vicina dicantur, relinquendum cenſent interpre-
tes, arbitrio iudicum [f]. Et in pagis, vbi villæ di-
ſpunctæ & ſeparatæ ſunt ab inuicem, certè & vi-
cini nobis illi dicendi, qui vocem ex villa alia au-
dire poſſunt [g]. Et à pragmaticis obſeruatum,
eum vicinum dici, qui vicini ſui cantantem gal-
lum aut gallinam exaudire poteſt. Et poſſemus
etiam eum talem dicere, cuius res aut domum
videre ex noſtris poſſumus, ſi alludamus ad vo-
5 cem gallicam, *voiſin*, à verbo, *voir*, videre. Vel di-
ci non poſſe vicina, vltra duas dietas vulgares [h],
vel legales [i]. Vulgares, menſuræ ſunt pro more
regionis cuiuſque: legales, ſingula vicena millia
paſſuum faciunt [k]. Iulius Pollux vicinos nomina-
ri tradit & domeſticos, & prope & iuxta ciuita-
6 tem habitantes [l]. Cœpit vicinitas à ſocietate ci-
uili formari, nam coniunctio & amicitia plurium
in locum vnum conſedentium, ciuitatem & op-
pida fecit: in oppidis, autem vici, & inde, vt dixi,
7 vicinia. Habéntque vicini, vel habere debent,
ſpeciem quandam fraternitatis inter ſe, propter
ciuilem ſocietatem initam, in qua & ſpecies eſt
fraternitatis [m]. Et præponere videtur hiſtoria
Tobiæ amicis aliis vicinos, dum ait, *fecit Raguel
in nuptiis Tobiæ & filiæ, vicinis ſuis, & cæteris ami-
cis conuiuium* [n]. Et apud D. Lucam [o], *homo qui in-
uenit ouem, & mulier quæ reperit drachmam, vocaue-
runt vicinos & amicos, & lætati ſunt cum eis.* Iuſſe-
rat & Deus [p] in comedendo agno paſchali, vo-
cari vicinos proximiores vſque ad numerum ani-
marum ſufficientium ad eum manducandum. Et
meliorem vicinum iuxta, quàm fratrem procul,
8 dixit ſapiens [q]. Quod de bonis vicinis intelligen-
dum eſt. Nam illi propter opportunam & quoti-
dianam opem, ſi boni ſunt, nobis noſtríſque pro-
ſpiciunt, nos ipſis, & quæ illorum ſunt viciſſim: vt
contrà, ſi mali vicini ſunt, nihil pernicióſius eſſe
poteſt, propter nocendi omni momento datam
opportunitatem, cúmque omnia quæ vicinorum
ſunt, præſumantur noſſe, & ſcire facta eorum [r]: Et
vt ait Heſiodus [s].

*πῆμα κακὸς γείτων ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.*
*ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅστ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ·*
*οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη*, id eſt,
*Noxa tam mala eſt malus vicinus, quantum bonus commodum.*
*Sortitus eſt præmiū, quicūque ſortitus eſt vicinū bonū.*
*Neque ſanè bos interierit, niſi vicinus malus ſit.*
Vt non immeritò apud Plutarchum [t], Themiſto-
cles, cùm prædium aliquod venditurus eſſet, hoc
quoque præconem addere iuſſit, quòd vicinos
etiam bonos haberet: quaſi vicini commendatio-
ne futurum eſſet, longè vendibilius. Referunt
Thalmudiſtæ, aliquando Rabinum Iohannam,
certamen propoſuiſſe inter diſcipulos, in præ-
ſtantiori dicenda ſententia, de electione viæ
quam ſequi deberent [v] homines: grauiſſimáſque
hac de re prolatas vtrinque, verùm laudatam ma-
ximè, & vt tutiſſimam commendatam Rabini
Ioſe dicentis, viam bonam eſſe, שכן טוב ſcacen
tou, vicinum bonum. Vt Iudæus ſi ſummas diras
& Erynnes alicui imprecatur, nihil peius illi
optet, quàm vt vicinus malus illi contingat. Con-
ſentit Ben Sire [x]. Elonga te à vicinis malis, ne- 9
que particeps fias ſocietatis eorum, nam pedes
eorum currunt ad malum, & properant, vt effun-
dant ſanguinem. Idem tamen, Benignus eſto er-
ga vicinos tuos, tametſi mali ſint, atque imperti
eis de alimonia tua: ſic fiet, vt in tempore, quo ti-
bi ad iudicium ſtandum erit, pro te teſtimonium
ferant. Illis ſiquidem bene faciendum, quia boni,
vt iuuent nos: iſtis autem, quia mali, ne noceant.
Atque Nithæus Arbelites Rabinus alius monet [y],
הרחק משכן רע hareheth miſchacen ragn,
id eſt, elonga te à vicino malo. Et Plautus [z],
*Nunc ego verum illud verbum eſſe experior vetus,*
*Aliquid mali eſſe propter vicinum malum.*
Caius Iuriſconſultus [a], eum qui in vendendo
prædio confinem celauerit, quem emptor ſi au-
diſſet, non emiſſet, teneri venditori tradit. Nam
Plinius agrum paraturos, ante omnia intueri
oportere ait [b], aquarum vim, & vicinum. Et rur- 10
ſum colonis humaniſſimum, id agendum, vt dili-
gant vicini [c]. Mali vicini dici poſſunt, qui malis
moribus imbuti ſunt, maléque viuunt, vt leno-
nes, meretrices, quæ ideò ab honeſta vicinia poſ-
ſunt expelli, ne inficiant mores vicinorum pro-
bos [d]. Mali quoque & peſſimi cupidi, qui vt vi- 11
cinos ſuis ſpolient, nihil non audent, cùm putant
ſua intereſſe confines fundos habere [e] & naturali
vitio comparatum ſit quemque ſibi malle, quàm
alteri æquitate contempta [f]. Sic Demoſthenes [g],
*οὐκ ἦν ἄρα χαλεπώτερον οὐδὲν ἢ γείτονος πονηροῦ καὶ πλεο-
νέκτου τυχεῖν*, id eſt, *nihil peius quàm vicinum malum
& cupidum poſſidere.* Expertus id Naboth vir bo-
nus, tamen calumniis à Iezabele regina & rege
Achabo criminibus impietatis inſimulatus, &
occiſus, vt vineam eius, quam ille vt hæredita-
riam & paternam vendere noluerat, raperent, &
pomeria ſanguinolenta ſibi vt illis videbatur ac-
commoda, ſererent [h]. Et plures vicinitatis ius vt
prædæ venabula captant, vt hæredia pauperum
ſuis fundis iungant, in quos tamen maledictio
Dei per Ieſaiam prophetam prolata [i]: *Væ qui con-
iungitis domum ad domum, & agrum agro copula-
tis vſque ad terminum loci: nunquid habitabitis
vos ſoli in medio terræ?* Quo in loco & D. Hie-
ronymus notat, illa verba, *vſque ad terminum
loci*, apud ſeptuaginta Græcos interpretes eſſe
*ἵνα τοῦ πλησίου ἀφέλωνταί τι*, id eſt, *vt auferant
proximo aliquid.* Lyſimachus & Theodotio,

*donec*

a Varro, lib. 4. de ling. Latin.
b Bart. in l. 3. §. ſubuenitur, ad Sc. Syllania.
c Paul. l. 4. §. fi. fini. regund. P. & l. vrbana prædia, de ver. ſign.
d l. ſi tertius, l. 6. de aqua plu. arc. lib. 39. P. t. 3.
e l. 4. §. ſi tam vicinū, de dā. infect.
f gl. in ca. fœlicis, in verbo vicinarum, de pœn. in 6.
g arg. l. 1. §. eodem autē. ad Sc. Syllā. in P.
h in c. nonnulli, de reſcript.
i c. præſenti, §. loca verò de præb. in 6.
k l. vicina, l. 1. ſi quis cautio P. l. 3. de verb. ſign.
l Iul. Pollux li. 8. onoma. c. 2. περὶ γειτόνων.
m Vlpia. l. verum, l. 64. pro ſoc. li. 17. P. ti. 2.
n Tobiæ, 8.
o Lucæ, c. 15.
p Exod. c. 12.
q Prouer. 26.
r l. 1. §. flumen, de fluminib. l. dominus horreorum, loca. in P. cap. poſtquam, de electio.
s Heſiodus, in Ergis.
t Plut. in Themiſto.
v in li. qui Pirke Aboth, ſeu capitula patrum.
x Ben Syre, in ſententiis alphabeticis, in ſent. ר reſc.
y in Pirke Aboth. c. 1.
z Plautus, in Mercator.
a Caius, in l. quod ſæpe, l. 35. §. fi. de contrah. empt.
b Plini. lib. 18. c. 5.
c idem Plini. li. 18. c. 6.
d l. non aliter de vſu & habitat. Lucas de Penul. in l. ſi qua de ſpecta. lib. 11. C. Ioan. de Blanaſco, in praxi criminali de lenon. Nicol. Boer. conſil. 1.
e l. ſi cui fundus, de leg. 2. l. & ſi equo pretio, de leg. 1.
f l. cū duobus, pro ſoc. in P.
g Demoſth. orat. de fundo contra Calliclem.
h 3. reg. 21. ca. conuenior, 23. q. 8. 23.
i Ieſa. c. 5. c. ſicut, 48. diſt. ca. hæc autem, 3. diſt.

*donec deficiant vt non ſit locus.* Et in hos ſic egregiè Horatius [a] inuehitur,

*Tu ſecanda marmora*
*Locas ſub ipſum funus:& ſepulchri*
*Immemor ſtruis domos,*
*Mariſque Baiis obſtrepentis vrges*
*Submouere litora,*
*Parum locuples continente ripa.*
*Quid? quòd vſque proximos*
*Reuellis agri terminos? & vltra*
*Limites clientium*
*Salis auarus? pellitur paternos*
*In ſinu ferens deos:*
*Et vxor & vir, ſordidóſque natos.*

Sic velit nolit inops vicinus cogitur contra ius [b] propria diuiti vicino vendere, vel, vt verius dicā, donare: alioquin ex malo, vicinus fit peſſimus inimicus, cū nullus capitalior ſit inimicus domeſtico & familiari [c], nullus ad nocendum perículoſior eo, qui in vicinia quotidie captare momenta ex arbitrio nocendi cauſa poteſt [d]. Et ideò iure diuino rectè ſtatutum, vt ſi occiſus iacens in via reperiatur, & ignoretur homicida, vicinus proximior ſuſpectus ſit, de eóque quæſtio habeatur [e].
12 Vt & præſumitur vicinus concludens in domo ſua pullos vicini animo furandi facere, & tenetur furti [f]. Quamuis in eo admittatur pœnitentia [g].
13 Quamobrem vt obuiam iretur fraudibus, deceptionibus, & malitiis vicinorum, variæ leges cùm generales, tum ſpeciales latæ ſunt, quæ & fidem bonam inter vicinos, & ſocietatem, & pacē confirmarent, & controuerſias eorūdem componerent. Lex itaque lata in vniuerſum à Deo, *non concupiſces domum proximi tui, non ancillam, non bouem, non omnia quæ illius ſunt* [h]. Et vt illa habendi rerum proximi cupiditas adhuc proſterneretur, induxit annum Iubilæum, vt poſt quinquaginta annos, quilibet ad hæredia & bona ſua diſtracta rediret gratis [i]. Ob pacem etiam vicinorum conſeruandam, ſeruitutes reales prædiorum receptæ ſunt, ne præter ius conſtitutionis, in re vicini vicinus prætérque domini voluntatem amoliretur, de quibus ſuprà dictum eſt ad vtilitatē, & neceſſitatem videlicet prædiorum & hominū: alioquin
14 enim conſtitutiones illarum reiiciuntur [k]. In his autem quæ vicinos lædere poſſunt, ſeu alium quorum intereſt, remedia inducta ſunt, quorum effectus & finis, vel vt opus in præiudicium vicini factum tollatur: vel ad prohibendum, ne damnum ex re vicini vicino contingat: vel ne opus nouum fiat, quod nociturum ſit vicino, vel vt cōmune diuidatur, confuſum finibus ſuis regatur, de ſingulis pauca dicamus.

a Horat. lib. 2. Carmi. ode 18.
b l. nemo, de pact. P. Bart. in l. 2. de debitor. ciuit. li. 11. C. l. nec emere, de iure deliber. l. inuitos, de locato, C. l. inuitum, & l. dudum, de contrah. empt. C.
c can. ſi inimicus, 93. diſt.
d l. ſi quis ex familiarib⁹, l. 30. qui accuſa. non poſſ. C. l. data iāpridē, C. de donatio.
e Deut. c. 21. c. dilecto, c. 6. de ſent. excom. in 6.
f Bart. in l. qui ea mente, de fur.
g Floria. ſin l. quintus, ad l. Aquil. facit §. gallinarum, de rer. diuiſ.
h Exod. 20.
i Leuit. c. 25. Numeror. c. fi.
k l. quoties nec hominū, & l. vt pomū, de ſeruit. P.

## De reſtitutione operis nocentis in priſtinam formam, & de eo quod vi, aut clam. Cap. 25.

Lib. 43. P. tit. 23.

1 *Vi, aut clam, aut precariò factum reſtituendum in priſtinum ſtatum.*
2 *Vi quando opus factum dicitur.*
3 *Clam opus fieri quando dicatur.*
4 *Interdictum quod vi aut clam, tantùm datur pro rebus ſoli, aut quæ in ſolo.*
5 *Quibus datur hoc interdictum quod vi aut clam, & contra quos.*
6 *Quandiu competat interdictū quod vi aut clam.*
7 *Effectus huius interdicti, & quid in condemnatione eius.*
8 *Precariò opus factum, quomodo reſtituendum.*

1 REſtitutorium interdictum pro demoliendo opere, quod nocet vicino, competit ſi illud vi, aut clam, aut precariò factum eſt, vel non iure [l]. Agimus porrò hîc, de opere vi vel clam facto reſtituendo, non de vi ipſa, vel de vi in perſonam, de qua alio loco tractamus, nempe in criminibus.
2 Vi feciſſe videtur opus, qui contrà, quàm prohiberetur fecit, vel prohibitus iactu lapilli opus cœptum proſecutus fuerit: vel contra denuntiationem: vel cùm ſciret ſe prohiberi poſſe, ne prohiberetur per vim amolitus eſt, putà ianuam clauſit [m]. Et quicunque propria authoritate aliquid in re contentioſa facit, vi facere videtur [n]. Siue quis per ſemetipſum prohibuerit, ſiue per alium, vt per procuratorem, ſeruum mercenarium [o], inquilinum, vel alium [p]. Si quis tamen interdictus paratus ſit ſe iudicio defendere aduerſus eos, qui interdicendum putant ne opus fiat, deſinet vim facere, ſi modò ſatis offerat [q].
3 Clam hic facere dicitur, qui celauit aduerſarium, nec ei denuntiauit, ſi modò timuit eius controuerſiam, aut debuit timere. Et qui celandi animum habet eum, quem ſe prohibiturum intellexerit, & quem exiſtimat aut exiſtimare debet ſe prohibiturum iri [r]. Item & is clam facit, qui denuntiauit quidem ſe opus facturum, ſed nec diem nec horam denūtiatione complexus eſt, & vbi aut quod opus facturus eſſet, vel perfunctoriè denuntiauit [s]. Qui autem bona fide iuſſit opus fieri ſine hoc metu, etſi ſeruus faciens metuerit, non tenetur [t]. Fruſtra autem hic tereremus tempus in percurrēdis rebus, quæ vi & clam fieri poſſunt nam tot ſunt ferè, quot modi nocēdi rebus alienis.
4 Eo tamen obſeruato, vt interdictum hoc quod vi aut clam, locum nō habeat niſi pro opere quod fit in ſolo [v], vel in opere quod in ſolo eſt [x]: vt ſi arbores ex ſolo ſuccindantur [y], pro quibus & vtile hoc interdictum competit.
5 Datur hoc interdictum domino qui prohibuit, & cuius nomine prohibitio facta eſt [z], & iis quorum intereſt [a], etiam ſi non poſſideant [b]. Contra eos qui fecerunt, & quorum iuſſu factum eſt [c]. Si tamen colonus nouum opus fecerit, vnde interdictum detur ſine iuſſu domini, colonus tenebitur, vt patientiam & impenſam præſtet, pro reſtituendo opere: dominus autem tantùm patientiam præſtare tenebitur, vel impenſam demolitionis [d]. Idem conductore faciente ſine iuſſu domini reſponſum [e] datur: & ſemper contra poſſeſſorem operis hoc interdictum [f].
6 Item & in heredes reliquóſque ſucceſſores in id quod ad eos peruenit, intra annum: non enim datur poſt annum: incipítque annus ex quo id opus factum perfectúmve eſt, aut fieri deſiit, licèt perfectum non ſit, non à tempore quo cœpit fieri [g].
7 Vnde ſequitur effectus, vt opus factum tollatur & reſtituatur in priſtinam formam [h], & tanti lis æſtimetur, quanti intereſt opus factum non eſſe [i]. Et ſi quis propter opus factum, ius aliquod

l l. 1. §. hoc interdictum, quod vi aut clam.
m l. 1. §. quid ſit vi, & ſeq. §. factum, & l. vim facit, l. 19. quod vi aut clam.
n l. extat, quòd met. cau. l. 1. C. de ſuffrag. l. quo tutela, §. vi factum, de reg. iur.
o l. 3. quod vi aut clam.
p l. interdictū, 17. eod.
q l. 3. §. ſi quis paratus, quod vi aut clam.
r l. 3. §. fin. & l. 4. quod vi aut clā. P. l. quo tutela, §. clā. de reg. iur. l. clam poſſidere, de acqui. poſſeſſ.
s Vlp. in l. aut qui aliter, l. 5. in princ. & §. 1. eod. quod vi aut clam.
t l. ſi opus, l. 20. §. ſi iuſſero, eod.
v l. ſi alius fecit, l. 7. §. notauimus, & l. nā origo. l. 8. & l. fi. quod vi aut clam.
x l. nam & ſi ramos, l. 9. & ſeq. eod.
y l. denique, l. 13. eo. tit.
z l. interdictū, l. 17. & l. 3. eod. Paul. l. ſi procurator, l. 17. de ope. nou. nunciat. libr. 39. P. tit. 1.
a l. is qui in puteum, l. 11. §. fi. l. deniq; l. 13. §. ſi ex ſociis, quod vi aut clam.
b l. competit, l. 17. eod.
c l. 5. §. hęc verba, & l. ſeq. l. is qui in puteū, l. 11. §. ſi tutores, l. ſemper, l. 15. §. ſi in ſepulchro, eo. ti.
d l. denique, l. 13. §. fin. l. nam etſi, l. 14. §. fin. eod. l. quāquā, §. idem Iulianus, & l. ſi colonus, de aqua plu. arcen. l. 2. §. reſtituas, ne quid in loc. pub. l. 3. §. item, de alie. iud. mut. cauſ. fac.
e l. ſemper, l. 15. §. is cui, quod vi aut clam.
f l. ſemper, in prin. l. 15. eo.
g l. ſemper aduerſus, 15. §. hoc interdictum, & l. 1. quod vi aut clam. l. ſi vitam, l. 21. eo. l. Atteius, de aqua plu. arcen.
h l. 1. §. hoc interdictum, quod vi aut clam.
i l. ſemper aduerſus, §. in hoc interdicto, eod. tit. fa[c]it l. ſi quando, C. vnde vi.

præ dij



8 prædij amiſerit, id reſtitui ex hoc interdicto debet [a], & fructus & omnis cauſa [b]. Si precariò etiam quis poſſideat, & opus fecerit in eo iniuſſu domini, tolli vt illicitum debet & reſtitui precarium ſuæ formæ [c]: alioquin fit condemnatio quanti interſit & fructuum [d]. Sed de precario alibi Deo fauente latius ſuo loco, dum agemus de contractibus.

a l. ſi opus, l. 20. §. fin. quod vi aut clam.
b l. videamus, l. 38. §. ſi poſſeſſionem, verſ. interdicto de vſur. lib. 22. P. tit. 1.
c l. 2. §. hoc interdictum, l. & habet, l. 15. de preca. li. 43. P. tit. 25. l. quæſitum, l. 8. §. ex hoc interdicto eo.
d d. l. quæſitū, §. ex hoc interdicto, l. ſi precario, l. 18. commu. prædio. P.

## De damno infecto. Cap. 26.

Lib. 39. P. titu. 2.

1 *Damnum infectum quid, & vnde dictum: & damnatio vnde.*
2 *Remedium de damno infecto, & cautio pro quo opere detur.*
3 *Remedium de damno infecto extraordinarium eſt, nec datur alia actione competente, & num poſſit concurrere.*
4 *Quis vtatur hoc remedio, de damno infecto: & de ſtipulatione & cautione eius.*
5 *Petenda eſt damni infecti cautio antequam damnum fiat, & tamen facto datur, ſi qui dedit velit rudera tollere.*
6 *Inquiritur tantùm, num præſtita cautione ante damnum datum, quis moram fecerit poſt vocationem in ius, an actor vel reus.*
7 *Iudex interpellari debet, aliter non tenetur de negligentia, & quid ſit poſtulare à iudice.*
8 *Quando committatur ſtipulatio damni infecti: & non porrigi hanc cautionem ad fortuitos caſus, & naturale loci vitium: damnum iniuria aduerſarij factum, &c.*
9 *Quæ veniunt in ſtipulationem damni infecti commiſſam.*
10 *Contra non cauentem vel non defendentem in damno infecto, fit miſſio in poſſeſſionem. Miſſio in poſſeſſionem ob hanc cauſam quomodo fiat in rem minantem damnum. Miſſione hac facta dominus ædium eiiciendus eſt inde, &c.*
11 *Miſsionem præcedere debet denunciatio, vt cautio detur, &c. Denunciatio quomodo & quibus facienda, &c.*
12 *Miſsio in poſſeſsionem duplex, ex primo & ſecundo decreto. Miſsio ex primo & ſecundo decreto quæ, &c.*
13 *Miſsio in poſſeſsionem rei ſeruandæ cauſa, aliis negotiis communis, nec verè poſſeſsionem dat.*
14 *Miſsio in poſſeſsionem ex Carboniano edicto, dat poſſeſsionem.*
15 *Miſsio in poſſeſsionem ex 2. decreto fit poſt annum, & datur ius dominij.*
16 *Dominus rerum ruinoſarum dando res, liberatur ab omni damno dando & dato.*

1 DAmnum infectum eſt, damnum nondum factum, ſed quod futurum veremur [e]. Damnum porrò & damnatio, ſecundùm Paulum, ab ademptione, & quaſi diminutione patrimonij dictum eſt [f]. *Damnum*, inquit Varro [g] *à demptione, cùm minus re factum, quàm quanti conſtat.* Quando itaque ex opere facto à vicino, vicinus damnum imminere ſibi præuidet, proſpicit ſibi agendo ius nō eſſe vicino ita opus habere: veluti ſi paries communis opere facto à te, in ædes meas ſe inclinauerit, potero tecum agere, ius tibi non eſſe ita parietē illū
2 habere [h], vel ſi ventrem faciat [i]. Accedit remedium prætorium, quod propter neceſſitatis celeritatē cōmiſſum eſt magiſtratibus municipalibus, de damno infecto [k]: quod pertinet ad actionē & poſſeſſionem: cætera namque ſibi reſeruauit [l]. Cautione damnum fiat, *hoc edictum*, inquit Vlpianus [m], *proſpicit damnum nondum factum, cùm cæteræ actiones ad damna quæ contigerunt ſarcienda pertineant, vt in legis Aquiliæ actione & aliis, de damno verè facto nihil hoc edicto cauetur.* Simile in hoc remedio de aqua pluuia arcenda: quod tamen differt: quia illud damnū non factum, ſed futurū ſpeciale ratione pluuiæ reſpicit [n]: hoc autē, ſi ædiū vitio, ſiue operis, quòd vel in ædibus vel in loco vrbano aut ruſtico, publico aut priuato fiat, damni aliquid futurum ſit, curat prætor, vt timenti damnū ex operis vitio, non loci, caueatur [o]: publico videlicet, quādo in eo loco, ob priuatum cōmodum & priuata authoritate quid fit: nā ſine dāno vicinorū, qui agunt, facere debēt [p]: ſecus, ſi publicè reficiātur res [q].
3 Remediū hoc extraordinarium eſt, ideò nō datur niſi deficiēte alia actione [r]: vt ſi cōductor tutò in domo cōducta habitare nō poſſit, ob damnū minatū, cùm ex conducto experiri poſſit, hæc nō datur [s]. Concurrere at cū diuerſis aliis remediis ad diuerſa tamen tendentibus, hoc remedium poteſt, veluti cum operis noui iam facta nūtiatione, & cū interdicto, quod vi aut clam [t].
4 Porrò quis poſſit hoc auxilio vti, definita non poteſt dari alia regula, quā id omnino ſubiici prætoris arbitrio, & omnes audiri qui ſibi caueri damni infecti poſtulāt: & ad ſtipulationē admittitur quilibet, ſi prius iurauerit de calūnia, & ſacramento præſtito non inquiritur an eius qui petit, interſit vel non [v]. Competit tamē dāni infecti ſtipulatio maximè iis quorū intereſt dānū non dari: non tantùm ei, cuius in bonis res eſt, ſed etiam ei cuius periculo res eſt [x]. Domino fructuario, ſuperficiario [y]. Et pro auertēdo ſtillicidio, ſeu proiecto, vnde damnum veremur nobis cōtingere, ſi quid ex foramine vnde aqua mittitur per parietē nociturum ſit [z]. At cōtra dominū rerū vitioſarū, & ſi dominium in cōtrouerſia ſit, cōtra poſſeſſorem cautio facienda dirigitur [a]. Et cum medio vicino rerū vitioſarū: quia fieri poteſt vt ædes ruinoſæ in vicinas incidētes mihi noceant [b]. In hac vel promittēdum cùm in ſuo opus ſit, vel cauendum ſeu ſatiſdandū, ſi in alieno. Sic prætor enim ait in hoc edicto [c], *damni infecti ſuo nomine promitti, alieno ſatiſdari iubebo ei qui iurauerit, non calumniæ cauſa id ſe poſtulare: eúmve cuius nomine aget, poſtulaturū in eum diem, quem cauſa cognita ſtatuero. Si cōtrouerſia ſit, dominus ſit nécne qui cauebit, ſub exceptione* [d] *ſatiſdare iubebo.* Exceptio, vt eligat actor quomodo velit ſibi caueri, an tanquā à domino, an tanquam à non domino: nec enim vtrūque poſtulās auditur [e]: quia electio in iuribus ad eūdem finē cōcurrētibus fieri debet ab eo cui cōpetunt [f]. Si alieno nomine quis ſtipuletur, ita cōcipi debet ſtipulatio, vt quod damnū domino datū ſit cōprehendatur: cauere autē debet is qui ſtipulabitur dominū ratum habiturū. Exceptióq; procuratoria ſtipulationi inſerenda eſt [g] ſicut in ſtipulatione legatorū [h]: adiicitúrq; in hac ſtipulatione, & hæredū nomē vel ſucceſſorū, eorúmque ad quos res pertinet [i]. Debet itē adiici dies certa ſtipulationi, infra quam ſi damnum datū ſit emēdetur, veluti ſi intra mēſem vel 2. vel plures, ſicuti iudici videbitur, qui diem definiet habita ratione operis, quod ruinam minatur: num ſit antiquum, quod breui ſit caſurū, vel alterius generis.

e l. 2. de dam. infe. P.
f l. 3. eod. titu. Paul. lib. 5. recep. ſent. ti. 10.
g Varro, lib. 4. de ling. Latin.
h Pompon. in l. ſi cum meus, l. 14. §. fi. ſi ſeruit. vend.
i Alphe. in l. ſi quando, l. 17. eo. ti. ſi ſeruit. vendic.
k l. 1. de dam. infect.
l l. 4 in prin. & ſi intra verſic. duas ergo, eo.
m l. prętor ait, §. hoc edictū, de dam. infect. l. ſupra iter, l. 11. §. officium, de aqua plu. arcē. li. 39. P. tit.
n l. Atteius §. in hoc edicto, de aqua plu. arcen.
o Caius, in l. eorū. l. 19. §. fi. de dam. infect. l. fluminum, l. 24. eod.
p d. l. fluminū, & l. qui vias, l. 31. de dam. infect.
q l. ſi finita, l. 15. §. fin e, & §. ſi publicus, & l. fluminū, de dam. infect.
r l. ſi ædibus, l. 32. §. fin. de dam. infect.
s l. qui bona fide, l. 13. §. de illo, de dā. infect. l. inquilino, & l. ſe. eo. l. habitatoris, §. fi. loca. in P.
t l. qui bona fide, l. 12. §. ſi quis opus, de dān. infect. P.
v d. l. qui bona fide, §. qui damni infecti.
x Paul. l. damni infecti, l. 18. de damn. infect.
y l. 5. §. fi. & d. l. qui bona fide, & ſuperficiario, de dān. infect. l. inter fructuarium, l. 20. eod. l. inter quos, l. 39. §. damni infecti, eod.
z l. eorum l. 19. §. fi. de dān. infect. l. ſi quid igitur, l. 28. de ſeruit. vrb. prędio.
a l. inter quos, l. 39. §. ſi dominus, de damn. infect.
b l. qui bona fide, l. 13. §. cū inter, eo. tit.
c l. prætor ait, l. 7. de dam. infect. l. dāni infecti, l. 30. §. vtrùm, eo. l. 1. §. item ex cauſa, de prætor. ſtipulat.
d facit & l. qui vias, l. 31. §. fin. de dam. infect.
e l. ſi proprietarius l. 22. §. fi. de dam. infect.
f l. fi. C. de codicil. l. quod in hæredem, §. eligere, de tributor. l. 3. vt legat. nomi. cauea. P.
g l. inter quos l. 39. §. alieno, de damn. infect.
h l. Pomponius. §. ſi ſtipuletur, de procur. l. 1. §. ſed & procuratoribus, vt leg. nom. cauea.
i l. fluminum, l. 24. §. adiicitur, de dam. infect.

Non

Non enim in infinitum debet produci ſtipulatio,
vt perpetuò qui cauit teneatur [a]. Quod ſi ſtipula-
tio facta fuerit ſine die, valebit quidem ſi expreſ-
ſa voluntate contrahentium fiat: vt ſi cautum, te-
neri promiſſorem quandocũque domus cecide-
rit: at ſi per errorem ſine die concepta eſt, valebit
tantùm ſtipulatio intra eam diem, qua ſolitum eſt
caueri, & deſideratur à prætore vt liberetur. Ve-
runtamen ſi finita dies opus non ceciderit, iterum
ex arbitrio prætoris erit cauendum [b], quia præ-
5 toriæ ſtipulationes repeti poſſunt [c]. Diligenter
porrò quis debet ſuum munus exequi in poſtu-
landa cautione & ſtipulatione, ob ruinã propin-
quam & damnum imminens: alioquin enim, ſi
antequã cautio poſtulata ſit, vicini ædes vel aliud
opus damnum dederint, certè nulla actio contra
dominum eſt, ſi is rudera noluerit ex vicini area
vel ædibus, quia non cogitur tollere, & habeat
pro derelicto [d]: alioquin enim ſi vellet tollere,
non prius licet, niſi de damno dato & futuro ca-
6 ueat [e]. Verũ hîc animaduertendũ eſt, qua ratio-
ne interpoſitio cautionis & ſtipulationis fuerit
intermiſſa poſt impetratum interdictum, ſeu vo-
cationem in ius factam: an per negligẽtiam ipſius
actoris, & tunc vera ſunt, quæ dicta proximè: an
verò propter aliquod legitimum impedimẽtum
ſibi proſpicere citò non potuit, veluti, quia ab-
ſens neceſſariò ob negotia reipublicæ, vel alia le-
gitima cauſa: nam interdictum ei, in cuius ædes
rudera deciderint, datur per quod vicinus coge-
tur, vel tollere rudera, aut totas ædes pro dereli-
cto habere, & de præterito damno cauere [f]. Sed
Africanus tradit [g], *Si, cùm poſtulaſſem, vt mihi
damni infecti promitteres; noluiſti: & priuſquam
prætor adiretur, ædes tuæ corruerunt, & damnum
mihi dederunt, Pedium dixiſſe prætorem nihil noui
ſtatuere debuiſſe, quòd mea culpa damnum ſim paſ-
ſus: quia tardius experiri cœperim. At ſi prætor vt
promitteres decreuiſſet, & te non repromittente, me
ire in poſſeſſionem iuſſiſſet, & priuſquam eò veniſſem,
corruerint, perinde omnia ſeruanda eſſe, atque ſi poſt-
eaquam in poſſeſſionem veniſſem, damnum datum
eſſet.* Si autem poſt decretum eundi in poſſeſſio-
nem, qui iuſſus erat ire, neglexerit, & interim
corruerunt, diuerſum ſtatuitur [h]. Quòd ſi, dum
prætor aditus de danda ſtipulatione deliberat,
damnum contigerit, miſſio quidem ceſſabit: præ-
tor tamen decernere debet, quicquid damni cõ-
tigerit, vt de eo quoq; caueatur, aut ſi putat quòd
vtiliter actionem daturus ſit, decernat [i]. Cæte-
rùm ſi cautionem ſibi delegatã magiſtratus mu-
nicipalis non curauerit, & interim damnum da-
tum ſit, in eum iudiciũ datur, quod non ad quan-
titatem refertur, ſed ad id quod intereſt, & ad vti-
7 litatem venit, non ad pœnam [k]. Scilicet ſi poſtu-
latum fuerit remedium, nam qui non poſtulauit,
experiri non poteſt: atque hîc poſtulare propriè
8 dicitur, pro tribunali petere, non alibi [l]. Com-
mittitur autem ſtipulatio adueniente damno, vel
ſi pro damno euitando quid faciendum ſit, ſi vi-
tio operis fiat. Non enim porrigitur ſtipulatio ad
ruinam vel damnum, quod vitio naturali ſoli
contingit, vel iniuria aduerſarij factum, vel quod
caſu fortuito, cui proſpici non potuit, accidit [m].
Parcitur quippe vitio naturali [n]. Et fortuita, vt
terræmotus, vis fluminis, & ſimilia in poteſtate
prouidentia hominis non ſunt [o]. In aliis autem
caſibus quibus ſibi quis facilè proſpicere poteſt,
locum habet [p]. Si etiam de damno infecto quis
ſibi cauerit in pariete communi ob nimium onus

a l. qui bona fide, l. 13. §. fi. & l. ſeq. de damn. infect.
b ſuperiora probat Vlpia. in l. ſi finita, l. 15. de dam. infec.
c l. prætoriæ ſtipulationes, de prætor. ſtipulatio. l. veluti, §. hæc vox, de eden.
d l. euenit, l. 6. de damn. infect.
e l. prætor ait, l. 7. §. fi. eo. tit.
f d. l. prætor ait, §. fi. iuncta l. quod fortè, l. 8. & l. hoc amplius, l. 9. de infect. gl. in d. l. euenit, eod. tit.
g l. cùm poſtulaſſem, l. 44. eodem.
h l. ſi finita, §. ſi quis metu, l. prætor ait, §. fin. & ſeq. & l. ſi finita, §. illud & §. eleganter, & §. ſi iã ruerint, de damn. infect.
i d. l. ſi finita, l. 15. §. elegãter.
k l. dies cautioni, 4. in eñ, de dãn. infect.
l d. l. dies cautioni, §. hoc autem iudicium, l. 1. §. magiſtratibus, de magiſt. cõueniẽd. l. ſtipulatio, §. habet. de ope. nou. nuntiat. in P.
m l. fluminum, l. 24. §. victum, de dãn. infect.
n l. 1. §. hęc cautio, & §. idem aiunt, ſi aqua, & §. item ſciẽdum, de aqua plu. arcend.
o l. in rebus, commod. in P, l. 1. C. eo. l. quæ fortuitis, de pign. actio. C. l. 2. §. ſi eo tẽpore, de admini. rer. ad ciui. pertinen. in P.
p l. qui bona fide, §. cùm inter, & l. fluminum, l. 24. §. ſeruus quoq;, de dam. infe.

à ſocio impoſitum, rectè agit: at ſi paries æquali-
ter vtriuſque oneribus preſſus decidat, vterque
ſibi imputabit [q]. Quando autem commiſſa eſt 9
ſtipulatio de damno infecto, veniunt in eam,
quanti ea res erit, & impenſæ quas fecit qui eſt
ſtipulatus, ne opus ſibi noceret in fulciendo, &
ob emigrationem metu ruinæ, ſi hoſpitium alibi
ſit conducendum [r]. Sed tamen in æſtimando no-
uo pariete communi, ratio haberi debet eius
impenſæ, quæ modum probabilem non excedit
in veteri eius cultu, non qui aggrauet. [s] Nec ex
damni infecti ſtipulatione oportet infinitam vel
immoderatam æſtimationem fieri, vt putà ob te-
ctoria vel picturas: quia honeſtus modus ſeruan-
dus eſt, non immoderata cuiuſque luxuria ſubſe-
quenda [t]. Et hæc quæ dicta ſunt, locum habent, 10
quando damni infecti nomine cautum eſt: At
quando non cauetur intra diem à prætore conſti-
tuendum in poſſeſſionem rei eius, cuius de dam-
no timetur, ob rem non defenſam actor mitten-
dus eſt [v], etiam contra pupillum indefenſum [x],
& in eum qui neque cauerit, neque in poſſeſſio-
ne eſſe, neque poſſidere paſſus ſit, iudicium dat
prætor, vt tantum præſtet, quantum præſtare eum
oporteret, ſi de ea re ex decreto eius prætoris, vel
eius cuius ea de re iuriſdictio fuit quæ in ea re
eſt, cautum fuiſſet [y]. Si ædes ſint ruinoſæ in parte,
pro qua nolit cauere dominus, miſſio fit in totas
ædes: ſi tamen amplæ ædes ſunt, & in plures par-
tes diuiſæ, in eam tãtùm quæ ruinoſa eſt fiet miſ-
ſio [z]: vbi autem quis poſſidere iuſſus eſt, domi-
nus deiiciendus erit à poſſeſſione [a]. Obſeruare 11
autem expedit ante hanc miſſionem exigi denun-
tiationem factam ei qui cauere debet vt caueat,
vel ei ipſi, vel ad domum ipſius, vel vbi habitat:
etſi habitationem non habeat, ad ipſum prædium
erit denuntiandum, vel procuratori eius, vel in-
quilinis [b]. Et ſi res hæreditaria ruinoſa ſit, nec il-
la adita, & non inhabitentur ædes, tutius erit li-
bellum ad ipſas ædes proponere [c]. Miſſio in 12
poſſeſſionem in hoc interdicto duplex eſt, ex
primo & ſecundo decreto. Prior ex primo de-
creto eſt, quando ob contumaciam rei, qui non
cauet iuſſus, actor mittitur in poſſeſſionem eius
rei, quæ ruinam minatur, cuſtodiæ cauſa, vt eam
pignoris iure detineat, donec reus veniat reſpon-
ſurus [d]: miſſióque fit, etiam ſi poſt decretum
miſſionis ædes ruinoſæ corruerint ante miſſio-
nem [e]. Et poſſidere quoque intelligitur ante 13
ruinam, ſi metu ruinæ, ne ea opprimatur miſſus
in poſſeſſionem, receſſerit ab illis [f]. Hoc reme-
dium miſſionis huius rei ſeruandæ cauſa, com-
mune in omnibus actionibus in rem, vt tædio
affectus, contumax hoc modo veniat. Et ſi veniat
intra annum, non poſteà, nec priùs audiatur,
quàm de impenſis & reliquis cauerit vel ſolue-
rit, &c. [g] Neque hæc miſſio in poſſeſſionem ex
primo decreto transfert dominium in poſſiden-
tem [h]. Præfertur tamen qui ex hac cauſa mitti-
tur creditori, qui pignus in ea re habet, ſi is non
ſatiſdet de damno infecto [i]. Quanquam qui ita
miſſus eſt in poſſeſſionem, non verè poſſeſſio-
nem videatur habere, ſed potius rei cuſtodiam [k].
Hoc enim ſpeciale habet miſſio ex Carboniano 14
edicto [l]. Cæterùm poſt annum contumax in ca- 15
uendo, rei ſuæ poſſeſſione verè priuatur [m]. Et iu-
bet prætor dominum de poſſeſſione decedere, &
poſſidere actorem [n]. Datúrque ius dominij ex

q l. ex damni, l. 40. §. 1. eo. tit.
r l. in hanc, l. 28. & l. ſeq. de dam. infect.
s l. inter quos, l. 39. §. fi. l. in parietis, §. fi. & l. ſeq. & l. in reficiendo, de damn. infect. in P.
t Vlpia. in l. ex damni infecti, l. 40. de damn. infect. l. quidam, §. fin. de ſeruit. vrb.
v l. 4. §. ſi intra diem, de dãn. infect. l. prętor ait, l. 7. §. de eo opere, verſ. eũ cui, & l. hoc amplius, l. 9. ver. integra, eo tit. l. 1. quib. ex cau. in poſ. eat. li. 42. P. ti. 4
x l. ſi finita, l. 15. §. ſi pupillus, de dãn. infect. l. item ait prætor. §. hoc autem, quib. ex cau. maior. P. l. hoc autẽ, quib. ex cauſ. in poſſe. eat.
y d. l. prætor ait, §. de eo. verſ. in eum.
z l. ſi finita, l. 15. §. ex hoc edicto, & ſe. de dam. infect.
a d. l. ſi finita, §. vbi autẽ, & l. 4. §. ſi fortè, eod. l. qui vniuerſas §. item cùm pretor, de acqui. poſſeſſ. l. non alienũ, de interrogat. act. c. fi. §. fin. vt lit. nõ conteſt.
b l. 4. §. prætor ait, de damn. infect.
c d. l. 4. §. tot.
d l. 4. §. ſi intra diem, de dãn. infect.
e dict. l. ſi finita §. ſi iã ruerunt.
f d. l. ſi finita, §. ſi quis metu.
g c. fin. §. fin. vt lit. non cõteſt. §. & qui iurat, de bon. auth. iudi. poſſid. in auth. l. cũ proponas, l. 9. de bon. auth. iud. poſſid.
h l. in poſſeſſionem, eo. d. l. ſi finita, §. Iulianus ſcribit, damn. infect.
i Vlp. in l. quid de creditore, l. 11. & Paul. in l. is, qui, l. 12. de dam. infect.
k Pompo. in l. cùm legati, l. 12. quib. ex cauſ. in poſſe. eat. P. l. 3. §. fin. de acq. poſſ. P. l. ſi qs autẽ. §. idẽ Põponius, eod. l. is cui, in prin. vt in poſſe. leg. in P. l. ſi duo creditores, vti poſſi. P. l. 1. §. quæſitũ, quor. leg. P.
l l. 3. §. miſſũ de Carbo. edict.

m d. c. fin. §. fin. vt lit. non conteſt. c. contingit, de dolo & contum.
n l. 4. §. ſi fortè, & l. 5. de damn. infect.

ſecun



ſecundo decreto, vt nequaquam poſtmodum lo-
cus ſit oblationi cautionis [a]. Nec ſtatim vbi præ-
tor miſit in poſſeſſionem, etiam poſſidere iubet,
ſed tum demũ cùm iuſta cauſa videbitur. Et ideò
interuallum debet aliquod præcedere à prima
miſſione, quòd aut pro derelicto ædes longo ſi-
lentio dominus videatur habuiſſe: aut miſſo ad-
uerſario in poſſeſſionem & aliquandiu morato
16 nemo caueat [b]. Ita pro omni damno accepto, qui
paſſus eſt damnum, vel qui pati poteſt ex ruinoſo
opere, nihil aliud conſequitur non cauẽte aduer-
ſario, quàm opus ipſum ruinoſum: quo dato do-
minus liberatur, non ſecus ac dominus dans ani-
mal pro noxa, ad amplius non tenetur [c].

a l. ſi finit[…] poſteà au[…] l. 5. & l. de dam[…] c. 1. de mitti. i. rei ſer[…]
b d. l. [..]ſta §. n[..]mr. tim inf[…]
[..]ætor ait, edictum [..]am. infec.

## De operis noui nunciatione. Cap. 27.

Lib. 39. P. tit. 1. Lib. 5. Decret. tit. 32.

1 *Operis noui nunciatio quid, & quod ante opus factum locum habeat.*
2 *Operis noui nunciationis rationes.*
3 *Nouum opus quid hîc, quidve reficere ab eo diſtet. Reficere quid, &c.*
4 *Nunciatio quid.*
5 *Nunciatio noui operis pertinet ad ædificationem ſolùm, & ad res quæ ſoli ſunt.*
6 *Operis noui nunciationis cauſa triplex, naturalis, publica, impoſititia, & de ſingulis.*
7 *Finis operis nunciationis, vt liceat quod in noſtro licet, & quo temperamento.*
8 *In ſuo ædificanti non poteſt nunciari opus nouum, niſi certis de cauſis.*
9 *Pro opere in loco publico facto, nunciatio noui operis à quolibet etiam alienigena fit.*
10 *Qui nunciare poſſunt opus nouum.*
11 *Nunciandi formula, in damno infecto.*
12 *Habet locum nunciatio pro rebus Eccleſiaſticis.*
13 *Operis noui nunciationis remedium tantùm locum habet, vt extraordinarium deficiente remedio prohibitorio.*
14 *Non fit nunciatio noui operis in ruſticis operibus.*
15 *Nunciatio noui operis fit vel totius, vel partis, quomodo.*
16 *Nunciatio fit in re præſenti, & omnibus diebus.*

1 ALiud remedium, iuris publici aut no-
ſtri conſeruandi cauſa, aut damni de-
pellendi gratia inuentum eſt, operis
noui nunciatione [d]. Quod antequam
opus fiat, locum habet & interdicit, ne fiat, ſum-
ma cum vtilitate, quia melius eſt in tempore ante
factum occurrere, quàm poſt læſionem, ad reſti-
tutionem & auxilium proclamare [e], quãdo vide-
licet ius eſt prohibendi ne ſe inuito aliquid fiat [f].
2 Hoc remedium prætor facilè interponit, & polli-
cetur, ne vicini inter ſe de opere pertinacius con-
tendentes ad arma prorumpant, quos boni iudicis
eſt ſua iuriſdictione ab armis compeſcere [g]. Néve
vicinus reſiſtẽdo, ſibi arma permitti putaret & vl-
tionem, ob quam tamen compeſcendam iudicio-
rum vigor in medio poſitus eſt, cauens ne quiſ-
que eam ſibi permittat [h]. Et proinde ſtatutum, vt
ſiue iure, ſiue iniuria opus nouum nunciatum eſ-
ſet, opus intermitteretur [i], propter authoritatem
prætoris, vt poſteà latiùs dicetur Deo fauente.
hinc & illud bonum ſequitur, ne potentia aduer-
ſarij manu & reipſa ius prohibentis opprimat vel

d l. 1. §. nũciatio, in 2. de oper. nou. nunciat.
e l. ſi. in quib. cau. in integr. reſtitui. nõ eſt neceſſar. l. 1. quãdo lice. vnicuique ſine iud. ſe vẽd. C.
f l. 1. de remiſſio. li. 43. P. tit. 24.
g l. æquiſſimũ, de vſufr. in P. li. 7. tit. 1.
h l. nullus, de Iudæis, C.
i l. 1. de oper. noui nunciat.

lædat. Quemadmodum ne id accidat in alijs iuris
articulis proſpectum inuenimus [k]. *Vtile itaque,*
inquit Ioannes Petrus Ferrarienſis [l], *hoc interdi-
ctum maximè in ciuitatibus, vbi diuites vani ædifi-
cia magna & ſplendida, non habita ratione iuris
vicinorum amoliuntur, vaniſſima & inani gloria
tumidi, ita fatui & ſtolidi, vt putent hîc perpetuò
ſibi eſſe manendum.* Neque ædificia iſta ſolent per-
fici, niſi per homines elatos & ſuperbos, quos vo-
cat Auguſtus animoſos [m]. Nouum opus hîc pri- 3
mùm conſiderandum eſt non factum videlicet
imperfectum: nam pro eo quod factum eſt, ad in-
terdictum quod vi aut clam recurritur [n]. Nec im-
morandum eſt in dictione opus, quæ perfectam
rem vt plerumque demonſtrare videtur, vt notat
Paulus [o]. Nam & opus rectè de perfecto & de
imperfecto ſeu cœpto dici poteſt [p]. Nouum por-
rò opus dicitur quod anteà non fuit, vt Eccleſia-
ſtes tradit [q]. *Quid eſt,* inquit, *quod futurum eſt? id
quod fuit: nihil ſub Sole nouum.* Nouum itaque non
facit, qui detegit quod vetus eſt [r]. Et qui excutit
ſpicas, non facit nouam ſpeciem, ſed eam quæ eſt
detegit: aliúdque reficere eſt, aliud facere [s]. No-
uúmque opus facere videtur qui vel ædificando
nuper, vel detrahendo, priſtinam faciem im-
mutat [t]: ſecus ſi reficiat, vel cæmentum vnum vel
alterum addat vel ſubtrahat, & ideò tunc hoc re-
medium non datur [v]. Quia reficere iter ſecũdum
Vlpia. [x] eſt, ad priſtinam formam, actum & iter
reducere, id eſt, ne quis dilatet, aut producat, aut
deprimat, aut exaggeret. Et vt alij aiũt, nec liceat
ampliare, aut vtile detrahere [y]. Et in ſumma, ver-
bo reficiendi continetur apud Vlpianum, corru-
ptum reſtaurare, tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædifi-
care, aduehere, & deportare ea, quæ ad eam rem
neceſſaria ſunt [z]. Item aperire purgandi cauſa, &
purgare, dummodo ſub ſpecie refectionis, neque
altiorem, neque longiorem, neque latiorem, ne-
que humiliorem faciat [a]. Nunciatio, quòd ad no- 4
men pertinet nihil aliud eſt, quàm relatio vel de-
latio rei alicuius, vel monitio, quæ & de crimini-
bus & alijs fieri poteſt [b]. Quocirca ratione adiũ-
cti reſtringitur, vt nunc nunciatio nihil aliud erit,
quàm monitio, quòd opus nouum fiat, & prohi-
bitio ne opus nouum exædificetur [c]. Denunciare
idem eſt, quod prohibere [d]: prohibitio autem hîc
ad opus nouum reſtringenda. Nam non omnis
prohibitio opus nouum reſpicit: nam alia prohi-
bent leges [e], alia iudicia [f], quæ huc non pertinẽt.
Opus porrò nouum diſtinguit à damno infecto,
& ab interdicto quod vi aut clam [g], vt ſuis locis
antè diximus. Et ædificandi nomen diſtinguit na-
turam negotij, quo de agimus. Nam hoc edictum 5
omnia opera non complectitur, ſed ea ſolùm quæ
ſolo coniuncta ſunt, quorum ædificatio vel de-
molitio videtur opus nouum continere, idcirco
placuit, ſi quis meſſem faciat arborémve ſuccidat,
vineam putet, quanquã opus faciat tamen ad hoc
edictum non pertinere: quia ad ea opera, quæ in
ſolo fiunt, pertinet [h], ex ædificatione imperfecta.
Operis noui nunciationis triplex eſt cauſa, natu- 6
ralis, publica, impoſititia: Naturalis, cùm in no-
ſtras ædes quid immittitur, vel in noſtro ædifica-
tur: publica, quoties leges vel ſenatuſconſulta,
conſtitutionéſque principum, per noui operis
nunciationem tuentur. Impoſititia, ſi quis poſtea-
quam ſeruitutem ædibus ſuis impoſuit, cõtra ſer-
uitutem fecit [i]. Hoc auxilio itaque prohibemus,
ne quis in noſtro ædificet, vel in noſtras ædes im-
mittat [k]: et ſi in noſtro ædificatum ſit, poſſimus

k l. illicitas, in princ. & §. ne potentiores, de offi. præſid.
l Ioan. Petr. de Ferrariis, in forma libelli de actio. noui. oper.
m l. 2. de pręd. aliis reb. nauicular. lib. 11. C. tit. 2.
n l. 1. §. hoc autem edictum, de oper. no. nunc. in P.
o Paul. in l. rei appellatio, l. 5. §. 1. de ver. ſig.
p l. qui inſulã, l. 33. §. qui ædẽ. loca. libr. 19. P. tit. 2.
q Eccleſ. c. 1.
r l. adeò, §. cũ quis, de acqu. rer. dom. P.
s l. 3. §. reficere, de itin. act. priua.
t l. 1, §. opus nouum, de oper. no. nunc. P. l. ſtipulatio, l. 21. §. opus, eod.
v l. 1. §. ſi quis ædificium, & d. l. ſtipulatio, §. opus, de ope. no. nũciat. l. vſufructuarius, l. 51. de vſufr.
x l. 3. §. pen. de itin. act. priua. lib. 43. P. tit. 18.
y l. hactenus, l. 8. §. fin. & l. quamuis, de vſuf. li. 7. P. ti. 1.
z l. 1. §. deinde de riuis, li. 43. P. tit. 20.
a l. 1. de via public. libr. 48. P. tit. 10.
b c. 2. & 3. & c. ſuper his, de accuſat. l. 1. §. 1. de procurat. l. qui foueas vrſorum l. 28. ad leg. Aquil. P.
c ex glo. in l. ſi procurator, l. 17. de oper. no. nunciat.
d l. 1. §. nunciatio, eod.
e l. 2. & l. contra legem, de legib.
f l. cùm prætor, de iudic. l. quos prohibet de poſtul. P.
g l. ſi aliús, §. notauimus, q vi aut clam. P.
h l. 1. §. hoc autem edictum, de oper. no. nunc.
i l. de pupillo, l. 5. §. Sext. Pedius, de oper. noui nunciat.
k d. l. de pupillo, §. ſed etſi in ędes. & l. quẽadmodum, 39. §. 1. ad leg. Aquil. lib. 9. tit.

L

propria authoritate tollere & demoliri [a]. Vt mi-
hi licet ſine metu calumniæ,ſigna meis rebus im-
preſſa ſine authoritate iudicis tollere & confrin-
gere [b]. Vt & in ſolo meo ædificata,iure meo arro-
go [c], & demolior,cùm re mea abuti mihi liceat [d].
7 Et ſi quis me prohibere velit, iniuriarum agere
poſſum in eum qui non ſinat liberè mea re vti [e]:
hæc tamen non licent ciuili temperamento, niſi
monitione vicino facta prius [f]. Ideò & ſi quid fiat
in pariete,communíve alio loco, ad nũciationem
rectiùs confugiendum eſt, nec factum propria
authoritate licet tollere vel incidere [g]: cùm quis
ſuo iure vti præſumatur,niſi contrariũ appareat [h].
Et omnia iure licere præſumuntur, niſi probetur
non licere [i]: atque vnus ex ſocijs prohibere qui-
dem poteſt, ne alius ædificet, verùm deſtruere
8 ædificatum non poteſt [k]. At ſi quis in ſuo ædificet,
iure communi interpellari non poteſt hoc edicto
nunciationis noui operis, niſi contra leges edi-
ctáve principum, quæ modum ædificijs extruen-
dis adiiciunt, vel ſi in ſacro vel publico vel reli-
gioſo ædificetur [l], aut præter modum per ſerui-
9 tutem impoſitum [m]. Interdicit prætor ne quid in
loco publico fiat,& ideò ſi quid fiat aduerſus illã
prohibitionem, denunciatio fieri noui operis po-
teſt à quolibet [n]. Et non ſolùm ab incolis, ſed etiã
ab alienigenis viatoribus, ſi quid in via publica
fiat, quia & eorum intereſt,vt ſcribunt Angelus
10 & Alexãder [o]. Nunciabit & ſuperficiarius nouũ
opus vicino,quia & ſeruitutum cauſa ei actio da-
11 tur [p]: conſtant enim ædes ſolo & ſuperficie [q]. Et
in cautione damni infecti, curreret nunciatio
hac formula: ne progrediaris ad ædificationem
vel demolitionem operis, niſi prius me indemnẽ
conſeruandum iri caueas [r], quamuis pro damno
ipſo infecto,quod minatur per ſe ruinam,non fiat
12 nunciatio noui operis [s]. Habet & locum nuncia-
tio pro rebus Eccleſiaſticis,& pro Eccleſijs ipſis [t].
In præiudicium enim Eccleſiæ vnius,alterius ędi-
ficatio non permittitur ſine iuſta cauſa [v]. Et ita res
explicatæ ſunt, pro quibus nunciatio fieri poteſt.
13 Obſeruandum tamen in his & ſimilibus, noui
operis nunciationem eſſe remedium extraordi-
narium,neque competere pro omni opere nouo,
ſed pro eo tantùm,pro quo aliud remedium pro-
hibitorium non eſt proditum per prætorem vel
legem: veluti ſi vnus ex ſocijs loci communis in
eo aliquid faciat,non datur nunciatio, ſed com-
muni diuidundo iudicio prohibetur [x], potiórque
conditio prohibentis [y]. Sic de ſimilibus,vt de dã-
no infecto,quod vi aut clam,prohibitione præto-
ris,quæ tamen æquipollet nunciationi, vt poſteà
14 ædificatum deſtruatur [z], efficitur. Tradit Ho-
ſtienſis [a], nunciationem non habere locum in ru-
ſticis ſeruitutibus & prædijs, in fauorem agricul-
15 turæ,quæ nec momento ſuſpendi debet [b]. Sed &
illud obſeruandum eſt,nunciationem operis noui
fieri, vel totius, vel partis: ſi totius fiat, ſufficit
nunciare nouum opus ſimpliciter: ſi partis,opor-
16 tet illius demonſtrare locum. Quia in re præſenti
fit nunciatio [c]. Et omnibus diebus fieri poteſt,fe-
riatis quamuis [d].

a d.l.quemad. b l.ſi. vt nemi. liceat ſine iudi.authori.ſig.reb. impo. C. li.2.tit. 17.& l.ſi. vt nemo priuat.titu.præd.ſuis &c.li.2.C.tit.16.
c l.redemptores,de rei vẽdi.in P.§. & ex diuerſo,de re.diu.l.ſi is contra, de ædific.priua.l.2.C.de ſeruit.
d l.ſed etſi lege,§.cõſuluit, de peti.hered. in P.l.domum ſuam, de reg. iur.
e l.iniuriarũ,l.13. §. pen. de iniur. in P.lib.47.tit.10.
f l.quidã Iberus. de ſeruit. ruſt.præd.
g d. l. quemadmodum, ad l.Aqui.& l.ſed etſi. de ſeruit. vrb.
h l. meritò. pro ſoc.P.
i d.l.nec non, §.quòd eis,ex quib.cau. maior.in P.
k l.an vnus ex ſociis,ſi ſerui. vend.in P.
l l.1.§.nunciatio fit, de no. ope. nunci. vt in exemplo,l.1.C. de ædific. priu.nos ſuprà de modo parietum,in ſeruit.vrba.diximus.
m l.inter, §.ſi. de ſeruit. vrb. præd. P.l.1. & l. ſi quid, & l. præſes. Cod. de ſeruit. nouell.165.
n l.2. ne quid in loc.pub.l 1. §. nũciatio, & l.in prouincia li.l.3.§.fin.& l. ſeq. de no. oper.nunc.l.opus, de oper. pub.P.
o Angelus & Alexan.in l.2. ne quid in loc.pub.
p l.3. §. ſi ego ſuperficiarius, de operis nou. nunciat.
q l. eum qui ædes.de vſuc. in P.
r d.l.1.§. nunciatio, in fine de operi. nou. nunciat.& l.3. §.penul. quod vi aut clam, P.
s l.ſi ædibus, de damn. infect.
t ca. 1. & 2. de ope.nou.nunciat.ap.Greg.lib.5.Decr.tit.32.

v can.quicunque & ca.eccleſiæ.16.q.1.c.ad audientiam,de eccleſ.ædific,
x l.3.de oper.noui nunciat.
y l.in re communi,de ſeru.vrba.præd.l.Sabinus,commun.diuid.
z d.l.Sabinus, & d.l.in re communi.
a Hoſtienſis, in Summa de oper.noui nunciat.§.quis poſſit facere.
b l.3.C.de feriis,l.2.de nundi.in P.ca.3.de feriis,§.innouamus,de treuga & pace in vſib.Feud.
c l.de pupillo,§ qui nunciat,& §.ſi in pluribus,de oper.nunciat.
d l.1.§.nunciatio de,verſ.item nunciatio,de operi.nou.nunciat.

## Quibus & contra quos fiat nunciatio noui operis. Cap. 28.

1 *Quis opus nouum nunciare poſſit.*
2 *Perſonæ,quibus nunciari nouum opus poteſt.*

PErſonas nunc in hoc remedio nuncia- 1
tionis conſideremus,actoris, & rei, &
quis poſſit primùm nunciare. Qua in
re placuit, eum qui ius non habet in
re,nunciare non poſſe [e]. Denunciabit igitur [f], qui
vel dominium,vel ius ſeruitutis habet,qui pigno-
ri fundum accepit, qui habet detentionem ſerui-
tutis [g],quia illis dantur actiones vtiles [h]. Vſufru-
ctuarius tamen ſuo nomine nunciare non poteſt:
procuratorio poteſt, vt in rem ſuam procurator
vendicando vſumfructum [i]. Denunciat & procu-
rator [k]. Verùm qui alio nomine nunciat, neceſſe
habet ſatiſdare, rem ratam dominũ habiturum [l].
Si de mandato potiſſimùm dubitetur, vel, vt alijs
placet,etiam ſi de mandato conſtet [m]. Bonæ fidei
poſſeſſor nunciare poterit, quia ad eum res quo-
dammodo pertinere videtur [n]. Poteſt & nuncia-
re nouum opus,non ſolùm vicinus proximus, ſed
inferior ſuperioribus facientibus opus nouum:
Nam & ſeruitutes quædam interuenientibus me-
dijs vel publicis vel priuatis,eſſe poſſunt [o]. Pupil-
lus ſine tutoris authoritate non nunciat, nec ſer-
uus [p]. Mulier quoque & pupillus,ſi de denuncia-
tione agatur operis facti in publico, non nunciãt,
niſi ſingulariter illorum interſit exemplo popula-
rium actionum,quæ tantùm in eo caſu illis cõce-
duntur [q]. Et qui de opere publico nunciat, bonæ
famæ,integræque eſſe debet, vt in popularibus
actionibus exigimus [r]. Arcentur & à denuncia-
tione operis illi, cum quibus pactum ab ijſdem
ædificantibus ea de re factum, vel ſi rei euidentia
appareat eos ius non habere, vel manifeſtè inha-
biles ad nunciandum ſunt [s]. Si plurium etiam res
ſit, cui opus nouum noceat, omnes nunciare de-
bent,nec vnius nunciatio ſufficit [t]. Cùm de per- 2
ſonis quibus nunciari poteſt quæritur, ſtatuen-
dum primùm eſt,nunciationem in rem fieri, non
in perſonam. Proinde ea fieri poteſt furioſo, in-
fanti,vt nec tutoris authoritas exigatur [v]. Et ideò
cuilibet intelligenti, ſcilicet in re exiſtenti, veluti
fabro nunciatum, infantem & furioſum tenet [x].
Quod enim rem reſpicit, obligat furioſum taci-
tè [y]. Ita & ſeruo denunciatio fit rectè, quamuis
ille denunciare non poſſit [z]. Hoſtienſis [a] quoque
dicebat denunciationem domino extra rem fieri
non poſſe ad effectum, vt poſt denunciationem
opus factum demoliri debeat:quia fieri poteſt, vt
fabri id non reſciuerint, niſi poſteà dominus ad
opus redierit à quo tempore validatur præce-
dens denunciatio. Denunciatur item non ſolùm
proximo,ſed & remotiori vicino [b]. Et ſi plurium
res ſit, in qua opus nouum fiat, ſi vni nuncietur,
rectè nunciatum videtur, & omnibus cenſetur
facta nunciatio:ſed ſi vnus ædificauerit poſt nun-
ciationem, alij qui non ædificauerint, non tene-
buntur: contrà, ſi communi rei plurium noceat
opus nouum omnes nunciare debent, nec vnius
nunciatio ſufficit [c].

e l.1.de emiſſo. P.gl.in l.3. §.ſi ego,i.verbo inquilinus, de oper. nu. nunciat. l.15. iuris. eo.Bar. in l.1.in prin. & §.nũc videamus & l.de pupillo. §.interpoſitas, de operis nou.nũci.Specul.tr. in tit. de operi. nou. nunciat. in §. ſed nunc videamus.
f Specula.vbi ſuprà.& §.ſi.
g l.crediteri, l.10. de operis nou. nunciat.
h l.ei qui pignori, de ſerui.
i l.1.§. vſufructuari⁹,de operis nou. nunc. l. 1. in fin. & l. ſequ. vſufru. quemad. caueat.in P.
k l. cùm procurator, l. 13. de oper. noui nunciat.
l l.de pupillo, §. qui procuratorio nomine, de operi.nou. nunciat.
m l. illud, in fi.de minorib. in P.
n l. verbũ illud pertinere, de ver.ſignifi.
o Paul.in l. nõ ſolũ,proximo, §. de operis no.nuncia. de ratione,l.loci, §.fin.& l.ſeq.ſi ſerui.vẽd.l.ſeruitutes,§.pen. de ſeru.P.l. in tradẽdis,§.interpoſitas, cõ. præd. l.ſi proxim⁹,§.via, & §. fin. de aqua pluu. arcẽd .P.
p l.de pupillo. de oper. no. nunciat.P.
q l.mulieri,de pop.actio.P.
r d.l.4.eod.
s l.nõ ſolũ, & l. de pupillo, de operis no. nunciat.
t l.ædibus cõmunibus, l.18. de pupillo,§.ſi pluriũ,de ope. nou. nunciat.
v l.operis no. nunciat. l. 10. de operis no. nunciat.
x d.l.cuilibet, eod.tit.
y l. furioſus, & l. ſi à furioſo,de actio.

z l.de pupillo.verſ.1.de oper.noui.nunciat.
a Hoſtienſ.in Summa de oper.noui nunciat.§.cui fiat.
b l.non ſolum,l.8.de oper.noui nunciat.
c l.de pupillo,§.ſi plurium,l.ædibus communib.l.. de oper.nou.nunciat.

De mo



## De modo & formis nunciationis noui operis. Cap. 29.

1 *Nunciatio in re præſenti fit.*
2 *Nunciatio quadrupliciter fit: denunciatio quando verbo fiat.*
*Denunciatio quæ verbo fit,exuit poſſeſſione denunciantem,&c.*
3 *Facto quomodo iactu lapilli, & oppoſitione manuum nunciatio fiat.*
4 *Nunciatio per prætorem moleſtior, in Gallia probabilior.*
5 *Nunciatio operis per prætorem quo tempore fieri poſſit: an omnis nunciatio omnibus diebus fieri poſſit.*

1 NVnciatio in re præſenti, in loco operis
demonſtrato fieri debet, & in parte, ſi
2 in ea tantùm nuncietur [a]. Nunciatio
quadrupliciter fit, verbo, per iactum lapilli [b],
per oppoſitionem manuum, per prætorem [c].
Prohibitio, quæ verbo fit, cùm quis dicit ſe
opus prohibere, habet timiditatis aliquid, & vi-
detur qui prohibet de iure ſuo dubitare: quare
dicitur conſtituere eum poſſeſſorem, cui fit de-
nunciatio [d], quamuis poſſideat [e]. Nihil autem in-
tereſt, quibus ſententiæ verbis fiat prohibitio,
dummodo prohibitio, in illis conſtet: ſicuti de
ſententiæ ſermonis viribus dicitur, in quo mens
3 tantùm quęritur [f]. Facto prohibitio cenſetur per-
fici,iactu lapilli, vel oppoſita manu operi, prohi-
bendi gratia [g]. Et illæ videntur paulò audaciores,
& conſeruant poſſeſſionem denuncianti. Quia
dum lapillum quis iacit in opus,aut dum opponit
manum operi, videtur profiteri apertè ſe iure ſuo
agere in re ſua,& velle defendere rem ſuam,reti-
neréque poſſeſſionem,quæ animo alioquin amit-
ti poteſt [h]. Neq; id omnino temerarium eſt,cùm
hoc fieri cenſeatur,donec adeatur iudex,cuius iu-
riſdictioni ſe committunt nunciantes, niſi aliter
conueniant expreſsè [i]. Et propter abſentiam iu-
dicis licet interdum res proprias vi etiam eripere
ei,qui aufugit cum eis [k]. Obſeruare & hîc opor-
tet, in iactu lapilli & manuum oppoſitione inter-
uenire quoque verba, quæ exprimunt ea ratione
ea fieri,vt prohibeatur opus,vel ſaltem interueni-
re debere nutum æquipollentem [l]. Nec ſimplex
iactus lapilli prohibitionem facit: quinimò qui-
dam tradũt, & triplicem lapillum proiiciendũ [m].
Neque tamen exigo, vt nuncians teneatur dicere
cauſam, cur nunciet & prohibeat, ſed puto ſuffi-
cere ſimpliciter eum prohibuiſſe, ſicut de teſte
dictum [n], in alijs quamuis contrarium verius vi-
deatur [o]. Modeſtior & firmior eſt per prætorem
4 facta denunciatio,qua in Gallia vt plerunque vti-
mur. Et fieri quidem poteſt, vt rectè nunciatio
fiat,ſed non vt rectè lis ideò moueatur, id eſt, vt
moueri poſſit,vt ait Papinianus [p]. Et facilis à ver-
bis priuatiſque concertationibus in verbera pro-
rumpere,niſi prætoris intercedat authoritas,dum
quis licitum putat contra aggredientem vi, iactu
lapilli vel obiectione manus, vi & manu ſe de-
fendere [q]. Et idcirco conſultius eſt medio, id eſt,
iudice & iudiciorum vigore vti, ne ad arma ve-
niant contendentes [r]. Iuſſus ſimplex ita hîc iudi-
cis,vim habet ſententiæ quodammodo, dum per
illum ſuſpendendum eſt opus [s]: quamuis alio-
quin comminationes,programmata,epiſtolę,ſub-
ſcriptiones iudicium, parte inaudita ſententiæ vel
rei iudicatæ vim non habeant [t]. Vnde Ferrarien-
ſis [v], hîc ſingulare notat,vt quando per vim præ-
cepti procedit iudex contra aliquem inſtante &
petente aduerſario, præceptum huiuſmodi eua-
neſcat comparente reo, petente ſibi libellum
offerri: quòd iudicia nõ ſint à præceptis inchoan-
da,ſed à libelli oblatione fundamentum capiant [x].
Diſſidet autem Ferrarienſis cum Bartolo in tem- 5
pore renunciationis faciendæ:nam cùm iuriſconſ.
abſolutè dixerit, omnibus diebus nunciationem
fieri poſſe [y]. Ferrarienſis vult tantùm locum ha-
bere in nunciatione facto vel verbo peracta: at in
prætoria, dies feriatos excipit in honorem Dei [z].
Bartolus autem contendit, etiam prætoriam fieri
poſſe omni die & feriato [a]. Ego pium exiſtimo
feſtis diebus ab his abſtinere contentionibus:ve-
rùm ſi neceſſitas vrgeat,putà quia futura die plu-
ribus redemptoribus vel operarijs opus perficien-
dum ſit,Deum non offendi arbitror,vt conſulatur
paci. Diſpenſat namque neceſſitas à feriarum ex-
acta obſeruatione [b].

a l.de pupillo, l.5.§. qui nunciat, & §. ſi in pluribus, & §. nũciationem, de oper. noui nunciat.
b d.l.de pupillo, §.meminiſſe,l.1.§.nunciatio,eo.l.1.§.qd ſit vi factum q vi aut clam.
c d. §. quid ſit vi.
d d.l.de pupillo.§. meminiſſe, & l. 1. §. in operis autem nũciatione,de ope. no. nunciatio.P.
e l. ſi alius, §. ait Iulianus,q vi aut clam.
f l.in ſumma, l.50.de re iud. in P.l.3.§.conditio, de adimen. lega.l.ſi. quæ res pign. oblig. poſſ. l. promittendo, C.de iure dot.
g l. vim facit, l.19.§. prohibitus autẽ quis intelligatur, q vi aut clam.
h l. 3. §. in amittenda, de acq. poſſeſſ.in P.l. ſi id quod, §.ſi.C.eo.tit.
l. 1. §.& poſt operis noui,& §.ſeq.de oper. no.nunc. facit l.2.quan. lic.ſine iud.ſe vindic.
k l.ait prætor, l. 10.§.ſi debitorem, quæ in frau.credit. li. 43.P.tit.3.
l arg.c.cùm apud, & c. tuæ, de ſponſalib.
m arg. l. contumacia,de re iudic. c. indigni,12. q.2.ca. ex literis, de conſt. c.in audiẽtia,de ſent. excom.
n §. ſancimus, de teſtib.in authen.
o vt in l. ſi.de edic.di.Adria. toll. C. l. cùm hi, §. vult igitur oratio, de tranſa. c. cùm dilecti, §.ſi. de accuſat. l.edita, C.de edẽd.
p Papi. l.3. de pig.P.li.20.ti.1.
q l.vt vim,de iuſt. & iure, cum ſimilib.
r l.æquiſſimũ, de vſufr. P.l. nullus. C. de Iudæis.
s l.in re communi,de ſeru. vrb.prædio. l. quod iuſſit,de iudic. l.1. ſi q s ius dic. nõ ob temp.glo.in c. ex parte, in Chriſto, de ver.ſign.
t l.1.2.4.5.tit. commu. epiſt. pro gram. lib. 7.C.tit.57.
v Ioan.Pet.de Ferrariis in praxi tit.de ope.no.nuncia.
x l.1.in fi.de in ius vocã.auth. offeratur, de lit. conteſt. l. libellorum,de accuſat. in P.l. 1.de libell. oblat.
y l.1.§.nunciatio, verſ. item nunciatio, de ope. no. nunciat.
z iuxta l. dies feſtos, & l. omnes, C.de feriis.
a Bart.in d.l.1. §. nunciatio, de oper. nou. nunciat.
b l.1.C. de feriis,c.3.eo. ap. Grego.

## De effectu nunciationis noui operis. Cap. 30.

1 *Effectus nunciationis noui operis, intermitti opus, poſteáquam ædificatum demoliendum. Quis teneatur præſtare ſumptus demolitionis operis aut patientiam demoliendi,&c.*
2 *In nunciationis teſtatione debet apponi quantum opus iam factum ſit.*
3 *Quando ædificantis nunciatione opus ſuſpenditur.*
4 *Nunciatio noui operis non ſe defendentem facit ex actore reum.*

PRæcipuus & inſignior effectus nun- 1
ciationis noui operis, vt nunciatione
facta quieſcere debeat ædificatio, &
opus intermittatur,donec ea de re co-
gnitum ſit, alioquin omne poſt nunciationem,
vt illegitimè ædificatum,deſtruendum ſit [c]. Ob-
temperandum enim nunciationi eſt, ſiue bene
ſiue malè facta fuerit [d], vt de excommunicatione
dicitur Eccleſiaſtica [e], & prohibitus qui poſteà
ædificauit, in exceptionibus non auditur ante re-
ſtitutionem operis in priſtinum ſtatum,nec datur
ea actio per prætorem volenti agere ſibi ius eſſe
ita edificatum habere [f]: & quia vi, vt diximus,
poſt prohibitionem factum dicitur. Qui vi aut
clam fecit, ſi poſſidet, debet patientiam & im-
penſam tollendi operis: qui fecit nec poſſidet,
impenſam: qui poſſidet nec fecit,patientiam tan-
tùm [g]. Et Marcellus [h]. *Si is,cui opus,* inquit, *nouum
nunciatum eſt, ante remiſſionem ædificarat, deceſſe-
rit, hæredes eius debent præſtare patientiam aduerſa-
rio deſtruendi operis.* Quia in reſtituendo huiuſ-
modi opere, pœna verſatur eius qui contra edi-
ctum facit, quæ in hæredes non tranſit, niſi lite
conteſtata [i]. Veruntamen quamuis ad pœnam nõ
teneantur, non dubito teneri hæredes ad impen-
ſas demolitionis ſi poſſideant: quòd hoc vitium
rei ſequitur quemcunque poſſeſſorem & omni
damno eum onerat [k], niſi ædificatum fuiſſet opus
inuito domino loci: quo caſu ſolùm præſtat pa-
tientiam demolitionis, vt ſi à ſeruo, ſine iuſſu do-
mini,fuerit ædificatum [l]. Propter hunc effectum 2
demolitionis faciendæ ædificanti poſt nunciatio-

c l. vnic. in fine,de ope.no. nunciat.C.c.2. eo.tit.ap.Gregor. l. prætor ait,§.1.& §.prętor ait, eod. tit.P.
d l.1.de oper. no.nunciat. P
e c.1.11.q.3.
f l.1,§. ſed etſi is cui opus nouum,de oper. noui. nunc. P.
g l.competit, l.17.§.fin.quòd vi aut clã, l. 2. §.pen.ne quid in loc. publ.l. 3.§.item ſi locum,de alien. iudi.mut. cau. fact.in P.
h l.pen.de ope.no. nũciat.
i l.1. ex delict. in quan. hæred.tenean.C.
k c.2.de no.ope.nũc.c. quia verò,de iudic. c. ſæpe, de reſtit. ſpol. expreſse & in l. prætor ait, in ſi.de ope.nou. nunc.c.ſignificauerunt, de teſtib.
l l.ſi re⁹,§.primùm & l.denique, §.ſi. quod vi aut clam.

nem, qui opus nunciat nouum, debet referre in
teſtationem, quantùm operis iam tum factum
erat,& modulos ſeu menſuras capere, vt appareat
3 quid poſteà fuerit factum [a]. In quæſtione tamen
ſuſpenſionis operis poſt nunciationem, arbitror
diſtinguendum, num prætore authore, vel ſine
prætore fiat nunciatio: ſi ſine prætore,& manife-
ſtè appareat ius non eſſe nunciandi ei qui nun-
ciat, ab ædificio quieſcere quis non tenetur, priuſ-
quàm ad prætorem vocetur: veluti ſi conſtat pu-
pillum nunciare, vel ſeruum, vel extraneum, vel
eum qui antè permiſit, vel alio modo manifeſta
ſit iniuſta nunciatio. Ne inde iniuriarum naſcatur
occaſio, vnde iura naſci ſolent [b]. At ſi dubitetur
de iure, vel ſi per prætorem quis intermittere
opus iubeatur, certè quieſcendum ab opere, pro-
pter authoritatem prætoris, ne eius imperium
eluſorium ſit [c]. Et quamuis manifeſtè iniuſta vo-
catio in ius ſit, aut quamuis citatio non liget vo-
catum [d]: attamen non eſt malè vocati cõtemne-
re vocantis imperium, coram quo exceptiones
ſuas proponere poteſt [e]. Cæterùm quando inter-
miſſio operis periculum adfert, nunciatio quoque
hunc effectum non ſortietur, vt ſuſpẽdatur opus,
ſed contemnitur: vt ſi cloacæ purgentur, vel re-
ficiantur, vel riui [f]. Nam ob id quod denegatur
exemptio operis noui, id eſt, ſuſpenſio & demoli-
tio, non abolentur actiones legitimæ, ſed integræ
manent: ſicut & in his, in quibus prætor ab initio
4 noui operis nunciationem negat [g]. Alius effectus
nunciationis noui operis apud Africanum, vt
nunciatione facta, ſi is cui nunciatur ſe non de-
fendat ex poſſeſſore conſtituatur petitor, atque
poſteà cogatur docere & probare, ius ſibi eſſe ita
ædificatum habere. Prætor enim cogit fugientem
cauere, quod non procedet in opere, niſi prius de
iure ſuo docuerit: quemadmodum etſi is qui nun-
ciauit, fugiat, fit ex poſſeſſore petitor: quia cauere
debet ſe non prohibiturum ædificantem, niſi do-
ceat de iure ſuo prohibendi, & ſic vtroque caſu
transferuntur, per fugam onera probandi. Fuga
porrò intelligitur hîc poſt tres menſes à tempore
nunciationis differendo [h].

a l.nõ ſolùm, §. qui opus nouũ nunciat, & §. ſciẽdum, de operi.nou. nunciat.

b l. meminerint, C. vnde vi.

c l.ſi. ne quid in loc.publ. P. l.ſi prætor, de iudic.in P.

d l. ne quis eũ, qui in ius voca. vi exim. l.ſi. de iuriſdi. omn.iud.in P.

e l. ſi quis ex aliena, de iud. in P.

f l.de pupillo, §. ſi quis riuũ, de operi.nou. nunciat. l.2. de riuis, lib.43.P. ritu.20.l.1.§.ſi quis purganti, de cloac.P.

g Paulus, in l. ſciendum, 19. de operi.nou. nunciat.P.

h l. vnica. de ope.no.nunci. C.l.ſi.de ædifi. priua.C.

## Quot modis operis noui nunciationis prohibitio extinguatur. Cap. 31.

1 *Remiſſione nunciationis tollitur nunciatio. Remiſſio tripliciter fit, à denunciante, à iudice, à lege.*

2 *Cautio de demoliendo, ſi dictum ſit, tollit nunciationem.*

3 *Denuncians, intra tres menſes, non cogitur ſatiſdationem acceptare ab aduerſario oblatam, ſi dicat ſe paratum intra eos de iure ſuo docere: poſteà tamen cogitur.*

4 *Olim nunciatio noui operis anno tollebatur, hodie nequaquam.*

5 *Nunciatio noui operis morte nunciantis, non eius cui nunciatum eſt, tollitur. Item num. 6.*

6 *Finitur nunciatio alienatione rei.*

7 *Diſtinctio, quando duret nunciatio poſt mortem.*

8 *Ratio cur non extinguatur morte eius cui nunciatur, & alienatione ab eo facta, quemadmodum ex parte nunciantis.*

9 *An ſatiſdatione data de demoliendo, hæres cui nunciatum eſt teneatur ſuis impenſis opus demoliri, an tantùm præſtare patientiam.*

10 *Remiſſa cenſetur nunciatio, ſi actor non iurat de calumnia.*

TOllitur prohibitio,& extinguitur nun- 1
ciatio noui operis, per remiſſionem
nunciationis [i]. Ea remiſſio tripliciter
fit [k], nempe à denunciante, à iudice, à
lege: à denunciante, ſi is permittat expreſsè opus
proſequi [l]. Poteſt autem remittere, ſiue facto, ſeu
verbo, ſeu per prætorem nunciauerit: ſi partes
enim conueniunt, nihil intereſt iudicis [m]. A iudi-
ce, ſi examinato negotio iudex pronunciauerit
ius eſſe ædificandi [n], quia res iudicata finem im-
ponit negotio [o]. A lege dupliciter fit remiſſio,
primò, quando nunciatio eſt ipſo iure nulla, vt ſi
facta ab eo, eíve, à quo, cuíve fieri non poterat, per
perſonas,& illis à quibus,& quibus iam anteà fie-
ri non poſſe monuimus. Paria enim ſunt non fie-
ri, vel fieri perperam ſeu inutiliter [p], etſi procura-
tor non cauerit de rato [q]. Secundò, remittit lex
prohibitionem, ſi cautio data fuerit coram iudice
de demoliendo, & reſtituendo opere priuato, ſi
poſteà appareat iniuſtè ædificatum, vel ſi pro pu-
blico promiſſio eadem fiat [r]. Et hæc ſatiſdatio, 2
etiamſi abſentis nomine poſtuletur remiſſio, non
ad rati habitionem, ſed ad noui operis nunciatio-
nem pertinet [s]. Hîc fit oblatio ſatiſdationis, quam
ſtipulatur aduerſarius: quòd ſi eam ſtipulari no-
luerit, pro data habebitur iure, fitque remiſſio
noui operis nunciationis [t]. Niſi poſteà is qui ob-
tulit, interpellatus vt caueat, noluerit cauere, &
ita in mora poſtremus ſit [v]. Sic ei vltima mora 3
nocebit, vt in alijs receptum eſt [x]. Cæterùm hîc
quoque annotandum eſt denunciantem ante tres
menſes non cogi ſatiſdationem acceptare, ſi pa-
ratus ſit, de iure ſuo prohibendi docere: poſt tres
menſes autẽ cogitur, vel remiſſio per legem fit [y].
Differtur quippè in reſtitutorijs interdictis, qua-
le eſt hoc, reſtitutio, ſi incontinenti offerantur
probationes [z]. Fruſtráque cautio acciperetur, ſi 4
nunc conſtat de iure non ædificandi. Secundò
olim extinguebatur nunciatio noui operis poſt
annum, hodie non, ſublatáque eſt l. prætor ait, in
§. fin. de oper.nou.nunciat. in P. per l.vnic. eiuſd.
tit. C. qua refertur olim extinctam poſt annum
noui operis nunciationem, ſed nunc ſtatutum
durare etiam poſt annum: vt aliæ in rem actio-
nes, quæ pœnales non ſunt, perpetuæ ſunt,& poſt
annum dantur, quales negotiorum geſtorum, de
peculio, & ſimiles [a]. Tertiò tollitur nunciatio 5
morte nunciantis [b], quamuis morte eius cui fit
nunciatio non extinguatur. Item quartò finitur, ſi 6
rem alienauerit is qui nũciauit, ob quam nuncia-
tio facta erat [c]. Quia morte & alienatione finitur
ius prohibendi [d]: morte namque quis deſinit eſſe
dominus, quia mors omnia ſoluit [e], & volunta-
tem [f]. Et iuris noſtri conſeruandi cauſa nunciatio
fit [g], quòd alienando,& morte amittimus,& pro-
inde cauſa ceſſante ceſſat, effectus [h], & poſt ven-
ditionem deſinit noſtra intereſſe, damno omni &
commodo poſteà contingente pertinente ad em-
ptorem [i]. Nec pugnat quod tradit Vlpian. [k] hoc

i l.non ſolùm §.ſciẽdum, de ope.no. nunc.

k glo.in l.1.de remiſſio.

l de hac in d. l.1.§. inde quæritur. de oper. no.nun.l. vim facit, §. tãdiu, quod vi aut clam.

m d.l.1.§.inde quæritur, & l. ſi conuenerit, de re iud. P. l. iudicem, com. diuid.P.

n l.prætor ait, §. habet autẽ, de operi.nou. nunciat.P.

o l.1.de re iudic.P.

p l.quoties, q ſatiſd.rogan.l. 1.ſi quis in ius voca. non ier. l.4.§. cõdemnatum, de re iudic. cũ ſimilib.

q l.de pupillo, §. qui procuratorio, de ope. nou. nunci. P.

r l.vni, eo.C.

s d.l.de pupillo, §.qui remiſſionem, c. fin. eo.ti.ap.Greg. l. nõ ſolum, §. ſi cùm poſſem, eod.P.

t l.prætor ait, §. ſi quis parat⁹,& §.deinde ait prætor, de ope.no. nunc. l. ſtipulatio, §. ſi quis autem, eo.tit.P.

v l.prætor ait, §.ſi aliquomodo ſteterit, de ope.no.nunc.

x l. illud, de peric.& commo.rei vend.l. hominẽ, mãd. P.l. obſignationem, C.de ſol. l.ſemel mora, ſol. matrim.in P.l.2.C.de iur. emphyt.

y l. vni.de no. oper. nũcia.C. c.pen.& fi.eo. ap.Greg.& ibi glo.

z c.literas, de reſt.ſpol.l.ſi is à quo, vt in poſſeſ.legato. l.3.§. ibidẽ, ad exhib. c. dilectus, de ordin. cognitio.

a l.in honorariis, de action. cum ſimili. ibi nota.

b l.nõ ſolùm, §.morte, de oper. no. nunc.

c l.ſi.eod.

d d.§. de morte.

e §.deinceps, de nupt.in authent.

f l.4.loca.P.

g l.1.§.iuris noſtri, de oper.noui nunciat.

h c.cum ceſſante, de appel.l.adigere, §.quãuis de iure patro. in P.l.2.§.ſi. de don.P.

i l.id quod.l.7.& l.neceſſario, de peric.& comm.rei vend.in P.& l.prima, C.eod. tit.§.cùm autem, de emptio.

k Vlpian. in l. prætor ait, l.20.§. hoc interdictum perpetuò, in 1.de operis noui nunciatio.





interdictum perpetuò dari, & hæredi & cæteris
ſucceſſoribus competere,&c. Siquidem non ne-
gamus quin & ſucceſſoribus vel vniuerſalibus
hæreditarijs, vel ſingularibus ex contractu non
detur, vt poſſint poſt adeptum ius nunciare nouè.
Verumtamen ibi non eſt controuerſia, ſed num
nunciatio facta à mortuo vel alienante, ad eos
7 tranſeat de quo nihil Vlpianus, vel ſi ſenſit de eo,
cum diſtinctione intelligendus eſt, prout Accur-
ſius bifariam diſtinguit [a]: *Interdum*, inquit, *nun-
ciatio fit, ne opus nouum fiat, quando deliberat quis
incipere, ſed nondum incœpit: aliquando quando in-
cœptum eſt. Et rurſum aliquando cœpto opere denun-
ciatum eſt, & ante mortem denunciantis, vel ante
alienationem non eſt ſatiſdatum, vel eſt ſatiſdatum.*
Porrò extinguitur nunciatio morte & alienatio-
ne, ſi opus cœptum adhuc non ſit,& res integra
ſit: item ſi cœptum ſit, & tamen ſatiſdatum nõ ſit.
Probat argumento mandati, quod extinguitur
moriente mandante re integra: non autem ſi an-
te mortẽ procurator cœperit tractare negotiũ [b],
Et certè iudicia cœpta tranſire in hæredes non
ambigitur [c]. Notat & Bartolus [d], quódque mihi
placet, vt ſi aliquid operis poſt nunciationem,
quantumuis modicum factum fuerit viuente nũ-
ciante, res non ſit integra, & ideò tranſeat in hæ-
redes pro futuro opere præcedenti connexo [e].
Item ſi quis nunciando dicat, nuncio pro me hæ-
redibúſque meis, nouum opus, morte non extin-
8 guetur [f]. Sed cur ex parte eius cui nunciatur, ea-
dem locum non habet, quæ in perſona nunciãtis,
videlicet vt non extinguatur nũciatio morte eius
cui nunciatur, vel ſi ipſe alienet? Ratio eſt, quòd
ex parte eius cui nunciatur nunciatio realis eſt [g]:
ex parte nunciantis, perſonalis [h]. Qui ideò quan-
docunque illi placuerit remittit, vt diximus. Si-
quidem in rem præſentem fit nunciatio, nec ex-
tra rem efficax eſt [i]. Proinde quod perſonale eſt
cum perſona extinguitur [k]. Reale tranſit in alias
perſonas rem poſſidentes [l]: réſque obligatæ di-
ſtrahuntur cũ ſuo onere [m]. Quæſtio tamen inter 9
Bartolum, & alios iuris ciuilis interpretes eſt, ſi
ſatiſdatum eſt ab eo cui nunciatio facta eſt, & is
poſteà mortuus ſit, réſque peruenerit ad tertium
poſſeſſorem, num, quemadmodum diximus, nun-
ciationem tranſire in hæredem nunciantis, trãſeat
quoque in hæredem eius cui nũciatum eſt, vt ipſe
proprijs expenſis teneatur opus ab alio factum
demoliri, quod alioquin, vt diximus, facere non
tenetur, ſed præſtare patientiam. Nam Bartolus [n]
defendit non teneri, quem aliqui ſequuntur, *Quia
prætoria cautio*, inquit Caſtrenſis [o], *de demoliendo
debet augere ius ipſius nunciationis, ſuper qua inter-
ponitur* [p]. Gloſſa [q] tamen cõtrarium affirmat, quã
ſequitur Alexander ab Imola. Quos quoque ego
probo: quòd ſatiſdatio de opere demoliendo, &
iudicatum ſolui, pares ſint [r]. Stipulatione autem
iudicatum ſolui interpoſita, deſinit res eſſe inte-
gra [s]. Ergo & per hanc ſatiſdationem. Accedit
quod ex ſatiſdatione, veluti ex conditionali ſti-
pulatione, fiat obligatio quæ transfertur ad hære-
des [t]. Nec ratio Bartoli & ſequacium hîc obiici
poteſt, cùm ea intelligatur, ne augeat negotij na-
turam ſatiſdatio, quando negotium per ſe ſatis
validum eſt: at vbi per ſe inualidum, diuerſum ve-
rius eſt [v]. Poſtremò remiſſa cenſetur noui operis 10
nunciatio, ſi is qui nunciauit, noluerit iurare de
calumnia, etenim tenetur nuncians iurare, ſe non
calumniæ cauſæ nunciare [x]. Quod ordinarij alio-
quin iuris eſt in omnibus inſtituendis litibus, ad
compeſcendas litigantium calumnias & mali-
tiam [y], vt actor etiam qui iuramentum hoc recu-
ſauerit, amittat litem [z].

a Accurſ. in l. non ſolùm, §. morte, in verbo extinguitur, de oper. no.nunciat.

b l.ſi quis mãcipiis, §. eius, de inſtit.actio. P.l.arbiter, de arbit.P. §.item ſi adhuc, de mand.l.mãdatum, C.mãda.

c l.1. ex delic. de functi. in quant.hæred. tenean. l.1.vt actio. ab hæred. & cont. hæred.C.

d Bart.in d.§. morte, nu. 6. leg.nõ ſolùm.

e l. ſi tutor, poſt princi. de tutel.& ratio. diſtrah.

f l. diem proferre, §.1.de arbitris.l.ſi verò non remunerandi, §.ſi.& l. ſeq. mand. in P.l. cum precario, de precar.P.

g l.non ſolùm, §.morte, de ope.no. nunciatio.P.

h l.fin.eod.

i l.de pupillo, §. ſi plurium res, & §. nunciatione, verſ. ſi quis autem in foro,& l.operis, eo.tit.

k l. quia ta'e, ſolut.ma r. ſi tibi §. ſi quis paciſcatur, & l. iuriſgẽtium. §. pacto ñ de pact. in P.l.qui in fu u um, §. 1.eod.tit.

l l.actionũ, genera, §.in rem, de actio.

m l.alienatio, de cõtra.emp. l.res, §.1.de iure fiſc.l.ſi debitor. de diſtra. pigno. P.l.vni. C.rẽ alien.gerent. non interd.re.ſua aliẽ.l.ſi pignus, qui potio. in pign. habeant.

n Bart. in d.§. morte, num.8. & Andreas de Piſis, Pau.Caſt. inibi.

o Paul. Caſtr, vbi ſuprà.

p l.1. §. ſi quis ſub conditione, vt lega. nõ cauea. adde.l. ſi quis eum, §. qui iniuriarũ, ſi quis cautio. l.Titius, §.fin. ad Trebell. P.

q gloſſ.in d.§. morte, in verbo hæredes, l. non ſolùm, de nou.ope. nun. & ibi Alex.

r l.de pupillo, §.pen.& l. ſtipulatio, §. habeo, de no.oper.nunciat.

s l.ſi defunctus, & ibi gl. de procurat.

t §.ex conditionali, de verb.obl.l.is qui ſub conditione, de actio.P.

v l.ex placito, de rer.permutat.C.

x d.l.de pupillo, §.qui opus nouum,

y l.1.de iureiur. propter calum.

z l.1.C.eod.

*Libri quarti primæ partis Syntagmatis iuris vniuerſi Finis.*

# DE REBVS COMMVNIBVS, CONFVSIS, ET PROPRIIS DISTINGVENDIS.

## LIBER V.

### De diuiſione rerum priuatarum in communes, confuſas, & proprias. Cap. 1.

1 *Continuatio libri,& de diuiſione rerum, in communes,confuſas,& proprias.*
2 *Communis duplex, pro diuiſo, & pro indiuiſo, & quid vtraque.*
3 *Propria res quæ dicatur.*
4 *Confuſa res quæ.*
5 *Communes res pluribus de cauſis nobis cum alijs.*

1 RES omnes rurſum quæ liberæ aut ſeruæ ſunt, aliã diuiſionem expoſtulant, vt earum qualitatem ſignificãtius explicemus, potiſſimum res quę ſunt priuatorum hominũ, proinde hoc libello tractãdæ ſunt. In primis itaque priuatorum res ſeu ſingulorum, vel communes ſunt, vel confuſæ finibus, vel ſeparatæ
2 ſeu propriȩ. Commune eſt, quod duorum, vel plurium eſt, idque vel pro indiuiſo, vel pro diuiſo [a]. Pro indiuiſo, quod ad omnes vt vniuerſos, non vt ad ſingulos, pertinet: qualia ſunt, quæ vniuerſitatis dicuntur, vt theatra, ſtadia, & his ſimilia, quæ communia ſunt ciuitatum, quæ ſingulorum non ſunt [b]. Pro diuiſo commune, quando in vna re communi quilibet partem ſuam nouit [c]. Et hoc commune magis accedit ad proprium, quàm prius commune. Neque tamen commune aliquod eo modo, quo commune vocatur, proprium dici poteſt [d], hæc enim inter ſe pugnantia: ſicut & Martianus ſuum cõmuni opponit [e]. Nec meum propriè commune dicitur, niſi meum commune, hoc eſt, id quod ego in communi habeo [f]. Et non quod ſocius in eodem cõmuni habet [g]. Sic rectè paucis Caius de liberta communi mihi videtur reſoluiſſe. *Si quis libertam,* inquit [h], *communem duxerit, libertam eius eſſe negari non poteſt, licèt alterius ſit liberta.* Et ſi ius reſpicias, quod quis in re habet commune, propriè ſuum dicitur, facta ad illud relatione. Atque ideò illud legare, vendere, cederéve poteſt, ſiue res ſit communis pro indiuiſo, ſiue pro diuiſo [i]: ſi corpus rei communis pro indiuiſo inſpicias, ſine ſocij voluntate in re communi nihil licet agere, niſi ad quod res communis deſtinata eſt [k]. Nam ad eum vſum, ad quem res parata eſt, vti re poteſt, inuito etiam ſocio, ſocius [l]. Potéſtque reficere rem, non quidem iure ſeruitutis inuito ſocio [m], ſed iure ſocietatis, ſi neceſſariũ
3 ſit [n]. Propria res eſt, quæ communis non eſt [o], quæ alterius, ſeu aliena non eſt [p], quæ ſolius eſt, ſiue vni ſoli cõuenit [q], idem quod ſuum [r], tuum, meum, ſeparatim. Confuſæ res ſunt, quæ pertinẽt 4
ad dominum, quę finibus ſunt indiſtinctis [s]: vnde & finium regundorum iudicium. Communes res 5
pluribus ex cauſis nobis eſſe poſſunt cum alijs, vel ratione hæreditatis, vel ratione contractus, vel ex conuentione ſocietatis. De ſocietatis communione hîc nihil dicemus, cùm eius tractatio proprium receperit locum inter contractus. De alijs tantùm pauca, ex quibus, veluti ex quaſi contractu, actio proficiſcitur [t]. De diuiſione ſeu ſolutione communionis agemus quoque, in qua & de natura cõmunionis agere neceſſarium erit, prout ſe tractatio obiiciet. Nec enim quiſquam inuitus in ſocietate communionéve tetinendus eſt [v], etiã ſi pacto conuentum fuerit, ne diuiſio fiat [x], ob fugiendas diſcordias [y], quas rerum communio excitare ſolet [z]. Nec omnes coniungit ad ſocietatem conſenſus, ſed & aliquando res, vt ſi duobus vna res legetur [a].

a vt l. magis puto, l.5.§.fin. de reb.eo.qui ſub tut.&c.li. 2.P.titul. 6.P.l. rectè, l. 21.de verb.ſign.
b l.in tantum, l.6.§.vniuerſitatis,de re.diui.li.1.P.ti.8.l. 2. quod cuiuſque vniuer.li. 3.P.ti.4.l.ſed ſi hoc §.qui manumittitur,de in ius vocan.
c d.l.rectè.
d l. Quintus Mutius,l.11.de auro & argen. lega. lib.34. P. tit.2.
e Mart.in l.in tantum, §.religioſum,eo.
f l. ſerui electione, l.5. §.1. de leg.1.l.2. de cõditio.inſtit.
g l.falsò, de com. rer.alie.
h l. illud, 46. de ritu nupti. li.23.P.tit.2.
i l. 3. & 4. de com.rerum alienat.
k l.2.de ſerui. tit.generali, l. Sabinus, com. diuid. P. l. parietẽ,de ſerui. vrb.c.in re cõmuni, c. 57. & c.quod omnes tangit, de reg. iur.in 6.vbi de his latè tractatur.
l l.ſi ædes, cõmun.diuid.l.ſi fratres, §.itẽ Mela,pro ſoci.
m d. l. parietem,de ſeruit.
n d.l.ſi fratres, §.idẽ reſpondit.
o l.proprium, l.5.com.præd. li.8.P.tit.4.
p §. proprios, de hæredi. inſti.ap.Iuſtin.
q §. 1. de pat. pot. l. omnes populi,de iuſt. & iur.
r c. 2. de foro compe. in Clement.
s l. quædam, actio.
t §.item ſi inter aliquos,de oblig. quæ ex qua. cõtr. naſ. ap.Iuſtin.
v l.ſi.com. diuid. in P. l. actione, §.item qui pro ſoc.in P.l. tandiu, C. eo.
x l. in hoc iudicium, l.14.§. pen.eod.tit.P.
y l.in re cõmuni,l.25.de ſeru. vrb.præd.
z l.cùm pater, l.79.§.dulciſſimis,de leg.2.l. qui neque, in fin.de reb.eo. qui ſub tut. P.
a l.hæredes eius,l.29.§.non tantùm famil. erciſ. §.item ſi inter, de obli. quæ ex qua contra.naſc.

### De communium rerum diuiſione, ſeu de communi diuidundo. Cap. 2.

Lib. 10. P. tit. 3.

1 *Communi diuidundo iudicium quid.*
2 *Communi diuidundo iudicium in aliud nomen tranſit, ratione rei diuidendæ in familiæ erciſcundæ & finium regundorum.*
3 *De affinitate trium iudiciorum, communi diuidundo, familiæ erſciſcundæ, & finium regundorum: quòd omnes ſint de rebus communibus, duplicia iudicia bonæ fidei adiudicationem admittentia, non excluditur à diuiſione petenda per triginta annos, in vtriſque actor iurat de calumnia.*
4 *Differentia iudicij communi diuidundo, & familiæ erciſcundæ.*

COmmuni diuidundo ĩudicium eſt, in 1
quo tantùm de diuiſione rerum ipſarum agitur. Et ſi quid in his damni datum, factúmve eſt, ſiue quid eo nomine aut abeſt alicui ſociorum, aut ad eum peruenit ex re communi [b]. Oportet itaque res communes eſſe, aliter ceſſat [c]. Proinde vbicunque res cõ- 2
munis diuidenda eſt, ibi habet locum communi diuidundo iudicium, ſed illud pro diuerſitate rerum tranſit aliquando in aliud nomen: vt ſi agatur de hæreditate diuidẽda, ibi dicatur alterius nominis ob quandam particularem aduenientem notã, familiæ erciſcundæ. Et ſi de confuſione finium diſtinguenda, quæ communem rem facit, propter cõfuſionem, dicatur finium regundorum: vbique tamen generalis communi diuidundo iudicij ſubſtantia & modus latet. Et proinde ferè iſtis tri- 3
bus iudicijs æqualis eſt ſubſtantia. Nam ſi conſideres res, inuenies in vtriſque de rebus agi

b Pau.l.3.com mun.diuid.
c l.1. commu. diuid.in P.





corporalibus, & de præſtationibus faciendis: ſi conſideres perſonas, inuenies tria iſta duplicia eſſe iudicia, & quemlibet eſſe actoré, & reum poſſe, quod par cauſa omnium videatur, & magis eum videri actorem, qui ad iudiciũ prouocaſſet [a], vel ſi plures prouocaſſent, quem ſors tuliſſet iacta [b], vt infrà in familiæ eſciſcundæ dicetur iudicio. Sunt & familiæ erciſcundæ & communi diuidũdo iudicia bonæfidei [c], nam communi diuidundo huiuſmodi dicitur [d], & familiæ erciſcundæ [e]. Et poſſet etiam comprehẽdi ſub communi diuidundo finium regundorum, niſi alienũm quis dicat cum quadam gloſſa [f], videri in ea adiudicationem, quæ fit in illa de alieno, per iudicem [g]: quod tamen non probo, cùm & adiudicationem & cõdemnationem fieri per hanc actionem ſciam [h], & ideò nihil domino deperire, qui pecuniam condemnatione pro adiudicatione accipiat. Et ſatis conſtat iſtas adiudicationes fieri in communi diuidundo, & familiæ erciſcundæ, æqua lance ac in finium regundorum. Ita enim vnico cõtextu tribus his iudiciis adiudicatio permittitur poteſtati iudicis [i], & tamen id non prohibet, quin communi diuidundo, & familiæ erciſcundæ iudicia ſint bonæfidei. Commune etiam diuiſoriis iudiciis, ne triginta annorum ſpatio quis à diuiſionis petitione excludatur [k]. Item in ſingulis debent contendentes ab initio de calumnia iurare, non calumniandi cauſa litem intẽdere, & nõ calumniæ cau-
4 ſa ad inficiationes ire [l]. Diſtinguitur autem communi diuidũdo à familiæ eſciſcũdæ iudicio quòd per hoc fit corporalium diuiſio, quarum dominium habemus, non etiam hæreditatis [m]. Reſpicit itaque res ſingulares tantùm vt communes, non vt alterius qualitatis, id eſt, hæreditatis. Et ideò ſi res hæreditatis ſint, & tamen petantur diuidi, non vt hæreditatis petuntur, ſed vt communes ſimpliciter [n]: & rectè quoque pro his hoc iudicio agitur, omnéſque veniunt res in hoc iudicium, niſi ſi quid ex communi conſenſu exceptum eſt [o]. Et ita nihil intereſt quoque, an ex ſocietate, an ſine ſocietate res communis ſit, vtrúmve quidam rem vnam emerint, vel ex legato illis contigerit: Nam in vtriſque caſibus habet locum communi diuidundo iudicium [p]. Inſpicimus enim hîc tantùm diuiſionem & communionem: communionẽ autem & præſentem, & quæ fuit: at eſſe deſiit, ad effectum videlicet recipiendi partem æſtimationis, cum his quæ bonæfidei actiones ſequũtur [q]. Cõſidera itaque res hîc diuiduas & indiuiduas, & perſonas contendentium, & modum diuidendi.

a l.3.§.ſi.eo.P. §.quædam, de actio.l.2. §. in familiæ. & l. inter cohæredes,45.§.quiſa miliæ,fam.erciſcun. P.l. iudiciũ,l.10. fini. regundo. P. l. actionis, 36.§. mixtæ,de acti. in P.l. in trib᷒, l.13. de iudic. in P.
b d.l.in trib᷒, & l.ſeq. ſed ſi ambo, de iudic.P.
c l. actionum autem,de acti.
d l.4.§.hoc iudiciũ commu. diuid.in P.
e l.non eſt ambiguum,l.9.C. fam.erciſc.
f Accur. in §. actionũ autẽ, in verbo com. diui. ap. Iuſti. de actio.
g l.2. fini.reg. in P.
h d.l.2.fini. regund.
i §. quædam, verſ.in tribus, de actio. apud Iuſt.§.ſi.de officio iud.
k l.3. in quib. cau.ceſſ. long. temp.præſcri. lib.7.C.tit.34. vide l.1. §. ad hæc, verſ. nemo itaque de anna. except. li.7.C.tit.40.
l Paul. in l.inter cohæredes,l.45.§.qui familiæ fami. erciſc. li. 10 P. tit.2.l.2.§.1.de iureiur. prop. cal.dan.
m l. per hoc, l.4. com.diui.
n vt in l.ſi filia nupta, l. 20.§. ſi.fam.erciſ.
o l.in iudiciũ, l.13.comm.diuid. l.ſi ædes, l.12.eod.
p l.2.commu. diuid.in P.
q l.in ſumma, l.11.l.ſed poſtquam,9.eo.

### De diuiduo & indiuiduo. Cap. 3.

1 *Indiuiduum & diuiduum quid.*
2 *Natura ſua res corporales diuiduæ.*
*Punctum natura indiuiduum.*
3 *Atomus aliúdve corpus ſitne natura indiuiduũ.*
4 *Natura diuidua & re quæ.*
5 *Res corporales indiuiduæ ratione compoſiti & formæ ſubſtantialis quæ.*
6 *Res corporales indiuiduæ, ratione formæ artificialis.*
7 *Indiuiduum rei quid eſt.*
8 *Indiuidua vel diuidua ex cauſa ſiue ciuiliter, vel ex lege quæ præter naturam ſunt diſpoſitione, obligatione, & ſolutione.*
9 *Diuiduntur indiuiſibilia intellectu, doctrina, & cauſa.*
10 *Diuidua & indiuidua obligatione quæ.*
11 *Diuiduum ſolutione quid.*
12 *Indiuiduum ſolutione quid.*
13 *Indiuiduum diuiduum in pecunia æſtimata.*
14 *Vectigalis ager ratione ſolutionis cẽſus indiuiſus.*
15 *Iura ſeruitutum quomodo indiuidua.*
16 *Res corporales commodè diuiduæ diuidũtur paucis exceptis.*
17 *In iudicium communi diuidundo veniunt præſtationes, quod agi debuit, vel actum eſt communi nomine impendia, rei deterioratio, arborum ſucciſio, coniuncta & alia.*
18 *Perſonæ quæ poſſint hoc iudicio agere.*
19 *Minor, maritus in re dotali, eccleſia, ad diuiſionem prouocare non poſſunt: ab alio tamen ad eam vocari poſſunt.*
20 *Pendente cõmuni diuidundo, res alienari nequit.*
21 *Modus diuidendi quis.*
22 *Euictionis cautio viciſſim à partem accipientibus præſtatur.*
23 *Diuiſio vicem actionis obtinet.*
24 *Actio communi diuidundo duplex, directa & vtilis.*

DE diuiduis & indiuiduis videbis quæ- 1
dam ſingularia in familiæ erciſcundæ iudicio. Nunc de his in vniuerſum latiùs, quod & infinitis propemodum iuris ciuilis locis adferet lucem. Itaque diuiduum dicitur, quod in partes diſcretas poteſt ſeparari: indiuiduum, quod nequit pati ſectionem. Verùm diuidua vel indiuidua dicunt vel reipſa, vel natura ſua, vel ex cauſa præter naturam. Natura ſua 2
omnes res corporales diuiduæ ſunt, vt fundus, homo, veſtis, lapis, & ſimilia [r]: hinc non excipio, vt aliqui punctum, quandoquidem corporalis res non eſt, cùm nec latitudinem, nec longitudinem habeat, nec profundum, nec comprehẽdat aliqua mixtione. Neque corporalia mirum eſt diuidi, cùm partibus elementaribus conſtent, & omnia compoſita partes habere neceſſe eſt, & ideò in eas ſolui poſſũt [s]. Sic animalia diuidi & diſſecari poſſunt in ſimilares & diſſimilares partes: vt ſimilares nerui, in partes & neruos: caro, in carnis partes, &c. diſſimilares, vt manus in digitos, vel in partes carneas, &c. Et quod in corporibus indi- 3
uiduum natura dici poſſet, eſſet atomus, vel elementa ipſa quatuor prima, ſi vlla pura apud nos inuenirentur, & illa propriè. Nam atomus ſi corpus eſt, & quandam habet elementarem compoſitionem: nam elementatum tantùm corpus videtur, alia pura elementa nullo modo. Si ponamus quoque incorruptibilia ea, quæ in æthere continentur, & illa indiuidua neceſſe eſt ſectione dicamus. Natura ſua diuidua ſũt, & re, quę partis prę- 4
ſtationem accipiunt, quę in numero conſiſtunt, & numero diuiduntur, vt promitto decem aureos, decem tritici modios, decem homines, illa pro parte rectè natura diuidi poſſunt [t]. Natura quoque & re diuiduum dici poteſt, quod in partes ſimiles natura diuiditur, vt dum fundus in fundos, locus in loca [v], domus in domos diuiditur [x], lignum in ligna, & ſic de ſimilibus, in quibus retinetur nomen ſubſtantiale, quod naturam propriam ſignificat. Et hoc modo natura conſidera- 5
ta pro formali & ſubſtantiali quadam compoſitione quæ certum quoddam indiuiduum determinat, res corporales quædam indiuiduæ dicuntur, non re quidem ipſa, quia, vt dixi, omnes diuidi poſſunt, ſed ratione totius compoſiti:

r l.1.§.quædã, de rer.diui.l.ſi quis duas, §.ſi quis partem, com.prædio.l. quod in rerũ, §. ſi quis poſt, de lega.1.
s nihil tã naturale, de regul.iur.c.1.eo. ap.Greg.
t l.2.§.& harũ, de verb.oblig.
v Vlp. in l.locus, l. 60. de verb.ſignifi. l. quod in rerũ, §.ſi quis, & l. planè, §.fin.de leg.1.l.ſi quis, §. planè, com præd. l. 1. & l. ad officiũ, C. com. diuid. §. ſi familiæ, de offi.iudic.
x l.binas ædes 35.de ſeru.vrb. præd. l. ſi quis duas, §.ſi quis partem, com. præd.

quòd ſi diuidatur, tale amplius non dicitur, vel
non ſaltem tale perfectum: veluti homo qui cō-
ſtat anima & corpore, vnus diuidi non poteſt in
plures homines. Sic de aliis animalibus viuis,
quæ commodè ſine nominis interitu diuidi ne-
queunt in partes [a], imò impoſſibile, quia res quæ
vno ſpiritu continentur diuiſæ, tales non ſunt,
6 quales erant [b]. Et quia in pleriſque ars naturam
imitatur, & quæ artificio hominis habent vnam
certam formam, ex qua talia dicũtur, illa quoque
non patiũtur ſectionem artificio inſpecto in par-
tes, quia poſt diuiſionem talia quę ſunt non erũt,
vt in ſcripto, arca, naui, & ſimilibus apparet, quia
7 forma dat eſſe rei [c]. Indiuiduum re ipſa eſt, quod
incorporale eſt: item id, quod ſi diuidatur, deſi-
nit eſſe tale quod dicebatur [d], talia quæ neque
tangi videríve poſſunt, vt iura, dominium, ope-
8 ræ [e], ſeruitutes [f]. Ex cauſa præter naturam diui-
dua vel indiuidua dicentur, quæ aliis ciuiliter,
aliis ex lege indiuidua vel diuidua dicuntur, vel
diſpoſitione, vel obligatione, vel ſolutione, vel
omnibus his modis ſimul. Diuiduum hoc modo
diſpoſitione eſt, quod in intellectu eſt diuiduum,
& ſecundum eum modum lex eius partis com-
mercium admittit, vt indiuiduum de cuius parte
9 lex reſpuit commercium. Diuiduntur per ſe in-
diuiſibilia intellectu, facilioris cognitionis & do-
cendi gratia, vt hæreditas indiuidua eſt per ſe re,
qua ius eſt, quamuis hæreditatis res diuiduæ [g].
At illa diuiditur iure ciuili in duodecim vncias [h]:
ita diuerſo reſpectu diuidua & indiuidua. Inter-
dum etiam lex de toto permittit diſponere, & ita
ratione actus illius, res indiuidua de parte prohi-
bitione facta hoc modo de ſeruiture generaliter
in totum diſpoſitio permittitur, vt ex toto con-
ſtituatur: at pro parte eam conſtitui, & pro parte
non conſtitui, fieri non poteſt [i]. Et ita ſtipulatio-
nes earum rerum quę diuiſionem non recipiunt,
indiuiduæ ſunt [k], ſicuti & à pluribus illæ ſigilla-
tim ex integro fieri non poſſunt, nec promiſſio-
nes ſingulares valent donec nouiſſima ceſſione
10 firmentur [l]. Sic pro parte nec deberi nec ſolui,
nec peti poteſt opera [m]. Diuidua obligatione di-
cuntur, quoties lex diuidit obligationem inter
plures, pro hæreditaria putà portione, quod regu-
lare eſt [n]. Indiuiduum autem obligatione, quan-
do eadem obligatio ſequitur plures hæredes in
ſolidum, ſiue ea ſit debitoris, ſiue creditoris, vt in
ſeruitutibus operis, & iure patronatus: ſicuti dum
ſeruus plurium communiter acquirit [o]. Idipſum
in obligatione facti, quę obligatione eſt indiui-
dua, vt & præſtatione [p]: quamuis ab initio factum
11 pro parte promitti poſſit. Diuiduum ſolutione
eſt, quoties facta partis ſolutione lex tribuit vim
liberationis pro parte ſoluta, quod regulare eſt [q].
12 Indiuiduum ſolutione, quando quis ſoluens par-
tem, tamen pro parte non liberatur, vt in prædi-
ctis ſeruitute, opera, & facto. Plura paucis expli-
cat Vlpianus [r], de his dum ait: *in executione obli-
gationis, ſciendum eſt quatuor cauſas eſſe, nam inter-
dum eſt aliquid, quod à ſingulis hæredibus diuiſim
conſequi poſſumus: aliud, quod totum peti neceſſe eſt,
nec diuiſim præſtari poteſt: aliud, quod pro parte pe-
titur, ſed ſolui niſi totum non poteſt: aliud, quod ſoli-
dum petendum eſt, licèt in ſolutione admittat partis
executionem &c.* etenim de ſingulis exempla pro-
13 ſequitur, & explicat, quæ videto. Præter cauſam
naturalem etiam poteſt fieri diuiſio, vt ſi res quę
ſit indiuidua præſtatione, æſtimetur pecunia: vt
mulus centum aureis, & pecunia diuidua erit.

a in §. ſi familię, de off. iud. ap. Iuſtin. cap. adferte mihi gladium, de præſumpt.
b l. rerũ mixtura, de vſuc.
c l. Iulianus, §. ſi quis rem, ad exhib.
d l. 1. de rerũ diui. §. 1. de rebus corp. & incorp.
e l. hæredes, §. an & ea, fami. erciſcun.
f l. ſeruitutes, l. 14. de ſeruit. l. 2. §. & harum. l. ſtipulatiões nõ diuidũtur. de ver. obli. l. fideicõmiſſa, §. pen. de leg. 3.
g l. 1. de re diu.
h l. ſeruũ meũ, §. hæreditas, de hęred. inſti. P. §. hęreditas, eo. tit. ap. Iuſti.
i l. viæ itineris, de ſeruit. in P.
k l. 2. §. & harũ, & d. l. ſtipulationes non diuiduntur, de verb. oblig.
l l. per fundũ, de ſeruit. ruſt. pręd. l. vnus ex ſociis, de ſeru. tit. generali.
m l. libertus, l. 15. de ope. libert. li. 38. tit. 1. & l. 3. eod. tit.
n l. 1. C. ſi cert. peta. l. 2. & fin. de hæred. acti. l. ea quæ. C. famil. erciſc.
o l. ſeruus cõmunis, l. 27. de ſtipula. ſeruo. li. 45. P. tit. 3.
p d. l. ſtipulationes non diuiduntur, §. idem puto.
q §. 1. quibus mod. toll. obl. l. ſi ſtipulatus ſum, §. 1. de ſol.
r Vlpia. in l. in executione, l. 85. cũ ſuis §§. de ver. oblig.

Quamobrem in rebus quę natura indiuiduę ſũt,
vt in vſu, iudex adiudicabit eas vni, eaſdem, &
pro parte ſociorum adiudicata, ſocios cauere iu-
bebit [s]. Vectigalis ager regionibus quidem per 14
ſe diuiduus eſt, verùm iudex abſtinere debet ab
huiuſmodi diuiſione: alioquin præſtatio vecti-
galis cõfunderetur. Quamuis enim præſtatio ve-
ctigalis diuidi poſſit re, tamèn quia vni facta eſt
emphyteuſis, pręſtatio ſine pręiudicio diuidi non
poteſt: cùm ſolutio & exactio partium, non mi-
nima incommoda habeat, quare per attributio-
nem rectè fiet à iudice, vt vnus totum ſolus de-
beat [t]. Et ſi diuidatur, dominus directus non co-
gitur particulares illas portiones à ſingulis cape-
re, ſed contra vnum in ſolidum poteſt experiri, vt
nec pacta ſociorum vel cohęredum nocere poſ-
ſint nõ minus, quàm creditori [v]. Iura ſeruitutum 15
cum fundis diuidi poſſunt, ſeparatim nõ poſſunt:
niſi aut menſura, aut temporibus [x]. Corporales 16
autem proculdubiò in diuiſionem veniũt, ſi cõ-
modè diuidi poſſunt [y]: vt puteus [z], ſi cõmune ſo-
lum ſit [a]: pignori res à duobus accepta, vſusfru-
ctus poſſeſſio, in quam plures miſſi ſunt à præto-
re [b]. Excipiuntur à diuiſione hac vi poſſeſſa, vel
precariò, vel clam, vel à prædonibus capta, quæ
indiuidua inter prædones [c]. Si quid exceptũ no-
minatim ne in diuiſionem veniret [d]: ſi placuit in
iubenda ſocietate, ne res intra certum tempus di-
uideretur [e]. Etenim certi temporis communionis
pacta valent: at vt perpetuò communis res ſit, non
valent [f]. Sed cùm his rebus diuidundis veniunt 17
præſtationes [g]: venit & in hoc iudiciũ, quod com-
muni nomine actum eſt, vel agi debuit ab eo, qui
ſcit ſe ſocium babere, reſarciuntúrque impendia,
etiam ſi is qui fecit partem ſuam alienauerit [h]: vt
contrà, venit in iudicium hoc, ſi rem communem
quis deteriorem fecerit, veluti ſeruum vulneran-
do, vel animum eius corrumpendo, vel arbores
ſuccidendo [i]. Per hoc iudicium etiam vnuſquiſ-
que ſociorum habet, quod ex re eius ſeruus cõ-
munis acquiſierit [k], cogítque quis ſocium ſtare
conuentioni, quæ de vſu rerum communi placita
eſt [l]. Sed non veniunt impenſæ factæ, vel fructus
percepti ante rerum cõmunionem [m]. Et ſi ſocius
ideò condemnandus erit, quòd pecuniam cõmu-
nem inuaſerit, vel in ſuos vſus conuerterit omni-
modo, etiam alia mora non interueniente præſta-
buntur vſuræ [n], non quaſi vſuræ, ſed ratione eius
quod intereſt [o]. In perſonis quæ hoc iudicium 18
exercent, exigitur, vt communem rem habeãt, ſic
vnus ex iis alios inuitos etiam ad diuiſionem pro-
uocare poteſt [p]. Nec intereſt, an is qui agit poſſi-
deat, an reus, an vterque, aut nemo illorum [q]. Non 19
poteſt tamen prouocare ad diuiſionem ſociũ mi-
nor, ſed ipſe prouocatus diuiſionem ſubire cogi-
tur [r]. Idipſum & in marito in fundo dotali locum
habet, & in eccleſia, vt non prouocent ad diuiſio-
nẽ, quia alienari ea bona nõ poſſunt, tametſi pro-
uocari poſſint [s]. Competit autem & aduerſus ſo-
cios, & aduerſus eos quibus ſocij pars cõtigit per
emptionem, vel alio modo [t], hæreditario putà iu-
re [v]. Pendente hoc communi diuidundo iudicio, 20
alienandi res communes ſociis interdicta eſt po-
teſtas [x]. Modus porrò diuidendi, vt ſocij eundẽ in 21
locum vocẽtur [y], iurent ab exordio litis de calũ-
nia [z], in vniuerſum poſteà res diuidendæ cenſen-
dæ & æſtimandæ ſunt, nõ ſingularum rerum par-
tes [a], atque iuſto pretio [b]. In prædiis diuidendis

s Paul. in l. itẽ quamuis, l. 10. com diuid.
t l. 3. famil. erciſcund. P.
v l. pacto, ſucceſſorum, l. 26. de pact. li. 2. C. tit. 3.
x l. arbor, l. 19. §. aquarum, com. diuid.
y l. 1. & l. ad officium, eod.
z l. 4. §. 1. eod.
a l. communi diuidundo, l. 7. §. ſi duo, & §. ſeq. eod.
b d. l. com. diuidundo, §. inter prædones.
c l. in hoc iudiciũ, l. 13. commun. diuid.
d d. l. in hoc iudicium, §. ſi inter, eod.
e d. l. in hoc iudicium. §. ſi cõueniat, l. ſed etſi hoc. §. fin. de condit. & demon. l. ſi fratres, l. 52. §. idẽ reſpondit, pro ſoc. li. 17. P. tit. 2. l. 1. eod.
f l. 4. §. finitũ, com. diuid.
g l. 4. §. ſicut autem, & l. in hoc iudicium, l. 14. eod.
h l. etſi non omnes, l. 8. §. venit, eo. tit. P. l. ſed & eo nomine, de noxal. actio. P.
i l. communis ſeruus, l. 24. com. diuid.
k l. ſi conuenerit, l. 23. eod. tit. P.
l l. 4. §. planè, eod.
m l. 1. §. ſocius, de vſur. li. 22. P. tit. 1.
n l. ſocium, 61. pro ſoc.
o l. etſi non omnes, l. 8. cõmu. diuid. P. l. ſi quis, l. 29. §. fin. eo. l. arbitrum. fami. erciſcund. P.
p l. pen. com. diui. P. l. hæredes, §. quantũ, fam. erciſc. P.
q l. & ideò elegãter, de condict. furt. in P. l. inter, de præ di. & aliis reb. minor.
r leg. 1. & 2. de fund. dotal. in P. l. 2. C. eo. lib. 5. tit. 23.
s gl. in l. communione, l. 5. C com. diu. l. iubemus, C. de ſacro. eccl.
t l. 3. com. diuid. C. l. ſi quis putans, l. 6.
v l. 4. §. ſicut, & l. item quãuis, l. 10. com. diuid. P.
x d. l. 1. §. fin. C. eod.
y l. 1. §. fin. de quib. rebus ad eund. iud. eat. lib. 11. P. tit. 1.

z l. inter cohæredes, l. 45. §. qui familiæ, famil. erciſc. P.
a l. Menius, l. 53. §. fi. eo. l. 1. com. diuid. C.  b l. item quamuis, l. 10. §. fi. com. diuid. P.

quæ



quæ commodè diuidi poſſunt, vtendum ſectione
partium corporali, diuidendum regionibus [a]: in
aliis vtẽdum licitatione, addictionéve, alteri rem,
& alteri pecuniam pro re ab eo qui rem conſe-
quitur addicendo [b]. In ſumma iudicem in prædiis
diuidendis, quod omnibus vtiliſſimum eſt, vel
quod maluerint litigatores, exequi conuenit [c].
Poteſt arbiter vni fundum, alteri fundi vſumfru-
ctum adiudicare [d]. Plura & de modo diuidendi
vide in tractatione ſequenti familiæ erciſcundæ,
& quando ſorte aut alio modo cuique pars detur.
22 Cæterùm in hac diuiſione curat arbiter vel iudex,
vt qui partes capiunt, caueant de euictione, cæ-
teris viciſſim [e]: ſi enim res vni euicta ſit, cæteri
23 tenentur ei pro parte [f]. Nam diuiſio vicem em-
ptionis obtinet [g], & proinde euictio locum in ea,
24 ſicut in emptione [h], habet. Actio hæc communi
diuidundo duplex, directa & vtilis [i]: directa da-
tur ex verbis legis, quando, nunc cùm agitur tan-
tùm, eſt res communis [k]: vtile iudicium datur &
pro re quæ fuit communis, etſi nunc non ſit [l]. Itẽ
iudicium directum datur pro rebus corporalibus
tantùm diuidendis [m]: vtile & pro rebus incorpo-
ralibus [n]. Datur & directũ, cùm verè res eſt com-
munis: at & vtile, quando aliquid quis pro com-
muni putauerit, & in id impenderit [o]. Item datur
verè domino directũ: vtile & eis qui iuſtam cau-
ſam poſſidendi & publiciana agere poſſunt, vel
qui vectigales habent fundos [p]. Datur & vtile
duobus, qui rem pignori acceperunt [q].

a leg. 1. 3. & 4. eo. P.
b §. eadem interuenient, de offi. iudi. l. arbor, l. 19. §. iudex, com. diuid. d. l. 3. §. 1. eo. tit.
c l. iudicem, l. 21. com. diui. P.
d l. ſi quis, l. 6. §. officio. eod. tit. l. & puto, §. Iulianus, fa. erciſc. P.
e l. item quãuis, l. 10. §. fin. com. diui. in P.
f l. ſi fratres, l. 7. com. vtriuſque iudi. lib. 3. C. tit. 38.
g l. 1. C. eo.
h tot. titul. de euictio. in P. & C.
i l. 1. com. diuid. P.
k d. l. 1. eo.
l l. ſi quis putans l. ſed poſtquam, & l. in ſumma, eo.
m l. 4. com. diuid. & ibi gl.
n l. arbor, §. fi. eod.
o d. l. ſi quis putans, l. 6.
p l. 4. & l. communi diuidũd. l. 7. §. qui in rẽ, eod.
q l. communi, §. ſi duo.

---

## De diuiſione per familiæ erciſcundæ iudicium. Cap. 4.

Lib. 3. C. tit. 36. Lib. 10. P. tit. 2.

1 *De origine huius iudicij, & familiæ appellatione.*
2 *Actio familiæ erciſcundæ mixta eſt, in rem & in perſonam.*
3 *In hac actione quis actor vel reus eſt cohæredum.*
*Familiæ eſciſcundæ actio non præſcribitur longo tempore, &c.*
*Familiæ erciſcundæ actio repeti nequit, &c.*
*Familia erciſcundæ iudicio pendente, alienari res nequeunt, &c.*
4 *Conſideranda in hoc iudicio res, perſona, modus diuidendi, primúmque res hæreditas ipſa.*
5 *Quæ familiæ erciſcundæ iudicio diuidi nõ debent, quia iniuſta, &c.*
6 *Aliæ res conſiderandæ in hoc familiæ erciſcundæ iudicio quas conuenit implere, facere, vel reputare.*
7 *Perſonæ idoneæ huic actioni quæ.*
8 *Diuiſionis modi vel ex conſenſu partium, vel defuncti, vel iudicis ſeu arbitri authoritate, & quæ obſeruanda in poſtremis duobus.*
9 *Diuiſio à parentibus inter liberos facta, ſequenda in diuiſis, & in non diuiſis poſt diuiſionem quæſitis.*
10 *Iudicis partes in diuidẽda hæreditate, & num. 12.*
11 *In licitatione rei indiuiduæ, & alius extraneus quàm cohæres admittitur.*
13 *Inſtrumenta communia in diuiſione penes quem remanere debent.*
14 *Quando caueatur de euictione in diuiſione per addictionem.*
15 *De diuiſione facienda per ſortem.*
16 *Iudex partes facit in controuerſia, nec permittit executionem, ſed aſſignat.*
17 *De conſuetudine quòd maior ſeu prouocans ad diuiſionem diuidat, & minor eligat.*
18 *Melior formula diuidendi ex arbitri, vel iudicis petitione.*
19 *Noſtra de forma diuidendi & colligendi ſententia.*

EX lege 12. tabul. proficiſcitur actio 1
familiæ erciſcundæ conceſſa cohære-
dibus à communione diſcedere vo-
lentibus, ad diſtributionem rerum
inter eos [r]. Phraſis autem loquendi hæc tota eſt
antiquarum legum decemuiralium, in quibus fa-
milia pro bonis defuncti ponitur: vt in illa, *agna-
tus proximus familiam habeto* [s]. Et Cicero [t], *qui
quibus verbis erciſcere oporteat neſcit, erciſcundæ
familiæ cauſam agere non poteſt.* Et alibi [v], arbi- 2
trium vocat familiæ erciſcundæ, id eſt, poſſeſſio-
nis ſeu hæreditatis diuidundæ. Iſtius actionis na-
tura mixta eſt, tam in rem, quàm in perſonam,
conceſſa cohæredibus pro diuidenda hæredita-
te [x]. Continet enim præſtationes, quæ ſunt per-
ſonales, & res diuidendas [y]. Quemadmodum
communi diuidundo iudicium [z], bonæfidei quo-
que [a]: in quo vterque cohæredum & actor &
reus eſt [b]. Magis tamen eſt, vt ille videatur actor, 3
qui priùs in iudicium prouocauerit [c]: ſed cùm
ambo ad iudicium prouocant, ſorte res diſcerni
ſolet [d]. Eſſe enim debet inter litigantes qui one-
ra petitoris ſuſtineat, & qui commodo poſſeſſo-
ris fungatur [e]. Facultas experiundi hoc iudicio
triginta annis durat [f]. Tamen familiæ erciſcun-
dæ iudicio amplius quàm ſemel agere non licet,
niſi cauſa cognita [g]. Eóque ſemel inſtituto & cœ-
pto, alienationes voluntariæ rerum hæreditaria-
rum interdictæ ſunt, non quæ vetuſtiorem cau-
ſam, & originem iuris habent neceſſariam [h], ſicu-
ti & vſucapio pendente iudicio perfecta, rem ex
hæreditate ſubducit [i]. Conſiderare in hoc iudi- 4
cio expedit res, perſonas, & negotium ipſum di-
uiſionis, ſeu modum diuidendi: in ipſa re hæredi-
tas eſt. *Per familiæ erciſcundæ actionem*, inquit
Vlpian. [k] *diuiditur hæreditas, ſiue ex teſtamento,
ſiue ab inteſtato, ſiue ex lege 12. tabul. ſiue ex alia le-
ge deferatur, vel ex ſenatuſconſ. vel ex conſtitutione.
Et generaliter eorum dumtaxat diuidi hæreditas
poteſt, quorum poteſt eſſe hæreditas.* Et de pluribus
hæreditatibus, quæ inter eoſdem ex diuerſis cau-
ſis communes ſunt, vnum familiæ erciſcundæ iu-
dicium ſumi poteſt [l]. Et ſi ex aſſe inſtitutus ro-
gatus ſit mihi partem aliquam reſtituere, vtili iu-
dicio inter nos agetur [m]. Veniunt & in illud res, 5
quæ in hęreditate defuncti cõpertę ſunt, vt res pi-
gnori datæ defuncto [n], & reliquæ [o], pręter nomi-
na [p], quę ipſo iure diuiſa ſunt [q]. Pręter libros etiã
improbatę lectionis, magices fortè, vel ſimiliũ re-
rum, pręterque mala medicamẽta, quę iudex di-
uidere non debet, ſed corrumpere [r]: & ſi quid ex
peculatu quęſitũ, vel vi, vel latrocinio [s]: quia hæc
vt turpia lucra, ab hęredibus extorquenda ſunt [t].

r l. 1. famil. erciſcun. li. 10. P. tit. 2.
s l. pronũciatio, 195. §. familiæ, de verbo. ſig. Vlpi. in titulis, tit. 26. l. fin. C. de verb. ſignific.
t Cic. 1. de Orato.
v Cic. pro Cæcin.
x in §. quędam actiones, de actionib.
y Vlpi. in l. itẽ Labeo, l. 23. §. pen. famil. erciſc. in P.
z l. 4. §. ſicut, com. diui. P.
a l. nõ eſt ambiguũ, l. 9. fam. erciſc. C. §. actionum, de actio. ap. Iuſt.
b l. 2. §. in familiæ erciſcũdæ, l. inter cohæredes, l. 45. §. qui familiæ, fam. erciſcundæ, l. iudiciũ, l. 10. fini. regũd. li. 10. P. ti. 1. l. 2. §. fin. com. diuid. in P. l. actionis, 36. §. mixtæ, de actio. li. 44. P. tit. 7.
c Caius, in l. in tribus iſtis, l. 13. de iudi. lib. 5. P. tit. 1.
d Vlp. in l. ſed cùm ambo, l. 14. eod.
e Vlpi. in l. inter litigantes, l. 62. eod. tit. de iudic. P.
f l. 3. in quib. cau. ceſſ. long. temp. præſc. li. 7. C. tit. 34. l. vni. §. ad hæc, verſi. nemo itaque, de annal. excep. lib. 6. C. tit. 40.
g l. ſi filia nupta, l. 20. §. final. fam. erciſcun.
h Papin. in l. alienationes, l. 13. fam. erciſc. P. l. 2. C. de litig. l. diuus, l. item veniunt, §. petitam, de peti. hæred. P.
i l. ſed ſi vſuc. l. 14. fam. erciſc. l. ſi fundus, de fund. dotal. l. 1. com. diuid. P.
k Vlpian. in l. 2. fam. erciſc.
l Vlpia. l. ſed & eius, l. 25. §. de pluribus, & ſeq. eod.
m l. ſi ex aſſe. l. 41. eod.
n Paul. l. ſi pign. l. 30. eod.
o l. 4. eod. P.
p d. l. 4. & l. 2. § fin. & l. 3. eod.
q l. ea quæ, C. eod.
r l. cæteræ, l. 4. §. 1.
s d. l. 4. §. 2.
t l. ſi quis cum falſo, l. 4. & l. cùm falſi, l. 12. & l. ſi quis, patri, 26. ad leg. Cornel. de falſ. lib. 48. P. tit. 10. l. in hæredem, de calumniat. in P. l. quod autem, quod met. cauſ. cum ſimilib.

Veniunt

Veniunt quoque columbæ & apes hæreditariæ, quia in patrimonio computantur[a], quódq; commune cum alio defunctus habuit[b], & quod ſuperuenit hæreditati lite pendente[c]. Omnia in ſumma quæ patrimonij hæreditatis fiunt, vt partus, vectigalia, vſucapiones, & id genus alia[d]: præceptiones quoque & prælegata à teſtatore hoc iudicio à cæteris cohæredibus percipit, & præcipua habet cohæres[e]. Venit & quod defunctus hæredi debuit[f]: expenſæque nomine ſtudiorum, ſine reputatione in filium factæ[g]: item aliæ dotes & donationes, de quibus in l.fin.commun.vtriu.iudic.C. Si cohæres vnus vẽdidit partem ſuam alicuius rei hæreditariæ communis, illa res non venit in diuiſionem[h], nec etiam liberti diuiduntur[i]. Nec religioſa loca, vt ſepulchrum, quod ſingulis hæredibus in ſolidum competit[k], quia ius monumenti eos ſequitur[l]. Ea quoque quæ in nominibus ſunt, non recipiunt diuiſionem, cùm ipſo iure in portiones hæreditarias lege 12. tab. diuiſa ſint[m]. Item quæ pro emptore, vel pro donato hæres poſſidet, in hoc iudicium
6 non veniunt[n]. Conſiderandæ & res, quas facere, vel implere, vel reputare ſibi cohæres cogitur ab alio perſonali actione, vt omnia commoda & incommoda communicentur, & diuidantur. Vt ſi quis ex cohæredibus aliquid ex hęreditate perceperit, ſtipulatúſve eſt, non ad eius ſolius lucrum pertineat[o], vel ſi quid ſuppilauerit, vel corruperit[p]: ſi ſeruitutes prædiis hæreditariis debitas paſſus eſt non vtendo amitti[q]: ſi quid dolo malo in hæreditate, ſeruúſve eius fecerit[r]. Verùm damnum ab hærede commiſſum, ſimplicem æſtimationem accipit[s], fructibus tamen & vſuris à tempore moræ computãdis, vt in bonæfidei actionibus fit[t]. Sed & deduci & reputari æquũ eſt quæ inſumpta ſunt à morte teſtatoris ab vno, vel pluribus ex cohæredibus in res hæreditarias, nõ quæ ex voluptate[v], vel viuo teſtatore, ſeu eo de cuius hæreditate agitur, expenſa pro eo, eiúſque negotiis ſunt, quæ alia actione repetuntur[x]. Conferri etiam in diuiſione à filiis facienda hæreditatis cõmunis paternæ peculia profectitia[y]: caſtrenſia,
7 vel quaſi[z], nec aduẽtitia, hodie minimè[a]. In perſonis exigimus, vt ſint cohæredes: ideò ſi is qui poſſidet, agentem familiæ erciſcundæ neget ſibi cohæredem eſſe, rectè excipit, ſi in ea re, qua de agitur præiudicium hæreditati non fit[b]. Si plures cohæredes ſint, vnus ex iis, reclamantibus etiam cæteris arbitrium familiæ erciſcundæ petere poteſt & ad iudicẽ prouocare præſentibus cæteris[c]. Verùm, ſi quis putans aliquem ſibi eſſe cohæredem cùm nõ eſſet, iudicio familiæ erciſcundę expertus ſit, non ideò videtur eum fateri eſſe hæredem, niſi vſque ad ſententiam perſeuerauerit, & adiudicationibus acquieuerit[d]. Quamobrem hęc actio non naſcitur, niſi poſt aditã hæreditatem[e], quo tempore incipit quis eſſe cohæres, & res ha-
8 bere[f]. Quod ad modum diuidendi pertinet. Diuiſio familiæ fit, vel ex cõſenſu cohæredũ & tunc quod inter illos placuit ſeruandum ſi non intercedat ætatis auxilium[g], ſi ea traditione vel ſtipulatione ſequente firmetur[h], aut authoritate teſtatoris, vel mortui patris, aut iudicis, ſeu arbitri: in quibus poſtremis obſeruo in modo & formula diuidendi: primùm, ſi inter plures familiæ erciſcundæ iudicio agatur, & inter eoſdem communi diuidundo, aut finium regundorum, eundem iudicem eſſe accipiendum, Præterea quò faciliùs coire cohæredes vel ſocij poſſint in eundem locum, omnium præſentiam fieri debere[i]. Dein- 9
ceps conſiderandum eſt, an diuiſio facta fuerit à patre defuncto bonorum inter liberos, nam cùm facultas illa patri data ſit, ſiue cum ſcriptura, ſiue ſine ea[k], eam iudex ſequi debet[l], ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſuccedatur, dummodò tamen extranea perſona in hac diuiſione non miſceatur rata debet eſſe huiuſmodi voluntas, extranei parte pro nulla habita[m]: ſiquidem ſubſcripſerint filij diuiſionem viuente patre, vel ipſe pater[n]. Quòd ſi omnia parentes non diuiſerint, vel poſt omnium diuiſionem alia ſuperuenerint eis bona, quæ pater inter filios non diuiſit poſt datas actiones vice diuiſionis ad ſingulos pro hæreditaria portione pertinent[o]. Sic non pro virili vel æqualiter diuiſio fiet reliquorum, ſed ſecundùm proportionem diuiſionis paternæ, & ſecundum portiones hæreditarias. Nec fides habetur ſcripturæ parentis dicentis ſe omnia diuiſiſſe ſi contrarium appareat[p]. Quòd ſi nulla diuiſio pa- 10
terna ſit, iudex vel arbiter datus in primis conſiderabit in diuiſione facienda quotas inſtitutionis, num omnes æquè inſtituti, an ex diuerſis portionibus: quia ſecundùm eas fieri debet[q], dehinc ad res ſe conuertet hæreditatis, & ad ea quæ imputanda deducendáve ſunt: & tunc ſubductis illis quę in iudicium non veniunt, & poſteà imputatis quæ imputari debent, ex mutuis inter cohæredes factis petitionibus perſonalibus, ad res diuidendas & compenſationes[r] animum intendet: in quibus ponderat an res indiuiduæ per ſe ſint, ánve incommodè diuidi poſſint, an diuiduæ. Et ita de omnibus rebus ante iudicium ſibi fidem facere iubebit[s]. In indiuiduis, ſi iura ſunt, vt ſeruitutes prædiales, illæ prædia ſequuntur, ſi tempore diuidi & menſura vſus poſſit, fiet[t]: ſin minùs, vel conſentire debent in adiudicatione facienda vni, vel perpetuò inter illos erunt iura indiuidua, vt iuriſdictio, ius patronatus, homagia, & ſimilia[v]: ſed vt vtatur vnus, debent conuenire inter ſe: vel ſi corpus indiuiduum ſit, adiudicabit ei eum iudex, penes quem licitatio remanſerit[x]. Sic alteri pretium, vel alteri res dabitur, vel ſi rurſum aliam rem alteri in ſolidum det indiuiſè, vtetur compenſatione. In licitatio- 11
ne tamen facienda, & tertius alius quàm ſocius poteſt interuenire, ex cauſa tamen, non ſemper[y]: videlicet, ſi conſors & ſocius velit offerre iuſtum pretium[z]. Singulas res iure communi ſingulis 12
hæredibus adiudicabit iudex, & in his quę commodè diuidi non poſſunt, vniuerſam rem vni, vel duobus adiudicare poteſt, eum eóſque cæteris in certa pecunia condemnare[a]. Vſusfructus ex certo tempore & ad certum tempus, & alternis annis adiudicari, & diuidi à iudice poteſt[b]. In creditis ſeu nominibus alia aliis integra & ſingulis adiudicabit, ad faciliorem diuiſionem: quia alioquin ſolutio & exactio partium, nõ minima incommoda habet[c]. Prędia ampla pro regionibus diuidẽda, vel ſingula ſingulis aſſignanda[d]: nõ tamen debẽt diuidi inſtrumenta à fundis, vel familiæ à ſeipſis[e].

a l.Põponius, l.8.§.idẽ Pomponius famil. erciſc.
b l.Meuius, l.53.eo.tit.P.
c l.& poſt litẽ, l.21.cũ ſuis §§. eo.tit.
d l.veniunt, l.9.cũ 2.ſeq. eo.
e l.4.& l.ſi ita legatum, l.43. fam.erciſc.l.ſi quæ, l.7.C. eo.
f l.ſi ſi'ia, 20. §.1. & l.fũdus, 51.eo.in P.
g l.quæ pater filio, 54.eo.
h l.ex hæreditate, l.55.eo.
i l. quædam, 42.§.fi.eo.
k l.fundus, mihi, l.31.§.fi.eo.
l l. his conſequẽter, l.18.§. ſed & eũ, eod.
m l.ea quæ, l.6.fam.erciſc.l. hæredes, l.26. §.ſimiles, eod. in P.
n l.hæredes, l.26.§.quod pro emptore, eod.
o Caius, in l. Item ex diuerſo, l.19.fam. erciſc. l. ſi in re cõmuni.in fin. de noxal. acti.
p §.ſi familiæ erciſcũdæ, de offi.iudic.li.4. Inſtit. tit. 17. l. 3.C.fam. erciſ.
q l. hæredes eius, l.26.§.itẽ culpæ, eo.P.
r l. & puto, l. 16. §. ſed & ſi, eod.tit.
s l.dãno commiſſo, l. 17. eod.P.
t l. his conſequenter, l.18. eod.
v l. ex duob[9], 27.de ne. geſt. l.his cõſequẽter, l.18.§. ſũptũ, 3.l. hæredes, 26.§.ſi vn[9] & l.inter cohęredes, 45.§.fin. l.ex parte, 40. fam. erciſ. P.l. filiæ cui[9], l.18. §.ſi.C.eo.tit.
x l.certũ eſt.l. 13.§.ſi. C.eo. l. ſi filia, l.20.§.ſi filius famil. l. hæredes, 26.§. ſi filius eod.P.
y d.l. certum in princ.
z l.ſi filius-fa. l.4.C.eod.l.ea demum, l.filiæ licet, C.de collat.
a l.ſi.C.de col.
b l.1.fami.erciſc.P.
c Vlpi.in l.arbitrium, l.44. eod.
p Paul. in l. cùm putare, l. 37.& Scæuo.in l. qui familiæ, l.38.eod.
e l.qui erat, l.50.§.fin.eod.
f l.cùm hæredes, de acquir.poſſ.Ioan.Fab.in §.quædam, de actio, gl.fin.famil.erciſc.P.l.ſi maior, 4.commu.diuid.C.
h l.diuiſionis placitum, l.46.de pact.lib.2.P.tit.14.l.ſi inter vos, l.8.commun.vtr. iudi.lib.3.C.tit.38.

i l.1.in quibus cau. ad eund. iud. eat, li.11.P. tit.2.
k l.ſi filia, l.20. §.ſi pater, l.20. l.ſi pater, l.34. famil.erciſc.
l l.quoties, l. 10. & filij patris, l 16.l.ſi cogitatione, l.21. l.inter omnes, l.26.l.parentibus, C. de inof.teſta. li. 3. C.tit.28.
m d.leg.inter oẽs, & l.hac conſultiſſima, l. 21. §. ex imperfecto, C.de teſtam.libr. 6. tit.23.
n §.& ꝙ ſepe, de trien.& ſemi.in authen. colla.3. conſt. 5. auth.ſi modo, C.fam.erciſc.vide auth. hoc inter liberos, C. de teſtam.
o l. quæ pater inter, l.33.fam. erciſc.P.
p l.ſcriptura, l.10.com. vtri. iudic.
q §. ſi plures, de hæred.inſt. lib.2.inſtit.tit. 14.l.quoties, l. 9. §. hæredes, eod.libr. 28.P. tit.5.
r l.Meuius, 53. §.arbiter, fam. erciſc.
s Iuxta l. 2. quãd. & quib. quar. pars debea. libr.10.C. tot.ti.ad exhiben. l. cùm & ſi de publica.
t l.arbor, l.19. §.iudex, com. diu.in P. §.iudex, com. diu.in P.
v l.Cornelia, de iure patro. P.l.planè, fam. erciſ.Ioan.Faber in §. quædam, num. 7. de actio.
x d.l.arbor, §. iudex, comm. diui. P.l.1.& l. ad officium, l. 3.C.eod.
y vt l.ad officiũ, com.diui. & ibi Bald.
z Bald. in d.l. ad officium. Iaſon.in §. quædam, nu.60.de action.
a §. quædam actiones, de actio.ap.Iuſti.§. ſi familiæ, de offi.iud.l.item Labeo, l.23. §. 1. & ſeq. fam. erciſc.P.
b l.& puto, l. 16. in princ. & §.vſusfructus, eod.P.
c Caius, in l.3.famil.erciſc.
d l.1.& l.ad officium, commu.diuid.
e l.de inſtrumentis, l.5.comm.vtri.iudic.C.

cc



Nec minutatim, ſed per partes, & vt dicunt, *en*
13 *gros*, hæreditas diuidenda[a]. Inſtrumenta porrò rerum cõmunia penes antiquiorem remanebunt,[b] ſi ſint ex æqualibus portionibus hæredes, vel apud eum qui maioris partis eſt, teſtamentum remanebit, vel deponetur in ædem ſacram[c], vel de his aditus iudex æſtimabit[d]. In ſumma, in familię erciſcundæ iudicio nihil debet iudex indiuiſum relinquere[e], cùm totam cauſam debeat definire arbiter[f]. In hoc tandem iudicio condemnationes & abſolutiónes in omnium perſona qui egerunt faciendæ ſunt: aliter ſententia pro parte non poteſt valere, ſi vnus omittatur[g]. Quòd ſi omnes quidem agentes contineantur ſententia, verùm quædam inueniantur relicta diuidenda, cùm non poſſit repeti arbitrium familiæ erciſcundæ, niſi cauſa cognita, communi diuidundo de his agi poteſt[h]. Ioannis Fabri[i] tamen ſententia videtur potior, quæ vult agendum potiùs familiæ erciſcundæ iudicio. Quia poſtquam licet cauſa cognita actionem illam repetere, error omiſſi iuſtam cauſam dare poterit[k]. Videbitúrque hæc actio quædam executio prioris iudicij potiùs: quàm nouum iudicium, vt in petitione hæreditatis di-
14 citur[l]. Curare quoque debet iudex, vt de euictione caueatur per eos, quibus adiudicat, nempe ab aliis[m], ſi eius authoritate fiat diuiſio, non autem ſi ſequatur diuiſionem paternam: nam pro rebus diuiſis à patre non eſt locus euictioni erga alios fratres[n]. Seruatur idipſum in diuiſione extraiudiciali, quod in iudiciali, vt euictio locum habeat: niſi cautum contrarium inter diuidentes, vel niſi ſcirent res alienas eſſe, qui eas accepe-
15 rint[o]. Alius modus diuidendi communis iudiciali, & ei diuiſioni quæ fieri poteſt ex conſenſu partium, vt ſi res commodè diuidi nequit, ſorti committatur, omnibus potiſſimum eandem pe-
16 tentibus, vt eius ſit, quem ſors prætulerit[p]. Alioquin iure ciuili videtur receptum eſſe iudicem facere & diſtinguere partes, & ſingulis adiudicare debere[q], nec poſſe libertatem vel onus diuidendi vel eligendi concedere contendentibus.
17 Cæterùm qui de moribus ſeu conſuetudinibus pertractarunt, dicunt[r] prouocantem ad diuiſionem, diuidere debere, & prouocatum eligere: & ſi ſint plures prouocati, minorem eligere debere, tanquam inferioris iudicij, quod firmatur iure pontificio[b]. Arcadius in hoſpitij diuiſi electione inter dominum & hoſpitem, ſtatuit vt alter ex his quilibet quíve maluerit, diuiſionem arbitraria æquitate faciat, & alter eligendi habeat optio-
18 nem[t]. Sed iuris ciuilis melior videtur prouiſio[y], vt arbitrio & maturitati iudicis ſeu arbitri fiant portiones, quia multi, tanquam corrumpendi totius patrimonij occaſione captata, vniuſcuiuſque rei ſibi particulam vendicando, adeò totas dilacerant facultates, vt dum participibus relictarum opum nocere cupiunt, ſua quoque iura præcipitent. Qua ratione Theodoſius[x] Auguſtus, cùm quarta pars hæreditatis præſtanda eſſet, ſtatuit, vt hæres in partes quatuor hæreditatem diuidi procuraret, vt rebus totis in ſortium caſum reductis
19 electio ex ſortis fœlicitate contingat. Mihi certè ex ſuperioribus mixta ſententia magis placet, vt inter cohæredes vel fratres maior vel ſenior, vel qui conſcientia & cognitione rerum præualet, diuiſionem faciat, & breuia ſeu volumina ſcripta tot, quot partes: dehinc ea communicet cohæredibus, vel ſociis, & ſi illa inſcripta non placeant, emendentur, & ab omnibus ſubſcribantur, & ſi pertinax ſit, qui diuiſit, ad iudicem eatur, vel per arbitrium cõmunibus ſumptibus reficiatur. Poſtmodum autẽ pro electione ſortibus diuiſionem illam cõmitti placet, ſubſcriptis ab omnibus contendentibus diuiſionum voluminibus, quę rotula vocant, hac conditione, vt æquali ſuperficie & leuitate proiecta volumina & cõfuſa, quilibet ſuam partem ducat quam volumen ſublatum continebit. Et ita minorem ex fratribus & cohæredibus incipere ſortitam electionem non erit à ratione alienum: ſicuti Abraham diuiſionem obtulit Lotho iuniori, Loth autem elegit ex locis oblatis quem inhabitare vellet[y]. Guido Papæus[z] probat, ſuadétque tenẽdum modum, quòd antiquior fratrum diuiſionem faciat, & iunior eligat per textum in cap.1. de parrochis, vbi idipſum ſequitur Hoſtienſis, & Ioannes Andreas, & Baldus[a]. Sed hic modus ex mea ſententia, ni fallor, meretur temperamẽtum, vt obuiam eatur malitiis hominum[b]: verumtamen liberam cuique relinquo ſententiam. Hoc iudicium familiæ erciſcundæ directum & vtile eſt.

a glo. in l.2.in verbo participibus, quan.& qd. quar. pars debeat.lib.10. C.Boer. q.46. nu. 1. facit l.2. ad l.Falcid.
b l.fin. de fid. inſtru.
c l.4.§.ſi.fam. erciſcun.
d l. poſſeſſionum, l 11.commu. vtriuſ.iudic.C.
e l.hæredes eius, l.26.§.pen. fam.erciſc.
f l. dicere, de arbit.in P.
g Paul. in l.in hoc iudicio, l. 28.fam.erciſc.
h Caius, l.item ex diuerſo, l. 20. §.ſi. famil. erſciſc.P. Iul. Pau.li.1.recep. ſent.tit.18.
i Faber in §. quædã, de act. num.12.
k leg.tres fratres, de pact.in P.l.cùm putarem, famil.erciſcun.P.
l l.quo tẽpore, de petitio. hæredita. P. l. quæſitum, de pecul.P.
m l. hæredes, l.26.§.pen. famil.erciſc.P.
n l.cùm pater, §.euictis, de legat. 2.glo.in l. quæ pater, 33. in verbo in vnum. fam.erc. glo.ſi.in l.ſi cogitationem, in verbo volũtatem, C.eo. tit.
o l.ſi fratres, l. 7.C.commun. vtriuſq; iudic.
p l.fin.C.commu.de leg.
q Iuxta l. ad officiũ, com. diui. C.§.prætereà, de offi. iudic.l.in hoc iudicio, famil. erciſcun.
r Ioan.Fab.ita vidiſſe obſeruari ait, in §. quædam, de actio.num.9.
s ca.1.de parroch.
t l.2.de metatis, libr.12. C. tit.41.
v Iaſon in §. quædam, nu. 58.de actio.& ibi Ioan. Fab.
x l.2. quan.& quib. quart. pars debea.li. 10.C.tit.34.
y Geneſ. c.13.
z Guid.Pap.q. 289.
a Bald. in l. ſuus quoque, de hęred.inſti.
b d.l. in fũdo, de rei vend.P.

## De finium regundorum iudicio. Cap. 5.

Lib 10. P. titu. 3. C. lib.3.tit.39.

1 *Finium regundorum iudicium, pro ruſticis, non pro vrbanis prædiis inuentum.*
2 *Finium regundorum actio in perſonam.*
3 *Res conſiderandæ in hoc iudicio quæ, &c. Confinia quæ dicantur.*
4 *Confinium prædiorum intermedium ſpatium ex lege Solonis quantum.*
5 *Quæ veniant pro ſeruitute in hanc actionem.*
6 *Qui agant finium regundorum.*
7 *Hæc actio finium regundorum durat tantùm 30. annis.*
8 *Pro modo agrorum arbiter datur & menſor.*
9 *Alluuionis ius non habet locum in agris limitatis aſſignatis limitibus.*
10 *Modi cognoſcendi vel dirimendi fines, &c. Et numero 12.*
11 Veuë figure, ou monſtree *quid.*
13 *Incidit in hoc finium regundorum iudicium quæſtio criminalis, & quomodo.*
*Et quid ſi menſor falſum modum dixerit. numero 14.*
14 *Interdum ex crimine de termino moto, ad hoc finium regundorum peruenitur iudicium.*
15 *Leges de non excedendis vel non vſurpandis finibus quædam.*

TRactatio hæc de finibus regundis eſt, 1
de dirimẽdis finibus prædiorum confinium ruſticorum, non vrbanorum[c], illis confuſis vel irruptione fluminum[d], vel aratione, vel deiectione[e]. Habétque mixtam cauſam hoc iudicium[f], vt diximus, in ſuperioribus duobus capitibus, & pręcipuè in communi diuidundo, familiæ erciſcundæ, & finium regundorum tradidi. Actio eius in perſonam li- 2
cèt pro vendicatione rei ſit. Conſidero hîc res, prædia, vt dixi, ruſtica confinia, non vrbana ædificia, quæ magis vicina dicuntur. Sed & in vrbe vbi 3
horti ſunt cõfines, & iudiciũ hoc habet locum[g].
Confinia

c l.2. fini. reg. l.4.§.hoc iudicium, eo.
d l.ſi irruptione, l.8.eod.
e d.l.4. §.ſi dicantur, finium regundor.
f l. iudicium, com.diui.l.10. fini, regund.in P.§.ſi ſuum, de offic. iudic. §. quędã. de acti.
g l.4.§.hoc iudiciũ.fini.reg.

Confinia dicuntur ea, inter quæ nihil interue-
nit [a], potiſſimum publicum: ſi riuus tamen priua-
tus interuenit, hoc iudicio agi poteſt [b]. Commu-
ne tamen in hoc iudicium non venit, quia ſine fi-
4 nibus eſt [c]. Finium etiam obſeruatur ſpatiũ cer-
tum ex lege Solonis, in ædificio iuxta alienos fi-
nes faciendo: ſi murum quis ædificet, relinquat
pedem: ſi domum, duos pedes: ſi ſepulcrum aut
foueam, quãtum profundum eius: ſi puteum, paſ-
ſum: ſi oliuam aut ficum ſerat, nouem pedes: ſi alia
5 ligna, quinque [d]. Veniunt in hanc actionem præ-
ſtationes reales, poſt litem conteſtatam fructus:
ſed ante litem conteſtatam bona fide percepti &
conſumpti lucro cedunt: ſi autem mala fide, con-
dicuntur. Nam & culpa, & dolus à lite conteſtata
præſtantur [e]. Nec iniquè fit condemnatio eius
quod intereſt, ſi quis aliquam vtilitatem perce-
6 perit, ex eo, quòd vicini eſſe appareat [f]. Agunt hoc
iudicio confinium fundorum domini directi, &
qui etiam vectigales poſſident, qui vſumfructum
7 habent, & qui iure pignoris tenent [g]: dummodò
agatur intra 30. annos, nã vltra hos hoc iudicium
vitam non prorogat [h], numeratione facta à die
8 turbationis finium. De modo agrorum, arbitri
dantur [i] à iudice & contendentibus, & menſor
adhibetur, qui & communibus expenſis merce-
dem capit [k] ad finiendos terminos, vel menſu-
randos agros, vt vnicuique quantum debetur red-
9 datur [l]. Maximè propter agros publicè limita-
tos, in quibus nec alluuionis ius eſt, ſi militibus
aſſignati ſunt [m]: alioquin enim in priuatis limita-
tis alluuio quidem locum habet [n], ſed non vſur-
patio in fines proximi prædij. Et proinde men-
ſura aliquando, quod vſurpatum eſt dignoſcitur.
10 Modus cognoſcendi, vel dirimendi fines eſt, vt
primùm iudex aditus conſideret, quantũ ex præ-
dio confini actor teneat; ſecundò, quot iugera in
fundo habere debeat: tertiò, finitor ſeu menſor
mittatur, vt renunciet iudici, quantum minus ha-
beat actor, quàm ſe habere debere dicat [o]. Inter-
dum ipſe iudex locum cõfuſum ſuis oculis ſubii-
cit [p]. dicunt hanc ſubiectionem, *veuë figure ou*
11 *monſtrée*. In finalibus quæſtionibus, vt potiſſi-
mùm vetera monumenta ſequenda ſunt, niſi fines
antiqui mutati doceantur ſucceſſorum varietate,
aut arbitrio poſſeſſorum [q]. Et ſi in venditione de-
monſtrati ſunt fines aliqui, illi præcipuè ſequendi
12 ſunt, inter ementes & vendentes [r]: Quòd ſi nulli

a d.§.hoc iudicium. & l.5.eo. P. facit l. vrbana. de ver. ſig.
b l. ſed ſi riu[us], l.6. fi. regũd. P.
c d.l.4.§. qui cõmunem, & §. ſi communem, eo. tit.
d l. fin. finium regund. in P. l. quinque pedum, l.5. C. eo.
e l.4.§. poſt litem, eo. P.
f d.l.4.§. in iudicio.
g l.4.§. finium regũdorum fi. reg. P. l. cædere, §. fin. arbor. furtim cæſar. in P.
h l. fin. fin. regund. C.
i l. de modo, l.7. eo. P.
k l.4.§. ſed & ſi menſor, eo. P.
l l.3.§. idẽ Põponius, ſi mẽſ. falſ. mo. dixer. li.11. P. tit.6.
m l. in agris, l.16. de acq. rer. dom. li.41. P. ti.1. l.1. de agris limitro, li.11. C.
n l.1. de alluuio. C. §. præterea, de re. diu. l. adeò, §. præterea, de acqu. rer. domi. c. ex tranſmiſſa, & ibi glo. in verbo mutatũ, de præſcriptio.
o l.3. C. fin. regund.
p l. ſi irruptione, l.8.§. fi. fini. regund. P.
q l. in finalib. l.11. P. eod. l.2. C. eo.
r l.1. C. fin. reg. l. eos, l.12. eo. tit. P. l. quod in rerum, §.1. de leg.1.

appareant fines, vel confuſi ita ſint, vt commodè
dirimi non poſſint, iudex poteſt adiudicatione
dirimere: & ſi fortè amouendæ veteris obſcurita-
tis gratia, per aliam regionem dirimere iudex fi-
nes velit, poteſt hoc facere per eandem adiudica-
tionem & cõdemnationem [s]. Quo caſu opus eſt;
vt ex alterius prædio, alij adiudicetur, & eo nomi-
ne is cui adiudicatur inuicem pro eo quod ei ad-
iudicatur, certa pecunia condemnetur [t]. Et ſi ex
pluribus fundis confinibus, plures enim quàm
duo confines eſſe poſſunt [v], alter fundus duorũ,
alter plurium ſit: poteſt iudex adiudicare vni parti
locum de quo quæritur, licèt plures dominos ha-
beat, quia magis fundo quàm perſonis adiudicari
fines vel partes intelliguntur [x]. Incidit in hoc iu- 13
dicium ciuile ſæpe criminale, quando quis poſt li-
tem motam finium regundorum, non expectata
ſententia fines alterius inuadit, & tunc quod ac-
cipit aut tantundem reſtituere cogitur [y]. Inter- 14
dum poſt iudiciũ criminis extraordinarij de ter-
mino moto, eſt agendum finium regundorum: &
tunc qui de crimine cognoſcit, de hoc etiam iu-
dicio decernit, & ciuiliter & criminaliter actione
mota [z]. Incidit & quæſtio ſi menſor falſum mo-
dum dixerit. Sed quia & de crimine de termino
moto [a], & de mendacio finitoris [b] alibi diximus,
de his vltrà non agam. Porrò agricolis leges de
non excedendis vel vſurpandis finibus impoſitæ
ſunt à Iuſtiniano, qualis illa [c], χρὴ τ̃ γεωργὸν ἐργαζό- 15
μενον τ̃ ἴδιον ἀγρὸν εἶναι δίκαιον, καὶ μὴ παρορίζειν αὔ-
λακας τῶν πλησίων &c. id eſt, *agricolam ſuos excolen-
tem agros iuſtum eſſe oportet, nec ſulcorum fines trãſi-
liendo, vicinos fundos vſurpare.* Si quis autem fines
agri ſui longius iuſto protulerit, agríque vicini
partem aliquam arando interuerterit, ſi quidem
in nouali id fecerit, noualis culturam deperdit: ſi
verò ſeminando lõgius vagatus fuerit, & ſemen-
tem, & culturam, fructuúmque perceptionem ir-
reptor agrorum amittit. Et rurſum [d], εἰ δύο χωρία
μάχωνται περὶ ὅρου ἢ περὶ ἀγροῦ, τηρείτωσαν οἱ ἀκροαταὶ,
καὶ τῷ διακρατήσαντι ἐν ἔτη πλείονα ἀποδιδότωσαν τὸ
δικαίωμα. εἰ δὲ καὶ ὅρος ἀρχαῖος ἐστιν, ἡ ἀρχαία διακράτη-
σις ἀπαρασάλευτος ἔστω. id eſt, *Si ambigitur inter duo
loca, vel de termino vel agri poſſeſſione, auditores co-
gnitionem ſuam interponunto, eíque qui pluribus an-
nis poſſederit, ius reddunto: ſi verò antiqui fines fuerint,
antiqua poſſeſſio inconcuſſa eſto.*

s l.2. fi. regun. P. §. fi. de offic. iudic.
t l.3. fi. regun. in P.
v l.4.§. non ſolùm, eo.
x d.l.4.§. ſi alteri, fi. reg. P.
y l.4. C. eo.
z d.l.4.§. ſi dicantur, fini. reg. P.
a dixim[us] proprio tit. in criminibus priuatis extraordinariis, de termino moto.
b diximus in extraordi. criminib. titu. de mendacio.
c in legibus Georgicis Iuſti. ti.1. c.1. & 2.
d Iuſtin. d. tit. 1. c.9.

*Libri quinti primæ partis Syntagmatis iuris vniuerſi Finis.*

DE



# DE FEVDALIBVS REBVS, ET DE FEVDIS, LIBER SEXTVS.

## Rerum alia diuiſio, in allodiales, & cenſuales. Cap. I.

1 *Continuatio libri.*
2 *Allodiales res feudales & cenſuales, quæ emphyteoticariæ & ſuperficiariæ.*
3 *Allodialis res integrum habet primæ diuiſionis dominium. Francum allodium quid.*
4 *Allodium vnde dictum, & quare.*
5 *Allodij lex Caroli Magni.*
6 Laudes & Leuades *quid in Gotia.*
7 *Allodium in ſubſtantia quid.*
8 *Allodij & feudi differentia.*
9 *Allodium liberum, quod à nullo alio, quàm à Deo pendet, ſecundùm aliquos.*
10 *Allodium & libellum, diuerſa eſſe docetur.*
11 *Libellarij contractus, & allodij & feudi differentia.*
12 *Cambij & allodij differentia.*

1 SVPERIORIBVS
proximis libris de
ſeruitutibus rerũ egi-
mus, docuimúſque
quaſdã aliis ſeruire
iure vicinitatis, alias
liberas. Et deinceps
alias iure communi-
tatis vſum & domi-
nium præbere, alias
ſingularum perſonarum eſſe & proprias. Nunc
de alia diuiſione rerum ratione qualitatis, alte-
rius dominij, cenſus & penſionis & hominij ſeu
2 homagij dicendum eſt. Itaque quædam res reti-
nent priſtinam libertatem, quam domini in pri-
ma rerum diuiſione habuerũt, vt ſint ſolius do-
mini nec alium agnoſcant, allodiales dictæ: aliæ
autem per homagia aut cẽſus præſtationem, aliũ
quoque quàm poſſidentem oſtendũt dominum
Illæ feuda, iſtæ cenſuales & emphyteoticariæ &
ſuperficiariæ dici poſſunt. De allodialibus pri-
mum, poſteà de feudis: nam de vectigalibus &
cenſualibus ſatis dictum in iure fiſci, & de em-
phyteoticis in locatione, Deo fauente, dicetur.
3 Qui prædium optimo iure poſſidet, id eſt, qui
plenam habet abſolutámque proprietatem, is in-
tegrum dominium directũ cẽſetur habere, qua-
le ab initio ex diſtributione dominis contigit [a].
Vocant hoc ius, Francum allodium, nempe quod
liberum eſt, extra mancipiũ ſeruitutémque do-
4 minicam poſitum. Budæus [b] allaudiũ trahi à lau-
dimiis tradit, emptor enim rerum cenſualiũ no-
minare authorẽ ſuum tenetur intra paucos dies
& ab eo rem mãcipio accipere [c], quod vulgo in-
ſeſinari dicunt, vel regnoſcere: alioquin multa
committitur. Hincq; allaudij appellationem pro-
fectam, quòd qui prædia eo iure habebant allau-

a l. ex hoc iure, de iuſtit. & iur. in P.
b Budæus in l. herẽnius, de euictio. in annota. prior. in PP.
c l.3. de iure emphyt. C.

dij, laudare authorem ſuum nemini tenerentur,
vt qui nullum ſoli dominum agnoſcant, nec pa-
tronum, id eſt, qui in nullius fide ſint. Cuiacius [d]
ait allodium & alodem dici, vt amentem, quaſi
ſine mente iſtum, alodem quaſi ſine lode, quòd
eius poſſeſſor nemini ſit leodes. Amerbachius [e] 5
allodium dicit vocem Germanicã vel à Germa-
nica deriuatã: nempe ab *all*. id eſt, omne totum,
quia quod allodium eſt, pleno iure retineatur.
Beatus Rhenanus [f], aliunde trahit originem, &
euoluit ſubſtantiam allodij, his verbis, *Cùm Ger-
maniæ ſubactæ fuerunt à Francorum rege Clodoueo,
Pipino, & Carolo Magno, nobiles beneficiis regiis
ornabantur, & allodiis: hæc proprij iuris erant, fortaſ-
ſis Germanico vocabulo ſic dicta, quòd familiæ coag-
mentata ſint & coniuncta, hoc eſt, inſeparabilia à fa-
milia, Ein anlod: vnde plerunque negligebantur bene-
ficia regia, quæ res edita lege prohibetur.* Legem
non refert Rhenanus, ſed ea extat in capitulari-
bus Caroli Magni, in capitulari quod ad Niu-
maczd [g], in hæc verba: *audiuimus quòd aliqui red-
dant beneficium noſtrũ ad alios homines in proprie-
tatem, & in ipſo placito, id eſt, conuentione, compa-
rant dato pretio ipſas res iterum ſibi in allode, quod
omnino cauendum eſt: quòd qui hoc faciant, non bene
cuſtodiant fidem, quam nobis promiſſam habent.*
Sic in legibus Angliorum, & Vuerinorum id eſt,
Thuringorum, titulo 7. extat inſcriptio de allo-
dibus (ſic enim legetur pro de allodiis) vbi tra-
ctatur tantummodò de ſucceſſione decedẽtium,
ab inteſtato proximioribus deferẽda, & allodiũ
pro patrimonio proprio defuncti accipitur. Item
& in legibus Boioariorum, quas tulit Theoderi-
cus Francorum rex filius Ludouici, vt ait in 2.
Beatus Rhenanus extat in eadem ſignificatione
in c.2. titulus 2. his verbis *vt nullus Boioarius al-
lodem vel vitam ſine capitali crimine perdat.* Forſan 6
& liceat comminiſci vel ad Gallicam declina-
tionem transferre etymon, non erit aliena de-
riuatio à verbo Gallico *leuer*, & *leuée*, mutata di-
phthongo eu in o, & apud nos in Gotia *leuade*.
Idem quod præſtatio & exactio: vnde & *lods* dici
& *leudes*, id eſt, exactiones tributorum. Et laudi-
mium præſtatio, pro leuatione: vnde & adiuncta
particula priuata *alods*, pro eo quod exigi non
poteſt, vel quod non patitur exactionem. Sed ne 7
contendamus nimium de nomine, cõſtat de ſub-
ſtantia in ſumma allodium vel res allodiales eſſe,
res quæ poſſidentur iure proprio, non feudi, non
beneficij iure, non ex cauſa emphyteoticaria vel
clientelari. Hoc ſi datur in feudum vaſſallo, aliã 8
recipit appellationem in beneficiario, & quod al-
lodium eſt domino, id vaſſallo, vaſſallíve vaſſallo
feudum eſt: quia proprietas domini eſt, & dire-
ctum dominium [h]. Vnde inuenimus in cõſuetu-
dinibus feudorum allodium dici infeudatum [i]:
atque ita allodiũ & feudum duo diuerſa ſunt [k].
Iaco. Aluarotus [l], allodium dixit liberum & pro- 9

d Iac. Cuiac. in Feud. lib. 2. c.17.
e Amerbach. in com. capitular. legũ Caroli Magni c.7.
f Beat. Rhena. lib.2. rer. Germanicar. dum loquitur de ſtatu Galliarum.
g d. c.7.
h Cuiaci. vbi ſuprà ex Concilio Ticinẽſi,
i §.1. de Allodiis, li.2. Feud. tit.53.
k glo. in l. ingenuũ, l.13. de inge. manum. li.7. P. tit.14. gl. in l. etſi quis, §. ſed interdũ, in verbo oportebit, de relig. & ſumptib. funer. in P.
l Iac. Aluarot. in §. inter filiã, ſi de feud. def. conten. ſit int. domi. & agna. vaſſ. li.2. feud. ti.26. vbi text. meminit de allodio.

M

prium, quod à nullo recognoſcitur niſi à ſolo
Deo, ſecundum Iacobum de Bello Viſu, Nico-
laum de Neapolitano, & Baldum [a]. Et allodium
etiam aliter dicetur res hæreditaria, quàm vẽde-
re vel donare poſſum tanquam meam. Nec ideò
minus allodialis res, quòd alterius iuriſdictionis
ſit: nihil enim communicat iuriſdictio ad liberta-
10 tem rei [b]. Nec ſequenda eſt interpretatio aliquo-
rum, vt Alberici [c], & aliorum, libellum & allo-
dium idem eſſe dicentium in vſibus feudorum [d]:
cùm tamen libellum interpretetẽtur emphyteu-
ſim: qui verba illa tractant allodium ſiue libel-
lum [e]. Minus etiam eorum, qui cambium idem
quod allodium dicunt, dum legunt in §. cùm au-
tem [f] ſi de inueſtit. feu controuer. fuer. *vel cam-
bium proprietatis illius feudi nomine habuerit &c.*
Siquidem libellarius contractus magis emphy-
teuſi accedit, quàm allodio, cui contrarius vide-
11 tur. Et ideò rectè conſuetudo feudi diſtinguit [g],
rẽ remanere apud aliquem, vel iure proprio, vi-
de allodium: vel iure beneficij, vide feudum: vel
iure libelli, ecce tertiũ genus: libellaris acquiſi-
tio venditioni propemodum ſimilis, & locationi.
Nam venditur res certo pretio, ſed nõ in perpe-
tuum, & niſi de viginti in viginti nouem annos,
& ſic in perpetuum: nec purè, ſed ea lege, vt ſin-
gulis annis certa penſio eius rei nomine tribua-
tur, qua ratione locationi accedit, cùm certo tẽ-
pore renouetur, nempe poſt viginti nouẽ annos
ad euitandam præſcriptionem, & tollendam pu-
ram venditionem. Docetur id in feudis [h], vbi po-
teſt vaſſallus feudũ locare, niſi locatio eſſet frau-
dulenta alienatio, ſicut eſt per libellum, vt dica-
tur venditio. Quis enim dubitat, quòd libellario
nomine ſub viliſſima duorum donariorum pen-
ſione, perpetuò concedatur vtendum, aliena-
tum in fraudem nõ eſſe? Et naturam iſtius libel-
li & differentiam cum iure emphyteotico do-
ctè, vt ſolet reliqua, noſtras Cuiacius docet ex va-
riis authoribus in commantariis ad feuda [i], quem
12 conſulito. De cambio autem quid ſentiam expli-
cabo, relicto vnicuique ſentiendi diuerſa arbi-
trio: non placet vt ſimpliciter cambium dicatur
allodium: niſi dicamus, vt in §. cùm autem, ſi de
inueſt. feu. &c. Cambium proprietatis feudi no-
mine factum, id eſt, permutationem proprietatis
cum feudo. Cambium enim apud Tectoſages, &
ferè Gallicè *change*, apud nos *cambi* permutatio-
nem ſignificat. Ita intelligo c. 2. tituli quo tempo-
re miles inueſtituram petere debeat, lib. 1. feudo-
rum, titu. 22. Eſt & antiquum verbum cãbio, pro
commuto, quod & hodie apud Italos & Inſubres
vſurpatur: neque hîc aliud priſcũ cambire, id eſt
iter facere, & pugnare accummodũ videtur, po-
tiſſimùm allodio, quod onus non habet, ſed pro-
prio iure tenetur. Et ideò cambium dici non po-
teſt, vt nec allodium poſſet dici feudum, cùm &
onus militandi, ad militiam eundi, vel ſumptus
ea de re præſtandi habeat [k]. Proprietatem autem
cum feudo cambire exiſtimo, quando vaſſallus
proprietatem accipit, & dominus vaſſallus fit. Et
de allodiis hæc dicta ſufficiant, quando allodia,
tanquam patrimonialia & libera poſſunt tractari
à dominis, & leges generales ſequantur, non feu-
dales conſuetudines. Præſumuntúrque res om-
nes allodiales ſeu liberæ, niſi probetur verè vel
præſumptiuè contrarium [l]. Et feudalis res dicitur
quandam ſeruitutem debere [m].

a Ba'd. in c. 1. de Allod. in vſib. feudo.
b §. 1. de allod. in vſib. feud. Bal. in l. à procuratore, C. manda.
c in dictionario iuris.
d in §. inter filiã, ſi de feud. defunct. &c.
e Aluarot. in d. §. inter filiã.
f in vſib. feud. li. 1. tit. 4.
g in §. profectò, tit. quid iuris ſi poſt aliena. feud. vaſſa. id temperaue. li. 2. feudo. titu. 44.
h In §. donare, quali. olim poter. feu. alien. li. 2. feud. ti. 9.
i lib. 1. tit. 1.
k §. fi. de allodi. in vſib. feudo. li. 2. tit. 54.
l Ioan. Andr. in c. nimis, de iureiu. & in c. fi. in verbo reſpõdere, de iudic. c. 2. & ibi interpre. ſi de Feud. def. fue. content. inter dom. & agna. facit l. altius, de ſeru. C.
m glo. in l. ſi cuius, l. 15. §. ſi vſusfructus, in verb. oportet, de vſuf. P. Bal. in c. 1. circa vltim. colum de controuer. inueſt.

## De feudi finitione & diuiſione. Cap. 2.

1 *Feudi etymon à fide.*
2 *Faida quid.*
3 *Feudi finitio.*
4 *Beneficij nomen quàm latè pateat, & quid in hac finitione feudi.*
5 *Rei feudalis proprietas ad dominum, vſusfructus ad vaſſallum in perpetuum pertinet.*
6 *Explicantur ſeptem requiſita in conſtituendo feudo propriè.*
7 *Diuiſio feudi, in propriè feudum, & impropriè.*
8 *Feudi propriè ſpecies.*
6 *Impropriè feudi ſpecies.*
10 *Regale ſeu regium feudum quid, & ſimplex.*
11 *Feudum regale,* de haut haubert.
12 *Regna in feudum regibus data à ſuperioribus.*
13 *Nouum feudum quid & vetus.*
14 *Paternum feudum quid.*
*Paterni & antiqui differentia.*
15 *Feudum rectum, & feudum ſimpliciter quid, & feudum quid conditionatum.*
16 *Feudum hæreditarium quid.*
17 *Minus eſſe in feudo dato alicui & liberis, quàm ſit in hæreditario.*
18 *Feudum aliud rurſus paternum, & maternum, & qualia.*
19 *Feudum reale hæreditarium eſt.*
20 *Feudum quomodo antiquitus temporale & amouibile, factum eſt per diuerſas conſtitutiones, & ſucceſſu temporis perpetuum & tranſmiſſibile vaſſallis.*
21 *Feudum maſculinum hæreditarium, proximis non inſtitutis, ad dominum reuertitur, etiam ſi filiæ ſuperſint hæredes vaſſalli.*
22 *Feudum ligium quæ requirat.*
23 *Ligium nomen vnde declinatum.*
24 *Ligiũ feudũ, propriè feudũ nõ eſſe, ſed impropriè.*
25 *Ligij homines & homologi qui, &c.*
26 *Ligij homines clientes, Clientes, Thetæ, Peneſtæ qui, &c.*
27 *Solidurij apud Gallos qui.*
28 *Ligius quis ſit in ſumma hîc.*
29 *Ligius homo & cum feudo, & ſine feudo eſſe poteſt.*
30 *Ligius homo à fide primo abire nequit etiam feudum refutando, etſi in aliis vaſſallis diuerſum ſequamur.*
31 *Ligius homo 2. à ſolo domino non à curia iudicatur: Item quòd is perſonam in hoc domino obliget & bona.*
32 *Ligius homo nemo duorum eſſe poteſt.*
33 *Omnes qui in imperio ſunt, cenſentur ligij imperatoris. In ligio feudo ſuccedunt fœminæ, &c. In vaſſallitico iuramento cenſetur excipi ligius dominus &c.*

FEudum à fidelitate dictũ eſt, ſeu à fi- 1
de [n]: vnde & beneficiarius dictus fide-
lis [o]. Sed nomen vulgare Italicum &
Inſubrum proximius accedit, quàm
Latinum; nam vocant fidem *la fede*, vnde & feu-
dum quidam dicunt à fœdere. In declinatione
enim latina dicendum eſſet fidum. Sed ſi etiam
nomen ad idioma Langobardorum, qui Germa-
nicè locuti ſunt, referamus, & feudum à Germa-
nico *feyd*, vel *vechd*, aut vt alij ſcribunt *haet* odiũ, 2
id eſt, bellum & inimicitia: vnde & fai in legi-
bus Langobardorum & Frãcorum co uniter,
pro

n §. fi. per quos fiat inueſtit. & per quos recipia. li. 2. Feud. tit. 3.
o tit. de contention. inter dom. & fidelẽ de inueſt. feu. lib. 2. tit. 10. §. item ſi fidelis, quib. mo. feu. amit. ti. 5. cum ſimil.



pro inimicitia & bello, & inde militiæ vel inimi-
citiæ depellendæ cauſa in ductum nomen & feu-
datarios quaſi faidatarios, qui ex fide eius, qui
3 faidam habent, ſunt. Subſtãtialis autem feudi fi-
nitio hæc erit, vt ſit beneficiũ, quod ex beneuo-
lentia ita datur alicui, vt proprietas quidem rei
immobilis beneficiariæ penes dãtem remaneat:
vſusfructus verò illius rei ita ad accipiẽtem tranſ
eat, vt ad eũ hæredéſque ſuos maſculos ſiue fœ-
minas, ſi de his nominatim dictum ſit, in perpe-
tuũ pertineat: ea lege, vt illæ & ſui hæredes fide-
liter domino ſeruiant, ſiue illud ſeruitium, quali-
ter eſſe debeat, ſit expreſſum, ſiue determinatè
4 ſit promiſſum [a]. Beneficij nomen genus eſt, quod
continet alia beneficia, id eſt, alias beneuolas cõ-
ceſſiones, quàm ex feudo: vt intereſt hominis, ho
minem affici beneficio [b], & continent etiam pri-
uilegia [c]. Proinde quod ſequitur ex beneuolẽtia,
arguit ſingularem cauſam beneficij cũceſſi, nem-
pe amicitiam ipſam. Et hinc qui beneficium ſeu
feudum accipiunt, beneficiarij ſæpè in feudis di-
cũtur. Et quia nec ſub prætextu pecuniæ, ſed ho-
nore & amore domini hoc acquirendum eſt [d]. Et
quia beneficia liberè conceduntur [e]: ſequitur &
feudum liberè ſpontè tradi [f]. Rei immobilis ap-
pellatio, in finitione poſita cõtinet etiam eas res,
5 quæ inter immobilia annumerãtur [g]. Ex reliquis
autem verbis finitionis apparet directum domi-
nium penes beneficum, & vtile penes beneficia-
rium eſſe [h]: quia ille proprietatem retinet, hic au-
tem in perpetuum vſumfructum accipit, de qui-
bus, & de fidelitate, & de ſeruitiis poſteà agemus.
Interim hoc notandum, rei per beneficium rectè
inueſtitæ, vaſſallum, tanquam dominum, habere
6 poteſtatem in agendo & defendendo [i]. Ex ſupe-
riori definitione ſubinde colliguntur ſeptem res
requiri, vt propriè feudum dicatur: 1. vt ſpontè
datum ſit, non coactè: 2. vt directum dominium
maneat penes concedentẽ: 3. vt vtile transfera-
tur in accipientem: 4. vt cõſiſtat in immobilibus
rebus, vel in his, quæ immobilium loco ſunt: 5. vt
perpetuò trãſeat ad maſculos liberos deſcenden-
tes: 6. vt fidelitas & ſeruitiũ præſtentur: 7. vt gra-
7 tis [k] concedatur. Hac ratione feudi ſectio prior
fiet in feudũ propriè, & impropriè: propriè feu-
dum, quãdo illa ſeptem adſunt: impropriè, quan-
8 do non eſt ei propria natura feudi [l]. Ad feudum,
quod propriè feudum, refertur feudum dignitatis
ſeu regium, feudum ſimplex: feudum nouum, &
antiquum ſeu paternũ, feudum rectum & hære-
9 ditarium, feudum ligium. Ad feudum impropriè
pertinet feudum francum ſeu liberum, feudum
non rectum, feudum perſonale habitationis, feu-
dum ſoldatæ, de camera, de cauea gardiæ & ga-
10 ſtaldiæ. Regale feudũ dicitur ſeu dignitatis, quod
recta via datur à rege ſeu principe, non à minori-
bus vaſſallis, qualia ducatus, comitatus, marchio-
natus vel alterius dignitatis [m]: vt contrà, feudum
ſimplex ſeu non regale, quando priuata res, vt pa-
11 gus, vel aliæ ſimiles priuatæ conceduntur [n]. Feu-
dum regale dicitur in Gallia *de hault haubert*, ac ſi
dicas, de alta loricatione. Lorica enim *haubert* eſt,
id eſt, feudũ militiæ potioris, altioris, ſeu dignio-
12 ris. Sunt & regna, quæ ex fide aliorum pendent,
quę verè feuda regalia: vt & Inas Vueſt Saxonum
in Anglia rex, regnum ſuum Romanæ ſedi vecti-
gale conſtituit, anno Domini 740. [o] ſingulis ar-
genteis nummis, quos denarios vocant, in ſingu-
las domos impoſitis. Fecit idem eius exemplo
Offas Merciorum rex, qui nõ multò pôſt id tem-

a hæc finitio ex verbis §. in quib. cau. feu. amit. li. 2. Feudo. ti. 23. ſequũtur, hanc finitionẽ ibi Iaco. Aluarot. & rurſum idem, & Bal. in præiud. feud. Franciſc. Curtius, tract. Feud. parte 1. c. 6. Hoſtien. in Summa de Feudis.
b l. ſeruus ea lege de ſeruis export. P.
c l. fin. de conſtit. prin. in P. cum ſimil.
d c. 1. de Feudis dat. in vicẽ leg. commiſſ. li. 1. Feu. tit. 27.
e l. 4. de adim. leg. in P. l. ſi pignore, §. 1. de furt. in P.
f d. c. 1. de feu. dat. &c. Spec. titul. de loca. verſi. nunc aliqua, verſi. 4. in fin. & ibi Bal. in additio.
g §. fin. Feud. cognit. libr. 1. feud. tit. 1.
h gl. & interpret. in §. præterea de capitulis Conradi, ca. 1. §. 1. de inueſtit. de re alien. fac. & ibi text. in §. fi.
i §. rei autem, eod. li. 2. feud. tit. 8.
k c. priuilegia, de pac. conſt. poſt li. feudorum.
l proprio tit. de feudo non habente propriã naturam feudi.
m c. 1. de feu. March. libr. 1. Feud. tit. 14.
n §. ſi quis de mãſo, ſi de inueſt. controu. fuer. li. 1. Feu. tit. 4.
o Polyd. Vir. in Angli. hiſt. lib. 4.

pus regnauit. Hócque Angliæ ſacrum vectigal
poſteà auxit Etheluolphus ſeu Athulphus. Et
Ioannes Ricardi. I. ſucceſſor poſteà ſe, poſteróſ-
que ſuos reges ſedis apoſtolicę beneficiarios eſſe
ſponſionem fecit anno 1212 [p]. Scoticum quoque
regnum eiuſdem iuris [q]. Carolus Andegauẽſis à
Clemente 4. Siciliæ rex declaratus, præſtitit pro
indice feudi ſuperioris, cẽſum annuum [r]. Polo-
niæ quoque regnum à Miecislao Benedicto 7.
Pontifici, in fidem & feudum datum anno 980.
Quod & eidem ſedi apoſtolicæ fecit tributarium
Caſimirus imperante Corrado, vt ſinguli colo-
norum obolum penderẽt lucernæ arſurę perpe-
tuò in æde Sancti Petri Romæ [s]. Fuerunt & hoc
modo alia regna ſub iure pontificis ſum. olim [t].
Dux Auſtriæ Fridericus rex à Cæſare creatus ea
lege ne detraheret dignitas diademati imperij [v].
Reges faciebat, ſed ſibi fideles S.P.Q.Roman. [x].
Factum & aliis temporibus idipſum apud alios,
cùm ducatus vel marchiſatus in regni nome trãſ
ierunt. Nouum feudum dicitur, quòd is cui con- 13
ceditur, ſit primus de eo inueſtitus [y]: opponitur
huic vetus [z]. Paternũ dicitur, quod ex primo in- 14
ueſtito venit vſque ad quartum gradum deſcen-
dentium, quem ſi excedat antiquum, quamuis &
promiſcuè iſta nomina vſurpentur, vtpotè pater-
no & antiquo naturam habentibus eandem, pro
feudo quæſito ab aliquo aſcendente patre com-
muni agnationis [a]. Cui nouum opponitur, nec
nouum tamen dicitur paternũ refutatione ab eo
facta, & in vita ſua conceſſo à domino filiis, ſed
paternum [b]. Feudum rectum in iure feudorum 15
inuenitur [c]: ſic dictum quaſi purum, quòd in eius
conſtitutione ſeruitia determinata nõ ſunt [d]: ali-
ter ſimpliciter feudum, nam quando ſunt deter-
minata, dicitur feudum cõditionatum, vel rectũ
dictum, quaſi rectè & ſecundum legitimam for-
mulam acquiſitum: vtpurà, quia vaſſallus ſeu be-
neficiarius adeptus eſt poſſeſſionem eius ex li-
centia præcedente domini, præſentibus & aſſi-
dentibus paribus curiæ: aliter enim, ſi præſens
non fuiſſet curia [e]. Aut tertiò rectum, id eſt, opti-
mum, firmum & perpetuum, quod irreuocabile
eſt [f]. Huic poſtremæ acceptioni feudũ hæredita- 16
rium accedit, quod ita datur, vt ad hæredes poſſit
transferri: datur enim beneficiario & eius hære-
dibus [g]. Minus autem in feudo ineſſe videtur da- 17
to beneficiario pro ſe & ſuis liberis, non enim eſ-
ſet tunc hæreditarium, ſed ex liberalitate conce-
dentis, & eius prouidentia filij tantùm, non alij
vocantur [h]. In quo adhuc poſſet conſiderari alia 18
diſtinctio feudi hęreditarij, vt aliud ſit paternum,
& aliud maternum. Paterni natura eſt, vt compe-
tat tantùm maſculis deſcendẽtibus liberis [i]. Ma-
terni verò, vt primùm maſculis, deinceps & fœ-
minis poſſit accedere [k]: quamuis quis pro ſe & li-
beris maſculis & fœminis inueſtiturã accipiat [l].
Poteſt & dici paternum, vt diximus, ex ſuperiori-
bus ſeu à maioribus quæſitum [m] & antiquum: &
maternum, quod fœmina ex ſuperioribus paren-
tibus quæſiuit. Ad hæreditarium feudum perti- 19
net & illud, quod dicitur reale, in quo quis non
tantùm ſibi, ſed hæredibus ſuis proſpexiſſe vibe-
tur [n]. Antiquiſſimo tamen iure feudum ita erat 20
in poteſtate dominorum, vt quando vellent, poſ-
ſent auferre beneficiario: poſteà eò vẽtum eſt, vt
per annum firmum eſſet poſteà, vſque ad vitam
fidem præſtantis: ſubinde vſque ad filios, & eum

m c. 1. §. parentum verò donatur. ſucceſſ. feud.
n cap. vni. de duob. fratri. à capitan. inueſtit.

p Polyd. Virg. libr. 15. hiſtor. Anglic.
q c. inter alia, de immu. eccl.
r vide Bal. in extrau. de pace conſtan. §. priuilegia, in verbo inueſtituram, cle. paſtoralis, §. rurſus, de ſent. & re iud.
s Chromer. li. 3. de reb. Polonic.
t vt in c. ad apoſtolicæ, de iudi. in Sexto, c. alius. 15. q. 6. c. grãdi, de ſupplend. neglig. præla. c. venerabilem, de elect. in 6.
v Mũſterus in ſua Geograp.
x Diony. Halic. in 3.
y §. 1. qui teſtes ſint neceſſar. ad prob. nouam inueſtit. li. 2. tit. 9.
z §. 1. per quos fiat inueſtitu. feu. li. 2. Feud. tit. 3.
a c. 1. & §. hoc quoque, & ibi Bal. de ſucceſſ. feud. li. 1. tit. 8. cap. 1. §. 1. & ibi interpret. de gradibus ſucceſſio. in vſib. feudor. §. hoc quoq; ſciendũ de iis qui feudar. poſſ. lib. 1. Feud. tit. 1.
b §. 1. de vaſſa. decrep. æta. li. 2. Feud. tit. 4.
c tit. de conſuet. rect. feu. li. 2. tit. 33.
d in c. 1. de capita. qui curiã vendidit, libr. 2. Feud. tit. 31.
e c. 1. & ibi gl. 2. de conſuet. rect. feud. iuncto, c. 1. quib. mod. feu. conſtit. poteſt.
f c. 1. §. item ſi vaſſallus, cùm ibi nota. ſi cõtrouer. fue. de inueſtit. feud. iuncto c. 1. de feud. gard.
g de hoc feudo Andr. Barbat. conſil. 56. inter cõſ. Alexand. tomo 4. conſil.
h Andreas de Iſernia in §. 1. & §. hoc quoque, de ſucceſ. feu. in c. 1. qui ſucceſſor. teneant. Alex. 3. vol. conſ. 10.
i c. 1. §. profectò, de lege Conradi. lib. 2. Feud. tit. 34.
k c. 1. §. de feu. tit. 30.
l §. 1. de eo qui ſibi & hæred. ſuis maſcul. & fœmi. &c. li. 2. feud. tit. 17.

cui ex illis vellet dominus feudum confirmare.
Et iure feudorum communi poſteà ſtabilitum, vt
ad omnes filios æqualiter pertineat. Subinde ex
lege Cōradi prorogatum ad nepotes, fratres, pa-
trueléſque [a]. In regiis quoque, ſeu accipientibus
regalia feuda, olim erat etiam illud obſeruatū, vt
non prorogarentur vltra vitam accipientium, ſed
datione noua mortuis iis alij inueſtirentur, vt de
marchionatu, ducatu, comitatu: & aliis ſimilibus:
quod poſteà etiam vſu ad liberos vſque proroga-
21 tum [b]. Si feudum ſit maſculinum ſeu paternum,
hæreditarium, & filij non ſint, filiæ exiſtentes hę-
redes, in allodialibus quidem ſuccedent: at in
feudo, neque ipſæ, quæ à feudis communi cōſue-
tudine excluduntur [c], neque agnati proximio-
res admittentur, ſi hæredes nō ſunt [d], ſed extin-
22 ctum feudū eſt, & ad dominum reuertitur. *Feu-
dum ligium*, inquit Curtius Iunior [e], *tria requirit:
primò, vt vaſſallus iuret fidelitatē, nullius alterius fi-
delitate reſeruata. Secūdò, vt expreſſè dicatur in inſtru
mento inueſtituræ, quòd feudum ſit ligium. Tertiò,
quòd vaſſallus principaliter perſonam ſuam, & conſe-
quentur bona etiam non feudalia ſubiiciat poteſtati
domini.* Qui huiuſmodi feudum habet, dicitur
23 homo ligius [f]. Albertus Krantius [g], ligium Ita-
lorum verbum eſſe ait, & ſignificare totalem
ſubiectionem. Videtur enim verè illud nomen
eſſe Italicum à ligando: vnde & coniurationes
ſeu factiones apud illos vocantur *ligues*, arctiori
24 videlicet fide conſtrictione facta. Et mihi pro-
priè hoc feudum non videtur, ſed feditio potiùs
in clientelam, & familiam, & poteſtatē alterius.
Ideò huius iuramentum à fidelitate feudali re-
ctè ſeparatur, & ſine feudo quoque eſſe docetur
in conſuetudinibus feudorum, vbi poſt formam
fidelitatis beneficiarij [h], ſubiiciuntur hæc ver-
ba: *ſi verò domeſticus, id eſt, familiaris eius ſit cui
iurat, aut ſi ideò iurat fidelitatem non quòd ha-
beat feudum, ſed quia ſub iuriſdictione ſit eius cui iu-
rat: nominatim vitam, membrum, mentem, & eius re-
25 ctum honorem cuſtodire iurabit.* Aliqui ſuſpicantur
huiuſmodi homines homologos dictos fuiſſe
de quibus cautum eſt à Theodoſio & Archa-
dio [i], ne relinquant antiquos dominos. Ego tamē
diſcedo ab hac ſententia, cùm Archadius & Ho-
norius loquantur de colonis, qui quidem adſcri-
ptitij non ſunt, ſed homologi, id eſt, qui per
ſcripturam confeſſi ſunt ſe colonos eſſe, vnde di-
cuntur, non verè adſcriptitij, ſed confeſſionarij:
id enim vox homologos deſignat, vt expreſſè de-
clarat Auguſtus Cęſar [k]. Ita & Ariſtoteles, vt ſcri
bit Suidas [l], quod in Analyticis ex hypotheſi. i.
ſub conditione ſeu fictione generaliùs dixerat, id
in Topicis ſpecialiùs ἐξ ὁμολογίας id eſt, ex con-
26 feſſo appellauit. Quo fit, vt adducat ligios homi-
nes dici poſſe verè clientes, qui ſe in fidē omni-
modam concedebant patronorum, & illi eorum
etiam defenſionem ſubibant. *Commendauit*, in-
quit Dionyſius Halicarnaſſæus [m]. *Romulus patri-
ciis plebeios, optione cuique è vulgo data vt quem vel-
let, ſibi patronum legeret.* Mos ſanè Græcis & an-
tiquis, quo diu Theſſali vſi ſunt, & Athenienſes
priſci, ſed tum receptus in melius. Hos Atheniē-
ſes thetas vocabāt ob miniſteria, Theſſali, pene-
ſtas. Romulus honeſtiori vocabulo voluit voca-
27 ri clientes. Solidurios eſſe, qui ſpeciem cliente-
læ apud Gallos haberent, iam antè demonſtraui-
mus, cùm de iure patronatus egimus clientelari,
28 vbi multa de clientelis explicauimus [n]. In ſum-
ma hominem ligium dico, eum qui cùm ſuus, vel

[a] hæc in §. & quia vidimus, de iis qui feu. dar. poſſ. lib. 1. Feud. tit. 1.
[b] c. 1. de feudo March. §. in feu. comitat⁹, de aliena. feu. in vſib. feud.
[c] §. hoc autem annotādū eſt, de iis qui feu. dar. poſſ. lib. 1. tit. 1.
[d] vide Curti. Iunior. tracta. de feu. par. 1. c. 9. nu. 21. Alex. conſ. 19. incip. ſuper eod. de quo quærit, in 5. vol.
[e] Iacob. Curt. in 1. par. tract. de feud. cap. 9. nu. 22.
[f] vt in clem. paſtoralis, §. rurſus, de ſen. & re iud.
[g] Krantius li. 4. Chron.
[h] in §. fi. qual. iur. debe. vaſſal. fidel. dom. li. 2. feu. tit. 5.
[i] in l. fi. de patro. vicorum, lib. 11. tit. 34. C. Theodo.
[k] in l. cùm ſcimꝰ, l. 21. de agr. & cenſ. lib. 11. C. tit. 47.
[l] Suidas, in verbo ὁμολογία.
[m] Dion. Hali. in 2.
[n] poſt poteſtatē dominicam in iure patronatus clientelaris, li. 4. c. 10.

ſub alterius eſſet principis poteſtate: ſi alicui al-
teri principi ligauit, vinxit, fidémque dedit, vt
eius fidelitati alium non præponat. Et proinde 29
& hic homo ligius, & cum feudo, & ſine feudo
eſſe poteſt: cum feudo, ſi ea conditione feudum
accepit: ſine feudò, ſi amicitia ſola ductus, ſe &
ſua cum illo ſpeciali ſacramēto in clientelam ali-
cuius principis venerit, & iurauerit contra om-
nes opem & auxilium & in omnibus præſtitu-
rum, fidémque ea de re obſtrinxerit, idipſúmque
clienti princeps pollicitus fuerit. Itaque hîc ſin- 30
gulare tum in feudo ligio, & vt opinor, in ſacra-
mento ligij hominis, vt non admittatur pœnitē-
tia, & homo ligius non poſſit ab obedientia vel
ſubiectione eius, cui fidem dedit, abire, nec feu-
dum refutando abſolui ab eadem, vt notat Bal-
dus [o]. Quanquam in aliis feudis vaſſallus poſſit
feudum refutare, & ita fidem datam reſcindere [p].
Quare ligius homo, qui alteri domino contra fi-
dem datam opem fert in dominū, cui hoc ſacra-
mento ſe obſtrinxit, etiam ſi is iunior tempore ſit
rebellis fit. Ideò Henricus Andegauorum ducis
filius, qui Normaniam à rege Ludouico Gallia-
rum acceperat, & pro eadem terra in hominem
ligium acceptus erat, ob officio declinans, ab eo-
dem rege, exercitu inuaſus, culpam deprecari ad-
actus eſt [q]. Secundò ſingulare in ligio feudo, vt
ſolus princeps de eo, non pares curiæ, iudicet [r].
Item quòd in ipſo feudo veniūt omnia bona vaſ- 31
ſalli in poteſtatem domini, etiam non feudalia,
dummodò in feudum ab alio nō habeat [s]: quia in
hoc feudo vaſſallus principaliter obligat perſo-
nam, quam ſequuntur bona [t]. Quo fit, vt vnus 32
non poſſit eſſe duorum ligius homo [v], quia nemo
poteſt duobus dominis ſeruire æquali iure ſi cō-
trarij ſint [x]: poteſt tamen eſſe ligius vnius, & vaſ-
ſallus alterius, & vaſſallus plurium [y]: quia ſemper
cenſetur in vaſſallitico excepta fidelitas impera-
toris [z], cuius ligij cenſentur omnes qui in eius di-
tione ſunt. Quare etiam in feudo ligio ſuccedūt 33
fœminæ [a], quia inſtar ſubditi cuiuſuis cenſetur li-
gius in bonis ſuis, quibus ſuccedūt & fœminæ [b].
Et ita differt etiam à vaſſallo, qui non tenetur iu-
uare dominum ſecundum, contra antiquiorem: at
in hoc tenetur contra omnes dominos, eum cui
ligius eſt iuuare [c].

[o] Bald. in c. cęterùm, de iudic. Mart. Laudenſ. in c. 1. 7. colū. qui feud. dar. poſſ.
[p] c. 1. de vaſſallo qui cont. conſtitut. Lotharij, &c.
[q] Ammonius, libr. 5. de geſt. Franco. c. 54.
[r] Bald. in d. c. cæterùm.
[s] Specul. in §. quoniam verſic. 19. de feud.
[t] l. ſi pater, de adop. in P. aut. ingreſſi, de ſacroſ. eccleſ.
[v] glo. in clem. paſtoralis, §. rurſus, de ſen. & re iud.
[x] Matthæi, 6.
[y] in d. §. rurſ⁹.
[z] l. imperialē, §. fi. de prohib. feud. alienat. per Frederic. li. 2. tit. 55.
[a] Alex. in cōſ. 30. incipient. Quoniam omne datū optimū, in 1. tom. Specul. vbi ſuprà, verſ. 21.
[b] l. maximum vitiū, de liber. præter. vel exhære. l. legem 12. tab. de legibus hęred. Curtius, in 1. part. tract. feud. c. 8. num. 26.
[c] c. 1. in princ. & §. cōtra omnes, ti. hic finitur lex, &c. li. 2. feud. tit. 28. §. pen. de prohib. feu. alien. per Frederic.

## De feudis, quæ non propriè feuda dicuntur. Cap. 3.

1 *Feudum francum quid.*
2 Francz fiefz *in Gallia, quid.*
*Morticinium in feudis eccleſiæ quid, &c.*
3 *In Franco feudo eccleſia ſuccedere poteſt, nō in aliis, & quomodo.*
4 *Francum feudum habens, liberè de eo teſtari poteſt.*
5 *Non rectum feudum quid.*
6 *Feudo impropriè, habitationis, ſoldatæ, &c. pro mercede olim remuneratitia.*
7 *Soldatæ feudum quid.*
8 *Feudum de camera & cauea quid. num.* 10.
9 *Feudum gardiæ, & gaſtaldiæ quid.*
10 *Annona feudi de camera & cauea petitur quotidie, ſi adſint qui petant, ſi modò dominus habeat, non aliter.*
11 *Feuda gardiæ & gaſtaldiæ quæ.*





12 Chaſtellenies & gardes *in Gallia quid.*
13 *Caſtrum, & caſtellum, caſtellani quid.*
14 *Lamitanei duces & milites caſtellani.*
15 *In Gallia caſtellanorum authoritas, & feudum, & iura.*
16 *Gardianorum ſeu capitaneorum ius excubiarum, dictum* droit de guet, *quale, &c.*
*Et quando iura excubiarum à ſubditis peti poſſunt.*
17 *Excubiarum onus odioſum, nec exigendum tempore pacis. num.* 19.
18 *Excubiarum ius tempore belli, ne vltra quinque denarios exigeretur cautum, in oppidis vicinis hoſtibus: in aliis, tres.*
19 *Excubiarum onus non ſoluebant, qui Talliæ nomine non pendebant 5. ſolidos.*
20 *Excubiarum iura iuncta feudo gardiæ, & gaſtaldiæ, non poſſunt diſtrahi vel alienari in alium ſine feudo ipſo.*

1 Feudum francum & liberum eſt, quod
non habet propriam naturam [a], ſed in
forma conceſſionis francum dicitur
quódque qui accipit, ad alia non te-
neatur ſeruitia, quàm contineātur in forma fide-
litatis [c]. Neque ad illa quæ continentur in forma
communi fidelitatis, demptis maleficiis, ad quæ
2 non facienda cenſetur iurare [d]. In Gallia dicimus
quoque, *francz fiefz qu'ont amortiſſement*, id eſt,
feuda quæ liberata ſunt regio beneficio à ſerui-
tiis ſeu præſtationibus feudo impoſitis, per eius
diplomata in curia computorum promulgata ſeu
regiſtrata, veluti quando feuda perueniunt ad
perſonas, quæ manus mortuæ dicuntur, nempe
eccleſias, vel xenodochia, quæ niſi impetrēt mor-
ticinium, quod vocant admortiſſamentum, co-
guntur intra annum & diem à ſe poſſeſſionem
3 feudorum abdicare [e]. Quo fit, vt eccleſia in feudo
franco ſuccedere poſſit [f], quamuis aliorū feudo-
rum incapax ſit [g]. Et ſi feudum emanet ab alio
quàm à rege directò, & pendeat à vaſſallo, eccle-
ſia vel is qui feudum frācum habere vult & libe-
rū, à principe debet & domino vaſſallo quoque
indemnitatem ſe præſtiturum offerre, ſi nouè
morticinium impetrauit: vel morientem, vt di-
cunt, & viuentē hominem dare. Et rurſum quā-
uis de indemnitate cauerit illis vltra debet fi-
delitatis homagium vel hominium per prælatum
4 aut per procuratorem exhibere [h]. Dixerunt & in
frāco feudo poſſe vaſſallum liberè de eo teſtari [i].
In quo à conſuetudine feudi, quod propriè feu-
dum eſt, recedit [k]: vt & in eo, quod inconſulto
domino poſſit à vaſſallo alienari, ſaluo tamen iu-
re domini, ſecundùm Baldum [l], qui in hoc ſibi
contrarius [m]. Sequitur tamen Curtius priorem
5 opinionem [n], ego quoque. Non rectum feudum,
ex ſuperioribus quæ in recto diximus, intelligi
poteſt oppoſitione recti, & vocant hoc quod non
6 habet legitimam adeptionē poſſeſſionis [o]. Por-
rò feuda alia quæ annumerantur inter impropriè
feuda, veluti habitationis, ſoldatæ, de camera, de
cauea, gardiæ, gaſtaldiæ, ſunt pro mercedibus ac-
cipienda, quarum nomine dabantur res ad tem-
7 pus, & reuocabiles. Habitatio quid ſit patet [p]. De
ſoldata expreſſus eſt textus in §. fina. quis dicat
dux, march, &c. & nos alibi de ſolidata & ſoldu-
riis [q]: & hoc feudum Baldus dicit perſonaliſſi-
8 mum, quod non tranſit ad hæredes [r]. Feudum de
camera eſt, cùm ex camera, id eſt, ex arca domini,
quis certum ſtipendium capit, vt de cauea, quan-

[a] c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. li. 2. tit. 48.
[b] Bald. in ca. inter dilectos, extr. de fide inſtrum.
[c] Ioan. Andr. in additio. ad Specu. in ti. de præſcr. in rub. Mart. Lauden. in c. 1. qui feu. dar. poſſ. Alua rot. in 2. diuiſi. feudo. in prælud.
[d] Bald. in prælud. feud.
[e] de his latè diſputat Rebuff. & colligit regias hac de re conſtitutiones to. 1. ordin. regalium rub. des amortiſſemēs, frācs fiefz & nouueaux acqueſtz.
[f] Bal. in auth. niſi rogati, ad Sc. Treb. C. in vltim. col. & in prælud. feudo.
[g] §. 1. de alien. feud. li. 1. Feu. tit. [illegible]
[h] diſputat Ægid. Magiſt. in deciſi. tit. des amortiſſem. c. 7. & 8.
[i] Baldus, in d. auth. in vltim. colum.
[k] c. 1. §. donare, qual. olim feu. pot. alien.
[l] Bald. in l. 1. 2. col. ſi à non compet. iudi. uer. appell.
[m] Bal. in prælud. feud. 8. diuiſio.
[n] Curt. Iunior tractat. feud. 1. par. c. 8. nu. 3.
[o] vt in c. 1. q̃b. mod. feu. cōſt. pot. li. 8. Feud. tit. 25. & c. 1. de feud. gar.
[p] §. ſed ſi cui, de vſu & hab. apud Iuſtin. & tot. tit. in P. latè nos ſup. lib. 4. c. 2.
[q] in fine dominicæ poteſtatis, titul. de iur. patro. cliētela. lib. 14. c. 10. nu. 17.
[r] Bald. in prælud. feud.

do ex cellario, quod vocamus *caue* vel caueam.
Feudum gardiæ [s], quando pro cuſtodia, & gaſtal- 9
diæ, pro diſpenſatione fructuum inquiunt, id eſt,
pro œconomatu aliquid datur. Cogitabam apud
me aliquando, feudum de cumera ſcribendum
loco de camera, & eſſe poſſe annona frumenti ex
horreo domini, & de cauea annonam vini ex cel-
lario eiuſdem, quæ datur diaria plerunque ſtipa-
toribus & officiariis regum, & ſummorum pon-
tificum, & magnatum, ſeu regulorum. Facit quod
ſcriptum eſt apud Danielem [t], regem Arphaxat
iuſſiſſe prępoſito eunuchorum, vt introduceret
de filiis Iſraël & de ſemine regio & tyrannorum
pueros, in quibus nulla eſſet macula, &c. Et con-
ſtituiſſe eis annonam per ſingulos dies de cibis
ſuis, & de vino vnde bibebat ipſe, vt enutriti tri-
bus annis, poſteà ſtarent in conſpectu regis. Ac-
cedit quia cumera eſt vas quoddam magnū, vbi
triticum quod quotidiano vſu diſpenſatur, poni-
tur: ſicut innuit Horatius, dum ait [v],

*Fortè per anguſtam tenuis vulpecula rimam*
*Repſerat in cumeram frumenti: paſtáque rurſus*
*Ire foras pleno tendebat corpore fruſtra:*
*Cui muſtela procul, ſi vis: ait effugere iſthinc,*
*Macra cauum repetes arctū, quē macra ſubiſti.*

Et alibi [x],

*Dum ex paruo nobis tantundē haurire relinquas:*
*Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?*

Idcirco de penu quotidiana debet peti hoc feu- 10
dum, & debet petēs cum domino adeſſe, nec ali-
ter poteſt petere, quàm ſi in penu, ſeu in cumera
vel cauea ſit, vnde ſolui poſſit: alioquin illis eua-
cuatis nō debetur promiſſum: dominúmque feu-
di dare debere intelligendum eſt omni ære de-
ducto, & ſubducto ne egeat [y]. Refert Herodo-
tus [z], apud Ægyptios circa regem, militum ſuo-
rum, quos Calaſyries & Hermotybios dicunt,
mille annuo ſatellitum fungi munere, quibus
præter prædia, quæ cum cæteris habēt immunia,
dantur viritim panis toſti pōdo quinæ minę, car-
nis bubulæ binę: vini, ſextarij quaterni: quę certè
ſpeciem ſoldatæ præ ſe ferunt. Narrat Arrianus [a]
apud Perſas & Paſargadas fuiſſe Cyri Cambyſæ
filij ſepulchrum, & in ipſo ad ſepulchrum aſcēſu
exiguam quandam ædiculam magis extructam,
qui ſepulchrum cuſtodirent, iam inde à Cambyſe
filio Cyri, cuſtodiæ munere à patre in filios tranſ-
miſſo, atque in ſingulos dies ouem datam, viní-
que & farinæ certum modum. De feudo gardiæ 11
& gaſtaldiæ, ſentio etiam paulò aliter, quàm ha-
ctenus interpretes: dicunt enim caſtaldionē eſſe
actorem domini [b]. Aluarotus explicat eſſe eum,
cui res domini committitur gubernanda [c]. Opi- 12
nor autem ego feudum gardiæ & gaſtaldiæ, eſſe
conceſſionem ob cuſtodiam, ſeu defenſionē op-
pidi, ſeu caſtri: vnde & hodie apud nos ſunt gar-
diani, & caſtellani, quos *Chaſtellains* in Gallia di-
cimus: & feuda ſeu loca, vnde annonas percipiūt
& quæ tutantur, *Chaſtellenies & gardes* nominan-
tur. Caſtrum nemo ambigit locū eſſe muris mu- 13
nitum indéque caſtellum diminutiuum, paruum
caſtrum, oppidum, paruum vicum muris circun-
datum, Græcis φρέειον, κώμη, nempe ἡ κοιμητεία καὶ
ἀνάπαυσις ζώων καὶ ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν ἀγρῶν, vt ait ety-
mol. id eſt, quies animalium & hominū ab agro-
rum opere. Et vbi interpres ſacrorum euāgelio-
rum, vertit, *ite in caſtellum quod contra vos eſt* [d], le-
gitur Gręcè πορεύθητε εἰς τὴν κώμην τὴν ἀπέναντι ὑ-
μῶν. Sic vbi autem vertit, *circumbibat ciuitates &
omnia caſtella* [e]. Et alibi [f]. Vnde & caſtellani erāt

[s] tit. de feud. gard. & caſtal li. 1. Feud. tit. 2.
[t] Daniel. c. 1.
[v] Horat. lib. 1. Epiſto. epiſt. 7. ad Mæcenat.
[x] Horat. ſerm. li. 1. Saty. 1.
[y] hæc omnia in. §. 1. de notis feud. li. 3. Feu. tit. 58.
[z] Herod. in 2.
[a] Arria. lib. 6. de Alex. expedit. circa finē.
[b] ex gloſſ. in l. fi. in verbo ſeruo, quod cum eo qui in alie. poteſt. li. 4. C. tit. 27. gloſ. in §. item, de feu. gardia.
[c] Aluarot. in §. item illud, de feud. gard.
[d] D. Matth 21.
[e] D. Marc. c. 9.
[f] D. Matth. 14. Lucæ, 5. 8. 9. 10. 17. 19. 24.

oppidani, vt apud Liuium [a], *decem millia popularium cum caſtellanis agreſtibus, in armis habuit.* Erit & qui præeſt caſtello, vt ibi quoque inhabitans caſtellanus φρούραρχος. Et caſtellania, quam vocant feudorum iura caſtaldiam & gardiam. Et ſunt adhuc in Gallia iſtius feudi veſtigia in his feudis quæ vocari diximus *chaſtellenies, & capitaneries.* Nec nos remoratur, quod in feudo gardię, & caſtaldię reuocatio annuatim fieri poterat [b]. Nam & hoc fuiſſe etiã antiquitus in Gallia obſeruatum, non poteſt negari. Sicut & hodie caſtrorum, & oppidorum cõmittuntur defenſiones ducibus qui inde amouentur. Et apud Italos id mirum non eſt, quibus erant quædam adminiſtrationes reipublicæ annuæ tantùm, vt cõ-
14 ſulatus Romæ [c]. Poſſumus & colligere feudum hoc conſecutos milites fuiſſe: item & caſtellanos eſſe qui in limitibus caſtra habebant imperij ad propellendos hoſtes vicinos, quibus tantùm dabantur feudi limitanei, nec aliis qui milites ibi non eſſent [d]. Indicat Lampridius [e], dum ait, Alexandrum Cæſarẽ, quæ de militibus capta eſſent, limitaneis ducibus & militibus donaſſe, ita vt eorũ eſſent, ſi hæredes illorum militarẽt: nec vnquam ad priuatos pertinerent: dicens attentiùs illos militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Paulus Diaconus [f] ſcribit, iuſſu Grimoaldi Langobardorum regis, in Italia certas poſſeſſiones datas eſſe Alzeconi duci Bulgarorum, ita tamen vt non dux, ſed caſtaldus nuncuparetur, nõ pro-
15 prij feudi iure concedens. In Gallia caſtellaniæ & gardiæ, in proprium feudũ vt plerumque hodie tranſeunt. Et caſtellanorũ magna eſt authoritas, vt ex conſuetudinibus generalibus Galliæ colligere poſſumus. Habent namque imperiũ, quod vocãt altam iuriſdictionem ſigillum, vectigalia, notionem delictorum in via publica commiſſo-
16 rum, menſurarum, & id genus ſimilium [g]. Extat edictũ regis Galliæ, 17. mẽſis Auguſti, anni 1579. publicatum in Amorico ſenatu 23. Septẽb. eiuſdem anni: per quod iuxta placitũ ſecretioris ſeu priuati regij conſilij, 10 Martij anni 1578. cautum ne feudum ſeu territorium in caſtellanię titulum erigatur, quin prius habeat ab omni antiquitate altam, mediam & infimam in ſubditos ſuos iuriſdictionem & ius nundinarum mercatus, præpoſituræ, *preuoſte*, vocat, pedagij, præeminẽtiæ, puto tutelæ, in omnes ſui territorij eccleſias. Qui gardiam ſeu *la capitanerie*, habent iure gardię accipiũt alicubi ius excubiarũ, quod vocant, *droict de guet.* Exiſtimo enim olim incolas pagorũ ſeu caſtellanos, vt olim milites limitaneos excubias egiſſe pro rebus propriis cum præfecto caſtri, vel ad iuuandum ipſum præfectum, certas annonas vel pecunias cõtribuiſſe. & bellis pacatis, vel vltrò limitibus regni propagatis, dominos illos caſtellanos iura eadẽ poſtulaſſe, vel de his cum caſtellanis compoſuiſſe, vt inter caſtellaniæ prouẽtus cenſeri hoc ius excubiarum poſſit, & feudum gardiæ, gardiam enim vulgus cuſtodiã dicit. Atque hoc ius quocũque tempore exigitur, vt pars fundi [h], & ex conuentionis lege [i]. Et earũ excubiarum nomine accipiunt aliquãdo gardiã, pro annona gallinas, triticum, auenam, aliáve ſimilia, vel pro numero eorum qui ignem fouent, vel ratione rerum, videlicet quòd habeant interdum annonam impoſitam rebus, & tunc realis hæc præſtatio eadem perpetuò, quæ nec augetur ex numero incolarum caſtellanorum. Quando autem impoſitum ius, & exactum ratione perſonæ fouẽtis ignem, tunc ſi ex vna domo plures fiant, totidem etiam creſcunt pręſtationes [k]. Videlicet quando ius eſt dominis excubiarũ ex traditione rerum, vel cõſuetudine, vel pacto: alioquin enim dominus quilibet, ſi aliquo horum modorũ hoc ius non habet, tenetur proprium propugnaculũ ſeu caſtrum proprium, & ſibi ſubditos ſuis expẽſis defendere, cùm cenſum ab illis accipiat: nec poteſt cogere eos ad excubias perſonales, vel ad contributionẽ cuſtodiæ, vt latè diſputatur à Nicolao Boerio [l], Chaſſaneo [m], Guido Papæo [n], &
aliis per illos citatis. Nam alioquin odioſa iura 17
hæc ſunt excubiarum tẽpore pacis, maximè cùm
ceſſet cauſa & ideò debeat tolli effectus [o]. Et ali- 18
quando Ludoui. 11. menſe Aprili 1479. Et Ludou. 12. anno 1504. ſtatuerũt, ne dominus poſſet in defectum excubiarum perſonalium tempore belli etiam exigere plus quàm quinque denarios turonẽſes in caſtellis & oppidis vicinis hoſtibus: in
aliis lõgè diſtãtibus, tres denarios. Neque ad ex- 19
cubias etiam teneri eos qui nõ ſoluũt niſi quinque ſolidos vel minus taliæ: nec viduas quæ non habent filios 18. annis maiores ſecum habitantes nõ orphanos minores 18. annis. Alio quoque tẽpore pacis nec exigi hoc ius, nec compelli poſſe ad excubias. Vt etiam ſenatuſconſulto Pariſiẽſis ſenatus dictum 21. April, 1328. P. Papus citat prædictas conſtitutiones regias in rhapſodia areſtorum [q], ſed malè pro 5. denariis, quinque adiecit ſolidos, quod moneo vt pragmatici caueant. Sic etiam Guillelmus Bened. quem ipſe in teſtimonium adducit, de 5. denariis, non de 5. ſolidis lo-
quitur [r]. Sunt autem annonæ. quæ receptæ ſunt 20
ratione excubiarum ex pacto vel conuẽtione in feudo, veluti reales coniũctæ caſtellaniæ vel gardiæ, & ideò tunc non poſſunt ſeparari à caſtro, nec vendi, nec remitti alteri ſine eo, vt placito Burdigalenſis curiæ dictum refert Rebuffus [s] 11. Mart, 1534. contra vicecomitem Chaſtillonij.

## De feudo nobili & non nobili. Cap. 4.

1 *Feudi alia diuiſio, in nobile & ignobile.*
2 *Feudum nobile quid, & non nobile ſeu burgenſe. Plebeius quando feudo nobilitatur, &c.*
3 *Omnes ab vno parente orti.*
4 *Nobiliores equites dici à cenſu Romæ cœperunt.*
5 *Nobilitas in maioribus virtus, transfuſis titulis in degeneres vitium.*
6 *Vilis conditionis homines, qui in ſummum nobilitatis gradum peruenerunt.*
*Arſaces, Agathocles, Gyges, Telephanes, Mandro, Viriatus, & alij.*
7 *Plebeij cur nobilitari poſſint, & feuda nobilia accipere.*
8 *In Gallia pagani, qui dicuntur* Roturiers, *tenendi feuda capaces.*
9 *Chaſſanei error, ignobiles non poſſe ſine diſpenſatione tenere nobilia feuda, notatus.*

ALia diuiſio feudi eſt ſiue proprij ſiue improprij in nobile & nõ nobile: 1
id eſt, aliud eſt à nobilibus poſſeſſũ, aliud ab ignobilibus: alioquin omnia feuda ad militiæ ſubuẽtionẽ expeditiorẽ inuenta ſunt [t]. Baldus [v] vocat feudum nobile, quod
poſſeſſorem ſuum nobilitat: non nobile, burgen- 2
ſe. Conſuetudines feudorum nouum feudũ datum

a Liuius, lib. 4. de bello Macedon.
b §. 1. de feud. gard. li. 1. Feu. tit. 3.
c l. Publius, l. 36. de cond. & demonſt. li. 35. P. ti. 1. l. pridie, l. 5. de feriis, li. 2. P. tit. 12. §. iubemus nullã, de colla. in authent. l. neminem, de ſuſce ptor. lib. 10. C.
d l. 2. de fund. limitro. lib. 11. C. l. vni. de offic. præf. Afric.
e Lamprid. in Alex.
f Paul. Diaco. de geſt. Langobard.
g in conſuetu. Turonenſ. rubricar. des droictz du Seigneur Chaſtel. per totum, & in conſtit. Andium. eo. ti. ar. 43. 44. 45. 46. 60. 64. Cœnomanenſiũ eo. tit. artic. 50. & ſeq. Rochel. ti. de iuriſdictio. tit. 1.
h arg. l. fruct. de rei vend. P.
i Luc. de Pen. in l. cùm ſcimus, col. 2. de agric. & cenſi. li. 11. C. facit l. quẽadmodũ, l. eod. tit.
k & ita eſt obſeruanda diſtinctio realis & perſonalis oneris, quod ad multiplicationem pertinet, ſecũdum Iaco. de Sãcto Georgio, tract. de homagiis, arg. l. cùm ratio, §. ſi plures, de bonis damnat. c. 1. de capit. qui cur. vẽdid. in vſib. feud. vide Papum in rapſod. are. li. 13. tit. 5.
l Boer. deciſ. 212.
m Chaſſan. in conſuet. Burg. tit. de Feudo. nu. 25.
n Guido Pap. deciſ. 531. nu. 5. vide Baldum conſi. 248. volum. 3.
o c. dum ceſſãte. de appella. in 6. l. 2. §. pen. de donat. P.
p Citat. Rebuff. in tom. 1. ordinat. regu. rub. des guetz.
q lib. 13. tit. 5. are. 1. vbi vide areſta alia de debitis excubiarum.
r Guillel. Bened. in repet. c. Rayn. in verbo & vxorem nomine, num. 267. in 5. deciſ.
s Rebuff. vbi ſuprà.
t §. fi. de Allodiis, §. 1. de prohib. aliena. per Lothar. lib. 2. Feud. tit. 52.
v Bald. in prælud. Feud.



tum plebeiis dicunt non nobilitare, antiquum contrà [a]. Et iure ruſticus, vel, vt cum iuriſcõſ. loquar, paganus emens prædium nobile, nõ fit nobilis [b]: accedunt enim res hominibus, & non homines rebus [c]. Exceptis feudis maioribus quę sũt dignitatis, & regia, qualis ducatus, comitatus marchiſatus, baronia, quæ nobilitant paganum [c]. Sunt enim dignitates aliquæ, quæ nobilitant homines, qui eas adipiſcuntur ſi digni habiti fuerint
3 qui eas iure in mancipio habere poſſint. Quis enim neſcit nos ab vno & eodẽ patre primo natos? Et vt ait Pindarus [e].

ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος, ἐκ
μιᾶς δὲ πνέομεν
ματρὸς ἀμφότεροι.
διείργει δὲ πᾶσα κεκριμένα
δύναμις. ὡς τὸ μὲν οὐδέν, id eſt,
*Vnum hominem & deorum genus, ex*
*Vna autem ſpiramus*
*Matre vtrique.*
*Diſtinguit omnia ſeparata*
*Virtus, hoc enim genus hominum, nihil.*

Patrem enim habemus primum Adamum, & matrem Euam [f]. Et poſt ſubmerſionem vniuerſi orbis vnum Noachum, & vxorem eius, & liberos eius & vxores eorũ [g]: octo tantùm animę vnius domus: Noachus & vxor eius Tytea, filij horum Sanus, Iapetus, & Chemus, & vxores eorum: ſecundum Beroſum [h], Pandora, Noëla, & Noëgla: aítque [i] eum Noachum omnium deorũ maiorũ & minorum fuiſſe patrem, & humanæ gẽtis authorem, & chaos, ſemen mundi: Tyteam verò dictam Aretiam, id eſt, terram (vocant enim Hebræi terram ארץ aretz), in quam Chaos ſemen poſuit: & ex qua tanquam ex terra cũcti prodierunt, dictúmque ideò Noachum Chaos, vleram ſemen mundi, patrem principum, &c. Hinc & diuites omnes & plebeij, & patricij quos diſcreuit voluntas aliquãdo vnius Romuli imperãtis Romæ [k]: Athenis autem ſententia Theſei [l]: & alibi, aliorum opinio. Et poſteà, cenſus. Cùm & equites
4 à cenſu nobiliores cœperunt dici [m]. Acceſſit & illis ſucceſſionis ſeu generationis ex iſtis vana obſeruatio in degenerãtibus à patribus filiis alienis gaudentibus, non propriis titulis.

*Nam genus & proauos & quæ non fecimus ipſi,*
*Vix ea noſtra puto* [n].

5 Et nobilitas quidẽ maiorũ in illis virtus fuit, at in degeneribus, vitij index & condẽnatio poſteriorũ. Neq; enim infunditur virtus poſteris generatione, vt corpus: acquiſititia quippe eſt, nõ natiua.

*Fortes* [o] *creantur fortibus: & bonis*
*Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum*
*Virtus, nec imbellem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam:*
*Doctrina ſed vim promouet inſitam,*
*Rectiq; cultus pectora roborant,*
*Vtcunque deficere mores,*
*Dedecorant bene nata culpæ,*

Fuerunt eadem opinione hominum, qui primum titulũ nobilitatis adepti ſunt, & aliquando noui homines, & ex plebeiis ſępe viri nobiliſſimi prodierunt, qui & alios nobiles genere ſubegerunt & plebeios reddiderunt. Et qui ex turpibus & obſcuris parentibus nati ſunt, ſæpius patres fuerunt ſplendidiores, quàm filij procerum: hoc enim habet viciſſitudo humanæ fœlicitatis, vt ex alto decidat, & ex imis in alta conſcendat. Nec milites, ex quibus nati ſeſe profitentur nobiles, meliores extiterunt vel fortiores, quàm fuerint ruſtici agricolę, bubulci, & paſtores: nam ſępe ta-
les patres fuerunt. Veluti Arſaces obſcuræ cõdi- 6
tionis homo, collecta Scytharum exulum manu Parthos ſubegit, Syrię regem Seleuchum & Hircanos in ſeruitutem rẽdegit. Agathocles ex figulina patris officina ad regnum Siciliæ peruenit. Gyges, ex paſtore rex: Telephanes, ex auriga Lydorum rex: Mandro, ex nouiculario imperator: Viriatus ex paſtore, venator ex venatore latro, ex latrone Luſitaniæ rex: Tullus Hoſtilius ex paſtore Romanorum rex: & alius rex Tullus Hoſtilius ex verna & ancillula natus: Valentinianus habuit patrem funes torquentem: Iuſtinus ante Iuſtinianum imperator, ſuarius, & armentorum paſtor: Galerius paſtor armentorum, & hic imperator Rom. Tamburlanus Scytharũ imperator ex porcario & gladiatore: Primiſlaus, Boëmorum rex ex bubulco. Agarenorum Mahometus ex agaſone. Franciſ. Sfortia dux Mediolani natus ex lixa
& calone exercitus. Quales tibi numero diſpice, 7
quales dignitates adepti ſint conſidera. Nõ enim alios, qui priſco more ex pecoribus ad regnum & militiam vocabantur, refero, non Alexandrum Ilionis regem, non Saulem, non Dauidem, non ſimiles ferè infinitos. Sufficient iſti ad perſuadẽdum nobilitari poſſe propria virtute homines, eóſque & dignitates maiores feudáque nobilia conſequi poſſe. Si enim dignitates ſint ſigna & præmia virtutum, cur in illis potius degenerem leonis catulũ, damámque præferemus ſtrenuiſſimo, & probo militi?

*Si modò non cenſus, nec clarum nomen auorum*
*Sed probitas magnos, ingenitúmque facit* [p]:

Num, vt ait Iuuenalis [q],

*Malo pater tibi ſit Therſites, dummodò tu ſis*
*Æcidæ ſimilis, Vulcaniáque arma capeſſas,*
*Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles.*

Ex genere nobilis, tantùm præſumptione eſt nobilis [r]. Neque hîc plura de nobilitate vera ſubii-
ciam, ſed relegabo poſtulantes ad alios [t]. Quare 8
in Gallia & homines plebeij, qui Gallis dicuntur, *roturiers*, & villani ſeu pagani, poſſunt ſine regia diſpenſatione feuda nobilia tenere & poſſidere, quamuis pro illis hominium ſeu homagium debeant, & ita deciſum in curia ſuprema Pariſiorum. Teſtatur & probat Ægidius Magiſter [t], qui & ex natura rerum decerptas adfert rationes, quòd feuda ſint præter ius commune, & ideò regantur conſuetudinibus: & res propria natura cenſeantur allodiales, & ab omnibus poſſint iuſtè acquiri, &c. Improbátque pragmaticorum vſque ad ſua tempora vſurpatam falsò ſen-
tentiam, ignobilem ſine principis diſpenſatione nõ poſſe habere feudum in Gallia. In quem erro- 9
rem & lapſus Chaſſaneus [v], dum Burgundiæ ignobiles à feudis arceri ex conſuetudine notat, arbitratúrque idipſum in tota Gallia ſeruari, quod Magiſter falſum docet.

## De feudo eccleſiaſtico, & ſeculari, & aliis ſpeciebus. Cap. 5.

1 *Feudi alia diuiſio, in eccleſiaſticum & ſeculare: & de triplici ſpecie eccleſiaſtici.*
2 *Aliæ diuiſiones feudorum indicatæ.*
3 *Alia diuiſio feudi in Gallia, in prima & ſecunda,* fiefz, & arrierefiefz, *& qualia.*
4 *Regula in Gallia, omnia feuda moueri, & proce-*

a §. cæteri, q. s dica. dux, mar li. 2. Feud. ti. 10.
b Luc. de Pen. in l. cùm neq;, in fine, per illũ textũ, C. de incol. libr. 10. tit. 39. l. 2. de pręd. & aliis reb. na ui. li. 10. C. tit. 2.
c l. iuſtiſſimè, de ædil. edict. in P.
d Luc. de Pen. in l. mulieres, col. 2. in verſi. 4. ex comitatu ra, de dignita. li. 12. C. Andr. de Iſernia in §. 1. de capita. qui curiã vendide.
e Pindar. Nemeo. ode 6. ſtrophe 1.
f Gen. 1.
g Gen. 7. 8. 9.
h Beroſ. lib. 1. de temp. ante diluuium Ioſeph. 1. de anti quit. Iudæ. & contra Apionem.
i Idem Beroſus, li. 3.
k Diony. Halic. in 2. de antiq. Rom.
l Plutarch. in Theſeo.
m Plini. lib. 33. c. 1. & 2.
n Ouidi. li. 13. Metamor.
o Horati. li. 4. Carmi. ode. 4.
p Ouidius, de Ponto.
q Iuuenal. Satyr. 8.
r l. quod ſi nolit, §. qui mancipia, de ædil. edict. P.
s de hac copioſè Tiraqu. li. de nobilita. glo. in l. ſocietas, l. 5. P ſoc. in P. Bart. in l. reddatur, de profeſſ. & medi. li. 10. C. & l. 1. de incol. eo. li. 1. Idem Bar. in l. 1. de infamib. libr. 11. C. & in l. Alexandrum, de decurio. eod. lib. C. Panor. in c. de multa, de præbẽ. & in c. 1. de donatio.
t Ægid. Mag. in deciſio. tit. des amortiſſemens, c. 5.
v Bar. Chaſſa. in §. 5. circa finem, verſi. itẽ nemo poteſt tit. des ſucceſſions de baſtardz.

*dere à regis manu,& ad regem ſæpe redire.*
5 *Ius morticinij impetrari à rege debet,ab eccleſia feudum tenere volente,& quare.*
6 *Pro iure morticinij tertia pars feudi regi debetur vel alia conuenta : quinta autem pars domino patrono proximo indemnitate.*
7 *Perſonæ manus mortuæ quæ ſint.*

1 ALia feudorum diuiſio, vt quoddam
eccleſiaſticum,aliud ſeculare ſit [a].Ec-
cleſiaſticum dicitur tripliciter, vel
quod datur aut ſuſcipitur ab eccleſia
proprio eccleſiæ nomine:quoddam, quod datur
à clerico,non tanquam ab eccleſia [b]: quoddam,
2 quod recognoſcitur ab eccleſia & clerico [c]. Secu
lare eſt,quod eccleſiaſticum non eſt.Sed hæc ha-
ctenus de diuiſione ſufficiant:prętermiſſis aliorũ
diuiſionibus,quæ variæ & multiplices ſunt:quas
ſi quis velit excutere,conſulat Iacob.de bello vi-
ſu,qui in præludiis feudorum adfert 8. Bald. qui
12.in præl.feud.& ibidem Aluarot. qui adfert 22.
Iaan.Aaynald.in c.imperialem,de prohib.alien.
per Freder.qui ponit 8.Cardinalem & Inno.in c.
fi.de Feud qui ponunt 12.Obiter tamen notandũ
adhuc feuda in Gallia,prima & ſecunda dici,vo-
3 cant *fiefz & arrierefiefz*.Prima ſunt feuda, quæ à
rege immediatè conceſſa alicui ſunt:Secũda illa,
quę data ſunt à beneficiariis regiis aliis,& ab aliis
iterum aliis minimis valuaſſoribus.Secũdi enim
nomen & ad tertios quartóſque extenditur [d].
4 Generalis porrò hîc obſeruãda eſt regula, omnia
feuda iſtius regni Galliarũ, moueri & procede-
re à rege,ratione integri & pleni feudi,aut ſecũ-
di feudi : & inde quædam commoda ad regẽ ve-
nire, ſecundùm locorum diffinitas conſuetudi-
nes. Interdum & feuda ipſa ad regem redire, &
fructuum perceptionem,deſtitutis illis homine,
vel alio modo.Et quemadmodũ à mari aqua om-
nis oritur,& in mare redit [e]: ſic feuda à principe
5 & ad principem tandem redeũt [f].Quò fit,ne ho-
mines,dicti manus mortuæ,feuda tenere poſſint
in Gallia, niſi gratia principis ſolius, à quo ius
morticinij impetrare debent,id eſt, diſpenſatio-
nem,vt poſſint habere.Hoc namque regiæ eſt po-
teſtatis tantùm concedere, non cuiuſquam alte-
rius, quamuis is ſit patritius ſeu par Franciæ,
vel regulus,vel patronus mediatus feudi. Et ita
deciſum eſſe tradit Ægidius magiſter [g], quia &
ſolũ principem Conſtantinũ Magnum eccleſiæ
permiſiſſe legitur [h],habere & poſſidere tempo-
ralia,cùm antè prętер decimas,oblationes,primi-
tias,& vota non caperet ex lege Moſis [i]. Et quia
compẽdia feudorum ratione militię ad principis
ſeruitium referantur,vnde ius illius ſine eius au-
6 thoritate minui nõ poteſt [k].Iſque ideò ius mor-
ticinij ſolus dat,& ſolus in remuneratiõé capit
tertiam partem valoris feudi,vel aliam prout cũ
rege conuenit,in locum eius iuris quod ei dece-
dit [l].Quòd ſi non obtineatur morticinium,iubet
rex ſolus poſſeſſores manus mortuæ,rem à man-
cipio eximere : dominus tamen patronus pro-
ximior,à quo immediatè feudum mouetur, iu-
bere non poteſt : ſed ſufficit illis, ſi homo vi-
uens moriens, & confiſcans detur à perſonis
manuum mortuarum, & ſi iura ei debita ſoluan-
tur [m],vel indemnitas præſtetur, pro qua accipit
ex quæſitis quintam partẽ rei in perpetuum, vel
fructuum omnium per quinquennium ex cõſti-
tutione Turonum [n] : Andium verò,trium anno-
rum [o].Placuit tamen Regi 1277. quod quamuis

a §.1.de iis qui feud.dar.poſſ. Aluaro. in pręlud. feud. in 5. diuiſ.
b c.1.de cleri. qui inueſti.facit.c.1. quibus mod.feu.conſti.pot.
c §.fin.de cap. Conradi.
d glo.in rubr. de ſecun.nuptiis,C.
e Eccleſ.c.1.
f Bald.in §.ad hoc, de allodiis,verſ.3. ex præmiſſ.Aegidius Magiſter, in deciſi.tract. des amortiſſementz c.1.
g Ægid. Mag. vbi ſuprà.
h c.videntes, & c.futurã 12. q.1.l.1.C.de ſacroſ.eccleſ.
i Deuter.c.10. cum ſimilib.
k l. de vno quoque,de re iudi.in P.
l hæc diſputat per plures rationes Rebuffus in 1.par. ordin. regal. rubri.des amortiſſ.Ægid.Magiſt.eod. tit.c. 1.2.3.
m Ægid.in d. tract.c.6.
n in conſuet. Turonum, tit. de indemnité, artic.2.
o in conſuet. Andiũ. tit.des ſeigneurs temporelz, artic. 37.38.

archiepiſcopus Rhemenſis, & epiſcopi pares
Franciæ non poſſint amortiſare( ſic loquitur cõ-
ſtitutio)domanium ſuum,nec feuda quæ ab ipſis
tenentur immediatè,poſſint tamẽ ſua retrofeuda
amortiſare.Alij autem epiſcopi qui non ſunt pa-
res Franciæ non poſſint nec domanium ſuũ, nec
ſua retrofeuda [p].Cui & ſubſcripſit placitũ curiæ
ſupremæ Pariſiorum 1270.Inter perſonas,manus 7
mortuæ ſunt,,eccleſiæ,capitula,collegia, fratriæ,
communitates:ita autem nominantur,quòd nũ-
quam mori dicuntur:quia ſemper idem ſit capi-
tulum,eadem eccleſia,collegium, & ciuitas per
ſubrogationẽ [q].Et proinde bona quæ ſemel hu-
iuſmodi contigerunt,nunquam manns mutant,
nec dominum : quod tamen non accidit in parti-
culari poſſeſſore alio,à cuius manu res exit mul-
tis modis,vt venditione,donatione, teſtamento,
morte,[r]&c.Obſeruant tamen conſuetudines lo-
corum,quia hominibus manus mortuæ iubetur
conſtitutionibus regiis intra annum & diem à ſe
bona hæc abdicare, vt domini feudales poſſint
coram iudice petere alienationem hanc,ſi nolint
indemnitatem,& ſi ius morticinij non impetra-
rint:fieri tamen hanc intra annum & diẽ de re-
bus ſolùm quæſitis intra quadraginta annos : at
in ante quæſitis & per 40. annos poſſeſsis, non
eſſe illis hoc ius [s].

p Refert illã conſtit. Ægid. in d.tract. c.2.
q arg.l.proponebatur,de iudic.in P.
r Conſtit. Carol.6. Franc.1. ann.1520.
s conſuet. Andium art.37.& 38.Maine titu. des bas iuſticiers art.41.& 42.Turene tit. de indemnité, art.1.& 2. Orleans titu.des fiefz art.99.& 100. Sens de moyẽne Iuſtice art.5.& des fiefz.174. cum ſimilib.

## De rebus in feudorum cauſa conſiderandis. Cap. 6.

1 *Res feudales conſiderandæ generaliter, & ſecundùm feudi naturam.*
2 *Stipendiaria prædia quæ,& tributaria.*
3 *Prædia militibus & veteranis aſſignatą.*
4 *Impendia in militiam vnde per varia tempora ſumpta, & apud nationes varias.*
5.6 *Fundi clienterares militibus, quando & quare dati in Gallia, & Romæ, & alibi : Ratióque principalis vt eſſet exercitus ordinarius & paratus.*
7 *In Gallia quomodo vaſſalli armati, debeant certis temporibus operam bello.*
8 Ban & arriereban *vnde,& quid in Gallia.*
9 *Res quæ in feudum dantur,debent eſſe dantis.*
10 *Feudum habens minoribus valuaſſinis dare in feudum poteſt partiarius.*
11 *Communis res in feudum pro parte diuiſa datur.*
12 *Dominus quando poteſt feudum, quod ſucceſſorem non habet viuente vaſſallo alij dare.*
13 *Dominus ius feudi quod habet inuito vaſſallo poteſt dare maiori vel æquali,non inferiori.*
14 *Quando res eccleſiaſtica in feudum dari poſſit, & res minoris.*
15 *Res quæ in feudum datur,debet eſſe immobilis,aut quæ pro immobili habetur.*
6 *Rex quas poſſit res regni ſui infeudare.*
17 *Res domanij regni Galliæ,inalienabiles.num.* 19.
18 *Vaſconia & aliæ ciuitates datæ à rege Galliæ Anglis in fœdere,reſeruato iure ſummo.*
20 *Prohibita & domanij alienatio regibus Hiſpaniarum,& regibus Cypri.*
21 *Domanij eſſe quæ dicantur.*
*Vnita diademati,per Ioannem regem Gall.* 1361. *menſe Nouembri,ducatus Normaniæ, Campaniæ,comitatus Tholoſanus:&* 12. *Cal.* 1401. *Aquitania à Carolo* 6. *Pictones à Carolo* 7. 1436.

22 Regni



22 *Regni diuiſio Galliarum inter filios Clodouei, & rurſum inter filios Clotarij bella ſæuiſſima peperit.*
23 *Filijs regijs poſt primogenitum data quædam iure appanagij,& quid appanagium.*
24 *Limitata ſumma pariagij liberorum regis Galliæ à Carolo 5. ad duodecim millia aureorum annui prouentus, cum honorario comitatus titulo, & octogintis millibus ſemel numerandis : filiarum autem vltra dotem, limitatum pariagium ad ſexaginta millia libellorum. Et pro his fiduciario iure datæ res regni in pariagium.*
25 *Res domanij, interdum viris eximijs à rege in feudum rectè datæ.*
26 *Ex duabus cauſis domanium infeudatur, pariagij,& neceſſitatis belli.*
27 *Feuda indiuiſibilia,regnum,ducatus,marchionanatus, & ſimilia.*

1 REs quæ in feudum dantur conſiderã-
dæ ſunt,& natura earum:primùm ge-
neraliter,dehinc ſecundùm cuiuſque
2 feudi naturam.Putant aliqui [a] ſtipen-
diaria prædia dicta fuiſſe apud Iuſtinianum [b],
quòd militibus eſſent aſſignata pro ſtipẽdiis:cũ
tamen longè aliter Theophilus [c] interpretetur
his verbis : *Quidam apud veteres Romanus impe-
rator* (hic fuit Auguſtus Cæſar [d],) *cùm toto orbe
ſubacto virtus eius in magna admiratione eſſet, pro-
uincias omnes diuiſit, & quaſdam ſibi retinuit : alias
populo reliquit. Quas populus acceperat, eæ ſtipen-
diariæ dictæ ſunt, quòd ſtipes ἔρανον, ſiue collationem
ſignificet, & particulatim argenti, aliarúmque re-
rum factam collationem. Et inde factum eſt, vt pro-
uinciæ ſtipendiariæ dicerentur, & deinde conſequen-
ter, domus & prædia ſtipendiaria. Imperatoris verò
prouinciæ dictæ ſunt tributariæ. Quoniam tributum
eſt graue illud vectigal, quod princeps prouinciali-
bus ſuis indicebat, eo nomine, quia magnos alendis
exercitibus ſumptus faceret. Qui autem ex largitio-
ne populi vel principis, ſtipendiaria vel tributaria
habebant, prædia domini illorum non erant : verùm
dominium, aut apud populum erat, aut apud prin-
cipem, ſed vſumfructum eorum habebant, & pleniſ-
ſimam detentionem, ita vt & transferre poſſent, &
ad hæredes tranſmittere.* Vlpian. quoque [e], *ſtipen-
dium à ſtipe appellatum eſt, quòd per ſtipes, id eſt,
modica æra colligatur. Idem hoc etiam appellari tri-
butum Pomponius ait, & ſanè appellatur à contri-
butione tributum, vel ex eo quòd militibus tribuatur.*
Quibus verbis ſignificatur,non prædia militibus
data,ſed ex prædiis ſtipem collectam in militum
3 vſum datam, & tributa potiſſimùm. Verumta-
men non ibo inficias agros militibus fuiſſe aſſi-
gnatos aliquãdo ab imperatoribus,etiam inuitis
poſſeſſoribus [f],& in pręmia veteranis iuſſu prin-
4 cipum [g].Sed id non ſemper obtinuit,ſed variauit
mos impenſarum in milites.Et primùm quidem,
vt ait Diony.Halicar.Romani vſque ad tempora
Tulli regis,ſuis ſumptibus militabant:poſteà de-
cretum à ſenatu ab Vrbe condita anno 348.quo
tempore Anxur oppidũ, nunc Terracinæ dictũ,
à Romanis captum eſt,vt ſtipendiũ militi de pu-
blico daretur, cùm ante id tẽpus de ſuo quiſque
functus eo munere eſſet,vt ait Liuius [h].Et Gre-
cos habuiſſe ſtipẽdiarios milites & binas drach-
mas in die accepiſſe pedeſtres & claſſiarios teſta-
tur Thucydides [i].Erãt & in Gallia arcuarij voca-
ti,*archers*,ſtipẽdiarij ex edicto Caroli 7.regis ac-
cipiẽtes quaternas libras Turon.in ſingulos mẽ-

a Guil. Benedict. in c.Raynũc.ad verba, & vxorem nomine, decif.3. num.3.
b in §.per traditionem, de rer.diuiſ.
c Theophilus, in §. eſt & aliud genus,de rer. diuiſ.li.2. Inſtit.tit.1.
d Strabo,in fi. Geogra.
e Vlpi. in l. ager,l.27.§.1. de verb.ſignif.
f Vlpi.in l.itẽ ſi verberatũ, l.15.§.item ſi forte, de rei vend.li.6.P.titul.1.
g Paulus, in l. Lucius,l.11. de euict.libr.21.P. tit.1.
h Liuius, li. 4. decad.1.
i Thucyd.in 3.

ſes.Satíſque nũc ſciũt,& valde ægrè ferũt aliqui,
pro ærario militari,vt olim apud Romanos,indi-
ctiones,& taleas imponi,& taliones, & ſuperexa
ctiones,vocãt,*la ſolde*,Vltra hæc in remuneratio- 5
nem ſtrenuorũ actuum à militibus peractorum,
vtque illis promptior animus & commodior res
ad bellum iterum ſubeundum,in Gallia quoque
fundi clientelares in fidem & operam militarem
dati ſunt.Quamobrem etiam nũc certis tempo-
ris ſpatiis tenẽtur ſuis ſumptibus bello iuſſu prin
cipis adeſſe loricati,vel caligati,vel alio modò ar-
mati,prout in fide iurarũt. Vocamus conuocatio
nes in Gallia,*ban & arriereban*, de quibus extant
regiæ cõſtitutiones.Sic captis Veiis,agros Veiẽ-
tanos S.P.Q.Ro.diuiſit [k].Et pòſt bello Cãpano
fœliciter peracto,militi bina in Latio iugera,ter-
na in Phalerno aſſignauit [l].At fuerunt iſta prędia 6
militaria,ratione feudorum,vel fidei,non ſemper
perpetua,nõ ad nutum domini, vel omni tẽpore,
& continuò præſtanda,ſed ex lege feudi,& certo
tẽpore [m]:Nam & Tacitus refert Batauos Roma-
nis viros tãtùm armáque ſuo tẽpore miniſtraſſe.
Sic Boleſlaus rex Polonorum diſtribuit equiti-
bus Polonis Satrapias,quas ipſi vocant palatina-
tus & diſtrictus, in quibus Palatinus qui præeſt,
certum numerum armatorum militum,in expe-
ditionem indictam educere tenetur,ídque cõſti-
tutum circa annum Domini 1020 [n].Hippodamus
quoq; qui primus de optimo ſtatu reipu.& ciui-
tatis tractauit,diuiſit regionẽ in tres partes,ſacrã,
publicam,priuatã : vt ex ſacra,cultus Deo fieret,
ex puplica,belli propulſatores alerentur, priuata
autẽ,agricolarum eſſet [o].In Gallia quoque feuda 7
nobilibus data militiæ cauſa dubitandũ nõ eſt,vt
eſſet militaris exercitus,equeſtris & pedeſtris or-
dinarius ſeu paratus.Et id onera ipſa feudorũ in-
dicãt,quæ ſunt militaria,& cùm bannũ & retro-
bãnum cogitur,paratam habere debẽt opẽ ſecũ-
dùm modnm prę́ſcriptum armorum in feudi tra-
ditione [p].Et ſi traditio non exprimat, ſecundùm
prouentum,vt qui feudum vel retrofeudum ha-
bet prouentus annui 600.librarum,aut quingen-
tarum,exhibeat equitem loricatum grauis arma-
turæ:ſi 300.aut quadringentarum,equitem leuis
armaturæ vel peditẽ cũ ſeruo ſcopetario : ſi 200.
aut 300.librarũ,peditem haſtatum,armatũ,& ga-
leatum:ſi minus habeat,cõtribuat cũ minori pro
rata parte [q]. *Ban* diximus quaſi πᾶν,totum extre- 8
mum delectum & generalem militum. In rebus 9
dandis de nouo in feudum,regula illa ſeruãda,vt
res cuius alienatio prohibetur,nec per beneficiũ
dari poſſit [r].Eius itaque eſſe debet qui beneficiũ
dat,ne ſi beneficiũ rei alienæ faciat,fur dicatur [s].
Qui etiam feudum habet,partem in feudum mi- 10
noribus valuaſſinis dare poteſt [t],dummodò mili-
tes ſint,& idonei ſeruitio,& ei æquales [v].Cõmu- 11
nis tamen res cum alio poteſt in feudum dari,vi-
delicet pro ea parte,quæ cõmunis ſit, quæ com-
muni diuidũdo poteſt ſeparari [x].Poteſt & domi- 12
nus feudi idem feudum quod ſucceſſorẽ nõ ha-
bet,id eſt,ſi illud non tranſeat ad hæredes viuen-
te vaſſallo,alteri dare,& eum inueſtire:ita tamen
vt is non accipiat feudum priuſquam vaſſallus,
qui eum poſſidebat,mortuus ſit : vel donec feu-
dum,vt dicunt,fuerit apertum id eſt,donec acci-
derit caſus quo dominus concedere poſſit [y]. Sic
enim viuentis vaſſalli à domino ſub conditione
quando apertum fuerit rectè non purè conce-
ditur [z]. At ſi feudum admittit ſucceſſores, illa
conceſſio feudi non valet, vtpote de iure, & re
alterius

k Liuius,in 2. & Plinius, de viris illuſtr.
l Liuius,lib.8.
m Corne.Tacit.lib.20. Annal.
n Mart.Chromerus in reb. Poloni.
o Ariſtot. li.2. Politic.c.6.
p in conſtitut. Franci. 1. des fiefz & arrierefiefz, 80.Ianuar.1539.
q in conſtitu. Franc. 1. facta apud Bleſios, 19. Mar. 1540.
r §.ſed etiam res, per quos fiat inueſtit. li. 2.tit.3.
s l.ſi pignore, §. 1. de furt.P.
t §.1. quis dicat.dux,Marc.
v c. ſimiliter, de lege Conradi,li.2.Feud. tit.34.
x §.item ſciendum eſt,de nota.feu.in 2.lib. Feud.l.1.& 2. com.diuid.P.
y §.1. qui ſucceſſo. teneau. li.1.Feud.tit.9. §.moribus, ſi de feu.def.coten.ſit int.domin. & agna. vaſſ.li.2.Feud. tit.26.
z §.1. de cleri. qui inueſti.fecit, li.2. Feud. tit.35.

alterius facta [a]. Quia nemo debet priuari poſſeſſione ſui beneficij ſine culpa: nec cum culpa, niſi per curiam [b]. In aliis ſpem certã futuræ actionis intercedẽte donatoris voluntate, poſſe transferri non immeritò placuit [c]: nempe quia in diem, vel ſub conditione futurum eſt id accidere, & ita 13 vendi & donari poteſt [d]. Sic dominus ius feudi quod habet inuito vaſſallo alienare poteſt, ſi modò aut maiori aut æquali domino vẽdat, ex conſuetudine Mediolani, quæ obtinet contra legem Conradi: inferiori non poteſt ſine conſenſu vaſſalli [e]. Et ſic intelligũt prohibitionem alienandi feudum inuito vaſſallo, domino à Frederico fa- 14 ctam [f]. Res eccleſiaſticæ communi iure in feudũ nouũ dari nõ poſſunt [g], quia inalienabiles sũt [h]: vt ſuo loco Deo fauente docebimus [i]. Et Vrb. ſumm. pont. hoc ſtatuit de feudo in Synodo [k]. Cuius conſtitutio ad feuda antiquiora & conſtituta non referebatur, prout conſtitutiones ferè omnes, ſi contrarium non caueatur, ad futura nõ ad præterita pertinent negotia. Et proinde licet prælatis infeudare prout fuit conſuetudo, & ita concedere antiqua feuda, non noua cõſtituere [l]. Et feudum antiquum reuerſum ad eccleſiam, poteſt iterum in feudum dari, non obſeruatis ſolẽnitatibus, quę in alienatione rerum eccleſiaſticarum exiguntur [m]. Quia hæc repetita infeudatio noua non eſt: ſed potius executio primæ [n], & à primordio tituli poſterior formatur euentus, vt res ſemel eccleſiæ emphyteotica ſemper talis dicatur [o], rẽſque ſemel alienabilis, poſteà quoque talis eſt [p]. Accedit quòd minorum & eccleſiæ æqua ſunt priuilegia ferè in diſtractione rerũ [q]. Cùm itaque minor antiquum feudum ſine ſolemnitate alienationis ſuorum bonorum poſſit iterum concedere, nouum conſtituere non poſſit [r]: idipſum erit in eccleſia admittendũ. Verumtamen hoc intelligendum eſt, quando res ad eccleſiam rediens non fuit melior, quàm cùm primùm in feudum data eſt: alioquin enim ſi multò melior redeat quàm data ſit arbitror cum Panormita [s] ſolẽnia diſtractionibus eccleſiaſticis requiſita adhibenda eſſe, vt ſciamus num expediat eccleſię ita fieri. Potiſſimùm ſi eccleſia tẽpore, quo ad eã res redit, exciderit facultatibus. *Satius enim eſt eccleſiam rem illam tunc retinere, quàm aliis concedere, etſi feudata anteà ſit* [t]. Sed & ſi ea lege relicta eccleſiæ res ſit, ne infeu- 15 detur [v], legi obtemperandum erit. Res deinceps in feudum datæ debent eſſe immobiles, ſoli, vel ſolo cohærentes [x], aut ex earũ genere quæ inter immobilia connumerantur [y]: veluti cùm de cumera vel de cauea conſtituuntur feuda. Sũt enim annonæ ciuiles inter immobilia computata [z]. 16 Tradunt interpretes regem non poſſe infeudare bona regni ſui, quorum infeudatione fiat magna diminutio regalis iuriſdictionis [a]: contrà, ſi tam damnoſa nõ eſſet eneruatio iuriſdictionis [b]. Sed 17 neque res domanij, quæ addictæ ſunt diademati regio ſeu coronę alienari poſſe placuit, & aliena- 18 tas reuocari [c]. Quare cùm in Britannico fœdere ſeu Anglico, vt loquimur nunc, 8. idus Maias anno 1360. cautum eſſet, vt Vaſconia, Pictones, alięquæ vrbes Anglo cederent, ſummo optimóque iure rex Galliarum parere nunquam voluit, nec potuiſſet. Et quotieſcunque antè tradita eſt domanij & patrimonij portio Anglis icto cum rege fœdere, rex Galliarum ſummum ius imperij, dominatúmque in his retinuit, vt in fœderibus annorum 1.95. 1200. 1269. 1297. 1303. 1325. 1330 [d]. 19 Atque hoc receptum eſt, ne diuiſum regnum videatur, rebus, quæ regij iuris ſunt, diuiſis. Viderẽtur enim tot reges eſſe, quot partes. Hoc autẽ in repub. nõ expedit fieri, cùm regulorũ multitudo & occaſio ſit bellorũ inter eos, & cauſa certiſſima interitus vtriuſque, dum ita diuiſi, prædæ vicinis regibus patent: virtúſque vnita, maior ſeipſa diſperſa. Quemadmodum patuit facilè olim acceſſus in Gallias Iulio Cæſari, pluribus tunc per partes æquè imperantibus. Prohibuerunt & conuẽ- 20 tus iuridici in Hiſpania quoque regi alienationẽ patrimonij regiæ coronæ iniuncti, ſeu domanij, ſecundùm priſcam prohibitionem Alphonſi 9. regis [e]. Hoc ipſum prohibitum regibus Hungariæ [f]. Domanij dicũtur quæ incorporata ſeu vnita ſunt etiam dominio vltra primam & antiquam inſtitutionem expreſsè, vel quæ per quæſtores domanij per decẽnium tractata ſunt [g]. Vniuit ſeu 21 addidit coronæ Ioan. rex Galliarum an. 1361. menſe Nouembri, ducatum Normaniæ, Campaniæ, & comitatũ Tholoſanum. Sancita Aquitaniæ vnio in tabulis pariagij Aquitani per Carolum 5. ea lege Delphino data, vt eo regnum adepto, vel ſine liberis moriente, perpetuò diademati connecteretur 12. cal. Ian. an. 1401. Pictones à Carolo 7. 1436. menſe Sextili [h]. Olim aliquando experta Gallia 22 eſt, diuiſionem eſſe ſibi funeſtam poſt mortem Clodouei, regno in quatuor partes ſciſſo inter filios eius Childebertum, Theodoricum, Clodomirum, & Clotariũ. Et reuerſa ad Clotariũ vniuerſa ditione, diuiſione rurſum facta inter filios eius Cheribertũ, Chilpericũ, Guntranũ, & Sigibertum, vnde bella exitioſa nata ſunt [i], quare re- 23 ceptum tandem eſt in Gallia, vt conſuleretur rebus regni, filiis regis morientis dari primogenito quidẽ regnum ex integro & ex aſſe, cæteris autem darẽtur quædam, quæ iuribus ſuis æquipollerent, rebus dominij & diadematis integris manentibus. Itaque æſtimatione facta in poſterum, data eſt illis vel certa pecunia, vel vice pecuniæ, & pro reditibus percipiendis certæ rẽs fiduciario nomine poſſidendæ: quæ ideò dicuntur data iure apariagij, id eſt, vt ego interpretor, quòd tantumdem valerent, quantum pars ipſa regni, ſi illud diuidi & tradi poſſet: dicunt enim Galli *pair*, ac Latini par, & vocant *apparier*, æquare, paria facere. Sunt qui dicant hoc ius, *appanage*, & à panibus panagium [k], quòd pro victu darentur portiones iſtæ liberis regum. Sed mea declinatio magis placet, aliorum tamen non impedio iudicium. Limitatà pariagij æſtimatio à Carolo 5. 24 conſtitutione [l], vetitúmque maſculo dari pluſquam ducenta & quadraginta millia ſeſtertiûm, ſeu duodecim millia libellarum in annuum prouentum, cum honorario comitatus titulo, & octingentis millibus ſeſtertiûm, id eſt, quadraginta millibus libellarum ſemel numerandis. Filiæ item ne vltra dotalem ſummam, dubdecies mille ſeſtertiûm ſeu ſexaginta millia libellarum darẽtur. Pro illa pecunia itaque regni res, ducatus, comitatúſque in pariagium dantur & ſub

a c. ſi quis, de feudo dato in vicẽ leg. commiſſ. li. 1. Feud. tit. 27. c. ſi quis fecerit, quo tempore miles inueſt. pet. deb. li. 1. Feud. tit. 22.
b c. ſancimus, eo. tit. quo tẽpo. mil. inueſt. pet. deb.
c l. ſpem. l. 3. C. de donat. li. 5. tit. 54. l. pactũ, de pact. in fi. P.
d l. nomina, & l. multũ, de hęred. vend. in P. l. nec emptio, de contrahen. emptio, in P.
e §. ex eadem lege, de lege Conradi, li. 2. Feud. tit. 34.
f §. præterea, de prohi. alie. feud. per Fred. li. 2. Feu. tit. 55.
g §. 1. epiſcop. vel abbat. vel dominũ pleb. feud. dar. non poſſ. li. 1. Feud. tit. 6.
h ti. de non alien. reb. eccleſiaſt. in auth. & l. iubemus, & authenticis ſequentibus, de ſacroſ. eccl. C. tota 12. q. 2.
i in contract. empt. dum de reb. agimus.
k c. 2. & fi. de conſtitut.
l §. 1. de his qui feud. dat. poſſ. 1. Feu. tit. 1.
m Iac. de Curte in tractat. feu. in 2. par. c. 1. & 2. & in 3. & 4. de tẽpore & actibus requiſitis ad cõſue. infeudãdi inducendam.
n Paul. de Eleazaro, in cle. 1. de reſcr.
o l. 1. de impo. lucra. deſcriptio. li. 10. C.
p l. pater. §. quindecim, de leg. 3.
q glo. in l. 1. de ſent. aduerſ. fiſc. retract. li. 10. C. c. 1. & 2. de reſtitut. in integr.
r §. 1. per quos fiat. inueſtit.
s Panor. in ca. vt ſupra, de reb. eccl. non alie. facit ca. 2. de feud. app. Grego. in ver. ſi videris expedire.
t Notat. Iac. de bello viſu in c. 1. in princ. qui feud. dar. poſſ. facit doctr. c. 2. in verbo ſi videris expedire, de feud.
v Iac. Aluaro in c. 1. qui feu. dat. poſſ. per tex. in §. ſanctiſſimas, de aliena. & emphyt. in auth.
x §. ſi de feud. cognit. li. 1. tit. 1. l. 1. §. vnde vi.
y d. §. fin.
z d. §. fin. & §. vult enim illa, de non alien. reb. eccl. coll. 2. tit. in auth. l. priuilegia, de ſacroſ. eccl. C. l. ſi. §. præterea, de iur. dot.
a Aluaro. in c. 1. de iis qui feud. dar. poſſ. per ca. intellecto, de iureiur. diſputat Felin. in ca. ad audientiam de præſcript.
b c. abbate ſane, de re iudic. in 6.
c Edictum de domanio ann. 1566. aliud ante Philip. 6. 1329. Et Ioan. 2. 1360. Caroli 5. 1374. Caroli 6. 1401. Bald. in l. cùm multa, de bon. quæ liber. in ca. ſi generali, ſi de feud. fuer. contro. in vſib. feudo. Hoſtien. in cap. dilecta, de maior. & obedien. fuerunt & recentiorum regum in Gallia conſtitutiones, anno 1522. 1531. 1549. & in conuent. Aureliac. 1360.
d ex Chopino li. 2. de doma. regio c. 1.
e in leg. Hiſpani. par. 3. tit. 5. & in comitiis Toletanis, 12. kalen. Octob. 1560. habitis.
f c. intellecto de iureiur. apud Grego.
g extat conſti. mẽſis Februarij 1566. Extat & de incorporatione expreſſa. l. 1. de incor. lib. 9. C. Theodoſ. l. ſi quando, de bo. vacant. lib. 10. C. Iuſtinia.
h in 4. par. annal. Aquita. c. cap. 8.
i vide Paul. Æmil. Gaguinũ, & alios annal. Galliæ.
k vt Chopi. li. 2. de doma. vbique potiſſimùm c. 3.
l conſtit. eius lata menſe Octob. 1374.



& ſub fiduciaria conceſſione ea lege vt ſi maſculi illis quibus dantur nõ ſint, redeant res ad diadematis ius plenum. Súntque iſti beneficiarij principis in rebus domanij hac lege conceſſis, vt etiã integra iura regia & dignitas remaneãt. Sicut & horum exemplo illuſtriores familiæ ducatus comitatus, & baroniæ, & aliæ huiuſmodi, imò & aliorum nobilium, indiuiduum ex lege maiorum & pactionibus ſeruant bonorum ius & dignitatem: vt pluribus liberis vni ſuperſtitibus, ſenior idoneus titulum & nomẽ dignitatis, & iura nanciſcatur, cæteri autem pariagio contenti ſint. Et ita amplitudo familiarum in ſuo ſplendore conſeruetur. Et nomine pariagij res ex familia dantur aliis liberis, quæ & redeunt ad ſtirpem, mor- 25 tuis qui pariagium habuerũt. Licuit etiã regibus noſtris etiam ex domanio in feudũ viris eximiis, & qui ſeriò ſe pro regni ſalute deuouiſſent, largiri, vt proſequitur Rhenatus Chopinus libro 2. de 26 domanio c. 15. ad quẽ te reiieio. Itaque extra has duas cauſas pariagij, & neceſſitatis belli nunquã licuit regi iure communi res diadematis alienare ſeu in feudum dare, vtpote dignitate exiſtente 27 indiuiſibili. Sicuti & marchionatus, ducatus, & ſimilia feuda dignitatem habẽtia, indiuiſibilia dicuntur [a]: alia autem diuidi poſſunt, & ideò proparte aliis infeudari [b]. Sed & in beneficiaria conceſſione relinquitur adhuc dominium regi, quod & in domanio regio perſeuerat [c].

a §. omnes, ſi de feudo fue. cõtrouer. & in §. præterea du catus, de prohib. feud. alienat. per Frederi. Aluarotus, in præludio. feu. diuiſ. 9.
b Iſernias in §. præterea du catus, de prohib. feud. alienat. per Freder.

## De perſonis, à quibus conſtituũtur & quibus dantur feuda, & de imperatoribus, regibus, ducibus. Cap. 7.

1 *Domino cuique in feudum dare licet, niſi ſpecialiter prohibeatur.*
2 *Eccleſiaſticæ perſonæ feudum dant antiquum, non nouum de rebus eccleſiæ: maiores valuaſſores & minoribus dant feudum.*
3 *Feudum dat fœmina nouũ, antiquum: minor antiquum & prodigus: clericus propria.*
4 *Per procuratorem datur & acceptatur feudum.*
5 *Futura tractationis methodus. Quis dicatur ſummus pontifex, archiepiſcopus, epiſcopus, &c. aliæq; perſonæ eccleſiaſticæ, remiſſiuè. eod.*
6 *Imperator, rex à quibus & quomodo fiant.*
7 *Qui dux marchio, capitaneus, &c. in ſumm a*
8 *Dux quid. Dux capitaneus regni, &c. item nume.* 12.
9 *Dux minus quàm ductor exercitus, plus* ἡγεμὼν *quàm* στρατηγὸς.
10 *Ducatus, tempore Aurelij & aliorum Cæſarum fuiſſe.*
11 *Ducatus ſpectabilis dignitas, maior tribunatu, tribunatus maior primicerio.*
12 *Ducatus iuriſdictio data in milites. Ducis à rege creati, & ducis exercitus differentia, &c. Dux Venetorum, princeps.*
13 *Duces ciuitatum, magiſtratus præcipui dicti à Gothis. Duces & comites initio ciuitatibus præfecti, à rege amouibiles, deindde facti perpetui.*
14 *Magiſter domus Franciæ ſeu comes ſtabuli antè amouibilis, poſteà perpetuus factus.*
15 *Duces in Italia rerum ſummam tenebant. Olim regna Aquitaniæ, Neuſtriæ, Auſtraſiæ, Burgundiæ in ducatus conuerſa. Faciunt numeri 17. 20. 25. & 26. ducatuum erectiones quadam nume. 17. & 20.*
16 *Ducatus maior dignitas, quàm comitatus. nu.* 22.
18 *Moſcouitici reges, dicti duces, magni* vucliki knezi.
19 *Publius, victo Hannibale ſe ducem, non regem dici voluit. Dauid quoque ſe dixit datum ducem populi.*
20 *Alemaniæ regnum in ducatus conuerſum.*
21 *Duces dicti à Romanis prouinciarum rectores.*
23 *Centenarij magiſtratus in Alemania vnde dicti, qui erant comitibus ſubiecti.*
24 *Ratzẽburgij, cõſiliarij comitũ & contenariorum.*
25 *Prouinciæ Romanorum ad quas regendas miſſi ſunt duces, ducatus dictæ, & quæ prouinciæ ducatus fuerunt.*
27 *Quæ prouinciæ vicarijs imperatoris, & quare regebantur potius illæ per vicarios.*
28 *Adminiſtrationes ducatuum, prouinciarum, & vicariatus, non erant perpetuæ, dignitas tamen perpetua.*
26 *Deponentes adminiſtrationem ducatus, dignitati comitiuæ primæ æquabantur.*
30 *Ducatus inter Francos olim conſtabat quinque comitatibus. Comitatus autem* 100. *pagis.*
31 *Dux apud Boioarios à populo fiebat, cum poteſtate necandi hominem.*
32 *Dux ab Etruſcis duodecim regulis cum omni poteſtate, tempore belli creabatur.*
33 *Duces in Gallia, quæ ſummi imperij ſunt, ſine gratia non vſurpant.*

GEneraliter in quæſtione quis poteſt 1 in feudum dare & accipere, analyſis dari poteſt: rerum ſuarum dominos omnes poſſe, quibus ſpeciali non prohibetur iure. Cùm libera ſit cuique rei ſuæ adminiſtratio [d]. Dant itaque eccleſiaſticæ perſonæ, & 2 laicæ, & vtriuſque ſexus. Eccleſiaſticæ, ſummus põtifex [e], archiepiſcopus, epiſcopus, abbas, abbatiſſa, præpoſitus antiquum, non nouum [f]. Laicæ, imperator, rex vt dictũ, marchio, dux, comes, baro, qui capitanei regni, & alij qui ab illis accipiũt, valuaſſores regni, qui & ipſi dant aliis minoribus valuaſoribus [g], quomodo autem dare poſſint in feudum qui ab alio habẽt, etiam ſuperiori capite dictum eſt. Dat & fœmina nouum & antiquũ [h]. Minor antiquum non nouum [i]: ſicut & in eo cui 3 bonorum ſuorum adminiſtratio prahibita [k]. Poteſt & ad feudum dare clericus propria [l]. Per pro 4 curatorẽ quoque & dari & acceptari poteſt feudum [m]. Iſtis annexæ ſunt aliæ quæſtiones ſecun- 5 dùm quid fiat conceſſio, & cuius ſit feudum, & quare, & propter quid. Quæ omnia ſimul tractabimus, dempta quæſtione ſecundùm quid, quam poſt perſonas explico latius, modum dans acquiſitionis vel cõſtitutionis feudi. Quid ſit ſummus pontifex archiepiſcopus, epiſcopus, abbas, abbatiſſa, prępoſitus, iam explicauimus alibi in perſonis eccleſiaſticis. Quãuis antiquis tẽporibus va- 6 riis modis imperium Romanorum & orbis datũ fuerit vi, quale contigit Iulio Cæſari [n]: electione ſenatus, quale contigit Tiberio [o], vel militum, quale contigit Septimio Seuero [p]: hæreditate, quale contigit Octauio [q], & aliis. In feudum etiam datum eſt imperium aliquando à ſummo pontifice imperatoribus cum iuramento fidelitatis, vt eccleſiæ catholicę & apoſtolicæ opem & auxilium & defenſionem præberent, qui hanc dignitatem

d l. in re mandata, C. mand. l. nemo exterus, C. de Iudæis, l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, de petit. hæredit. in P.
e clem. paſtoralis, de re iudici.
f §. 1. de iis qui feud. dar. poſſ. li. 1. Feud. tit. 1. de antiquo nõ de nouo feudo, §. 1. epiſcopũ, vel abbatẽ &c. eod. & ſuprà diximus.
g d. §. 1. de iis qui feud. dar. poſſ.
h §. fœminã, per quos fiat inueſti. libr. 2. tit. 3.
i §. 1. eo.
k d. §. 1.
l §. 1. de cler. qui inueſti. faci. lib. 2. Feud. tit. 35.
m in §. perſonã, per quos fiat inueſtit.
n Eutrop. li. 7. Sueton. in Iul. Cæſar.
o Suetoni. in vita Tiberij.
p Feneſt. c. 4, de Magiſt. Romanor.
q Eutrop. lib. 7. & 8.

dignitatem conſequerentur.Sic & in conſefra-
tione,& coronæ vltimæ dominatione Cæſares
Romã profecti à ſũmo põtifice reges Romano-
rum & imperatores declarantur , ſuſceptis inſi-
gnibus enſis,diadematis,ſceptri,& pomi aurei,vt
in principibus ſeu perſonis puplicis paulò latiùs
explicamus, & infrà in inſignibus ſeu ſymbolis
inueſtituræ. Et quamuis Gregorius 5. poteſtatem
eligendi imperatorem,in Germanos tranſtulerit.
tamen ſibi confirmationem reſeruauit [a].Iuſtinus
ſenior electus etiam anteà , legatos Romam ad
Hormiſdam ſummum pontificem miſit,vt fidem
ſuam ſedi apoſtolicæ ſubiiceret [b].De regibus in
perſonis publicis latè tractamus, hîc autẽ ſuffi-
cit indicaſſe ex ſuperioribus , & ex his quæ ſe-
quuntur,regna duplici modo in feudum venire:
vel quòd ex regnis,ducatus comitatúſue fiant,vel
quòd ex ducatibus & prouinciis vi ab aliis im-
periis ereptis,vel alio modo poſſeſſis ab eo qui
poteſtatẽ habet regna facta fuerunt, retento ho-
minio & fidelitate,qualia regna hodie ſub ſum-
mo põtifice & ſub imperatore ſũt,& ſub Turca,
pretioſo Ioanne Æthiopum imperatore , quem
dicunt presbyterum Iohannem. Illud ſolùm di-
gnum eſt quod moneam,principem,qui regis ti-
tulum ambit,habere in ditione ſua oportere ſal-
tem quatuor ducatus contiguos,aut pro ſingulis
ducatibus, quatuor comitatus,qui ab alio quàm
ab imperatore non pendeant.In quatuor ducati-
bus deſiderantur ad minus decem ciuitates,qua-
rum vna ſit archiepiſcopatus prouinciam conſti-
tuens [c].Nec ad rem facit quoſdam hodie eſſe re-
gulos dictos,vt Nauarræ,Balleariũ olim inſula-
rum,& ſimiles:quibus tamen ſexdecim non ſunt
comitatus,nec tot ciuitates, quot diximus exigi.
Nam fuerunt quidem olim hæc regna ſuis mem-
bris conſtantia,ſed nunc occupata ditione,priui-
7 legio tituli gaudent tantùm [d].Aliæ perſonæ poſt
imperatores & reges ſic ordinantur apud cõſue-
tudinarios in rubrica,vt primũ dux,poſteà mar-
chio,dehinc comes,ſubinde capitaneus,& valua-
ſor nominentur [e].Hos conſuetudinis contextus
explicat dictos à ducatu, marca, comitatu , qui-
bus inueſtiũtur : ſed hæc explanatio nihilo cer-
tior eſt ipſa rubrica,cùm & olim iſta nomina ſine
8 feudo dignitatis tãtùm fuerint.Dux eſt qui exer-
citum ducit [f],& dux à ducẽdo proculdubio di-
ctus,& à rege creatus cũ ducatu , dignitate vide-
tur regali inſignitus,& capitaneus ideò dictus
regni [g],ἡγεμὼν ϛρατηγὸς,qui preeſt exercitui,& du-
catus ἡγεμονία & ϛρατηγία,præfectura,imperiũ mi-
litare Ductores vocat Cicero abſolutè duces &
imperatores exercituum primos,*quoties nõ modò:*
inquit [h],*ductores noſtri,ſed vniuerſi etiam exercitus*
9 *ad non dubiam mortem concurrere?* Imò & plus
ductor videtur eſſe,quàm exercitus dux,vt apud
Thucydidẽ plus ἡγεμὼν quàm ϛρατηγὸς,vt dũ ait [i],
ἔχοντας ἡγεμόνας πάνυ τῶν ϛρατηγῶν.Et ita etiã Plut.
οἱ τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντες χιλίαρχοι.Eſtque ſępe apud
Græcos illa ἡγεμονία , ſeu ducatus pro principatu
& imperio reip.alicuius, vel pro omnimoda po-
teſtate in aliquam rẽ apud Iſocratem , Thucydi-
dem,Æſchinum & alios.Fuiſſe & tempore anti-
quorum Cæſarũ titulos ducales & ducatus,ma-
ximæ dignitatis inſignia , vel ex eo apparet ex
Flauio Vopiſco [k],dum ait Aurelianum habuiſſe
multos ducatus , multos tribunatus : Et ex Sue-
tonio [l],dum refert Neronem Claudium Cęſarẽ,
priuignum Rufinum Criſpinum Poppęa natum
impuberem adhuc,quia ferebatur ducatus & im-

a Polyd. Vergil.li.4. de inuento.rer. ca. 10.Baro, in extraua.ad reprimendã Henr. 7.poſt.li.Feud.
b Platina , in vita Hormiſdæ.
c c.cleros, 11. diſt.
d Auth. de la Sale, in li. inſcripto la Salade in c. ſeuli. 9.
e rub,quis dicat.dux.marc, li. 2. Feud.tit. 30.
f l.2.C.de off. præf.Afric.l.1. de offic.magi. milit.l.duces, C.de offic.iudi. milit.l. deſertorem,§.in bello , de re milit.in P.
g d. §.1. de iis qui feud. dar. poſſ.
h Cice.1. Tuſcul.
i Thucyd.in 8.
k Flauius Vopiſcus, in Aureliano.
l Sueto.Trãq. in Nerone c. 35.

peria ludere mergendum mari, dum piſcaretur,
ſeruis ipſius mandaſſe. Numerat & Iuſtinianus
plures ducatus,ſcribens Baſiliano magiſtro mili-
tum per oriẽtem [m].Iuſtinianus ſpectabilem di- 11
gnitatem ducatum dicit & maiorẽ tribunatu, &
tribunatum maiorem primicerio domeſticorum
& protectorum ſcholæ. *Primicerius quidem* , in-
quit [n], *domeſticorum & protectorum vtriuſque ſcho-*
*læ poſt adeptum tribunatum inter eos ſpectabili di-*
*gnitate perfruatur qui ducatum gerere meruerint.*
Et Anaſtaſius quoque ſpectabiles duces nomi- 12
nat,eíſque iuriſditionẽ in milites cõcedit,vt per
ſe cognoſcant,vel aliis committant [o].Duces κατ'
ἐξοχὴν dicuntur à principe facti,ſeu regni capita-
nei,quòd regalem in eo gerunt dignitatem [p]: nõ
autem alij ductores exercituũ ab aliis,vt à ciui-
tatibus creati.Niſi ciuitas libera eſſet, quæ rẽpu-
blicam conſtituat , veluti Venetiis qui præeſt,
dux dicitur [q],qui pro principe habetur legitimo.
Germani, reges ex nobilitate : duces ex virtute
ſumebant [r]. Paulus Æmilius [s] ſcribit Longinum 13
Exarchum ad Romanum imperium regendum
miſſum ab Iuſtino imperante orienti , reuoca-
to Narſete qui pro eo antè principatum tene-
bat more Gotthorum ſedem ſibi legiſſe Rauen-
næ,& cuique vrbi magiſtratus ſuos dediſſe , qui
duces vocitabantur. Et quem Romæ præficie-
bat,vocatum præſidem.Et rurſum [t] , ſic ſcribit,
*duces initio,comitéſque à regibus præficiebantur gen-*
*tibus ciuitatibúſque,ac cùm videretur , dimitteban-*
*tur : deinde inueterauit conſuetudo , vt niſi ſceleris*
*conuicti abire imperio non cogerentur : idque poſtre-*
*mò , vt quiſque eo munere donabatur , iureiurando*
*regum cauebatur.* Quod exemplum ad magiſtrum 14
militiæ,ac eum peruenit, quem maiorem , ma-
giſtrúmue domus Franci vocitabant , comitem
etiam ſtabuli dicunt.Et iterum [v] , indicat duces 15
loco dignitatis Regiæ fuiſſe in Italia , *ſolicitauit,*
inquit ( ſcilicet Chilpericus rex Gall. ) *hoſtium*
*proceres , vt nomen regium , quorum antè pœnitue-*
*rant , tollerent , ducéſque rurſus crearent : ad quos*
*ſumma rerum deferretur.* Maior dignitas ducatus, 16
quàm comitatus,& ideò ex comitatu fit erectio
ctio in ducatum, pro magno munere : ſicuti non
alio maiori remuneratus Rainaldus comes Guel
driæ,qui Ludouico Cæſari adhæſerat contra Au-
ſtriæ duces , quàm quòd ex comite primus dux
Gueldriæ factus anno 1334 [x]. Sic Adophus 1. co-
mes antea Cliuenſis anno 1416.factus dux, & in-
ter principes imperij connumeratus à Sigiſmun-
do imperatore in concilio Conſtantiẽſi [y].Caro- 17
lus Caluus rex Galliarum victis nepotibus Pipi-
no & Carolo, qui regnum Aquitaniæ vſurpare
voluerant, regnum Aquitaniæ in ducatum con-
uertit circa annum 8:2.conſtituítque Renulphũ
Burgundum primùm ducem,limitato certis locis
ducatu.Sic ex regno Burgundiæ, Nauſtriæ, Au-
ſtraſiæ facti ſunt ducatus [z].Tẽpora alia creatio-
nis ducatuum quorundam in Gallia ſignat Cho-
pinus [a].Reges Meſcouitici dicuntur tãtùm ſuo- 18
idiomate,vucliki knezi,id eſt,magni duces [b].Et 19
poſtquam Publius deuicit Haſdrubalem in Ibe-
ria,cúmque Iberi ſe fidei Romanorum commẽ-
dantes, illum regem ſalutarẽt,motus eo facto,vt
animaduerſionem adhiberet, collectis Iberis re-
gium quidem ſe velle haberi & dici omnibus
cum veritate,dixit : regem verò nec eſſe,nec dici
à quoquam.Quibus dictis mandauit,vt dux ap-
pellaretur [c].Rex Dauid dixit ſe tantùm ducem
eſſe conſtitutum à domino ſuper popu[illegible] in
[illegible]2.

m Iuſtin.in l. 2.de offi.præf. præto.Afri. li. 1.C.tit.30.
n l. 2.de domeſti. & protect.lib. 12. C. tit.17.
o l.fi.§.erit autem,de re milit.li.12.C. tit. 36. ſimiliter, ſpectabiles iſti iudices in § fi. de appell, coll.4.tit.2.
p Aluaro. in §.1. quis dicadux. march. text.in §.1 de feu.March. li. 1.Feud. tit. 14.
q c. expoſita, c. 11. de arbit. li.1. Decretal. tit.35.
r Corn.Tacit. de morib.Germa.
s Paul.Aemil. li.1.Hiſt. Franco. in Chireberto.
t Idem Paul. li.1.in Chilperico.
v idem li.5.in Chilperico.
x Munſterus, li.3.
y Munſter.eo. lib.3.
z in 3.par. Annal. Aquitan. in princ.
a Renat⁹ Chopinus. lib.1.de domanio ti. 6.
b Sigiſmund⁹ liber Baro, li. 1. rer. Moſcouit.
c Polyb.li. 10. Hiſtor.



libro 2.Samuëlis [a], vbi non ſe Melech regem,ſed
tantùm נגיד על עם nagid al am, principem
ducem populi , vocat. Eſt autem נגיד nagid
idem quod שר ſcar , princeps , à verbo נגד
neged coram, eò quòd vt ſubditi vertant ſemper
20 facies ſuas ad principes ſuos [b]. Non cenſeo omit-
tenda quæ Beatus Rhenanus de ducibus ſcribit [c],
dum poſt victoriam à Clodoueo contra Alema-
nos obtentam apud Tolbiacum,ait, *Alemaniæ re-*
*gnum in ducatum verſum* : & ſubiicit, *In hoc Ro-*
21 *manos imitati ſunt Franci. Nam illi prouinciarum*
*rectores , duces appellabant , id quod ex libro Magi-*
*ſtratuum Romanorum ſatis liquet , vnde formula*
*ducatus Rhetiarum apud Caſſiodorum , in varijs.*
*Diligebant autem ducem ex nobili familia. Sic*
*Boieris Agilolphingorum antiqua gens diu duces*
*dedit. Hoc autem priuilegium habebat ea familia*
( nota feudum ) *à priſcis Francorum regibus , vt ſi*
*quis fidus regno , prudénſque ex ea progenitus con-*
*pertus fuiſſet , non aliunde quiſquam aſciſceretur in*
22 *ducem.* Et paulò pòſt , *nec tantam poteſtatem ha-*
*bebat dux , quantam hodie videmus habere.* Et
peſteà , *Ergo primam dignationem ſub Francis in*
23 *Alemania habebat dux , proximam comites. Regio-*
*nes ipſæ per centenas diſtinctæ erant,vnde centena-*
*rij nomen.Is magiſtratus centenæ præſidebat , comiti*
*ſubiectus.* Et paulò pòſt , *nec duci deerat vica-*
24 *rius , nec comiti. Qui in conſilium adhibebantur,*
*Raizemburgij ſunt appellati Germanica dictione.* Et
ſi reipublicæ Romanæ repetamus memoriam
ex libro , qui vtriuſque imperij notitia dicitur,
inueniemus prouincias Romanorum quaſdam
gubernatas per vicarios,alias per comites , alias
per duces, alias per præfectos, alias per præſides.
Et leges quoque iuris ciuilis de ijs fidem faciunt:
in quibus agitur de officio præſidum , conſulum,
25 proconſulum, comitum, & ſimilium. Ita illæ in
quas regendas mittebantur duces , ducatus dici
poſſunt , quales fuerunt prouinciæ Tripolitana,
Pannonia , Valleria , Ripenſis , Pannonia prima
cum Norico,vtraque Rhetia,Sequama, Armori-
ca quæ cum Neruicana habebat vnum ducem,
26 Belgica ſecunda, Britannica, Mogontia. Et puto
iſtas prouincias potiùs in ducatus , quàm in co-
mitatus tranſlatas à Romanis,quòd in his fuiſſent
reges ſeu reguli , quamuis & alia ratio poſſit ac-
27 cedere. Quemadmodum vicarij , ſcilicet Impe-
ratoris referentes ſacræ cognitionis poteſta-
tem [d], mittebantur in prouincias, quæ rectè no-
men regium & regnum ferre poterant,vocamus:
*lieutenans du Roy ou d'Empereur.* Nam ſub vica-
rijs plures erant prouinciæ, quarum ſingulæ poſ-
ſent regem mereri : vt ſub vicario Hiſpaniæ , erat
Betica, Luſitania, Galecia, conſulares prouinciæ,
& præſides Taraconenſis,Carthaginenſis,Tingi-
taniæ , inſularum Balearicum. Sub diſpoſitione
vicarij ſeptem prouinciarum , erant prouinciæ
Viennenſis , Lugdunenſis , Germania vtraque,
Belgica prima & ſecunda , Alpium maritimarum,
Alpium penninarum , maxima Sequanarum, A-
quitanica prima & ſecunda : nouem populorum,
Narbonenſis prima,Narbonenſis ſecũda,Lugdu-
nenſis 2.& Senouica. Erant ex illis plures conſu-
lares,ibi plures & præſides,quæ omnia videbis in
libro notitiæ vtriuſque imperij , & de alijs vica-
28 riatibus : quos prætermitto. Illo autem tempore
iſtæ adminiſtrationes perpetuæ non erant,ſed di-
39 gnitas , depoſita adminiſtratione , durabat. Ita ta-
men vt inter vicarios & duces qui adminiſtraſ-
ſent , vel comitiuam primi ordinis meruiſſent,

a 2 Reg.c.5.
b Ezech.27.
c Rhenanus, lib.2.rer. Germanic.
d l.1.de offic. vicarij li.1. C. tit.42.

nihil intereſſet , æquantur enim [e]. Quemadmo-
dum & Auguſtus,eos qui ſub comitiuæ primi or-
dinis dignitate , peculiariter ad aliquam prouin-
ciarum vel prouincias milite credito authoritate
imperatoris deſtinantur , adæquat ducibus qui
præter Ægyptum & Ponticam,in alijs prouincijs
adminiſtrauerint [f]. Vuolphangus Lazius tradit 30
inter Francos olim ducatum conſtitiſſe, & perfe-
ctum fuiſſe,quinque comitatibus : & comitatum
habuiſſe olim centum pagos in ſua ditione: ídque
ex lege Salica. Legi & alibi comitem ſeu mar-
chionem qui habeat ſub ſe quatuor comitatus,vel
quatuor baronias pro vnoquoque comitatu,licitè
ducem fieri ab imperatore , vel à ſuo rege ſupe-
riore poſſe in præſtantiori ciuitate ducatus , im-
poſitione cauſæ , ſeu pilei facta per ſuperiorem,
& præcipuum prælatum ditionis ſuæ [g]. Apud 31
Boioarios,dux per regem aut populum fiebat,tan-
tæ poteſtatis , vt poſſet iubere hominem impunè
occidi [h]. Et liberi populi,mea ſententia,habebãt
antè reges,duces tantùm, qui eos regerent,& iu-
dicarent , vnde & omnimodò illis erat in eos qui
ſe ſubiecerant poteſtas,& illis populus ius hoc da-
bat. Quare cùm ex finitimis Etruſcis duodecim
populi regem creaſſent,vel in creatum conſenſiſ-
ſent Romulum , ſinguli populi ſingulos lectores
dederunt, vt ait Liuius [i]. Et Dionyſius Halicar. 32
clariùs , *Etruſcis*,inquit,*mos erat, vt vnumquemque*
*regem Lucumonem antecederet lictor vnus ferens fa-*
*ſcem virgarum , & ſecurim : cùm verò conſenſu duo-*
*decim populorum bellum indiceretur , tradebantur*
*duodecim faſces & ſecures duci , qui principatum in*
*omnes accepiſſet* [k]. Et , vt ait Iuſtinus [l] , *ab initio*
*populus nullis legibus tenebatur , quia iuſtorum prin-*
*cipum arbitria pro legibus erant , quos ad faſtigium*
*huius dignitatis,non ambitio popularis,ſed ſpectata in-*
*ter bonos moderatio prouehebat.* Verùm dux , nec 33
comes ſi ſint fiduciarij alterius, hoc eſt , ſi reco-
gnoſcant ſuperiorem , putà regem , cui debent
fidem , non poſſunt iura ſuperioritatis vſurpare:
res videlicet quæ ſunt iuriſdictionis regiæ , de
quibus in iuriſdictione dicemus , Deo fauente.
Et proinde etiam non poſſunt legitimare [m]. Cùm
inferior non poſſit præiudicium facere legi ſupe-
rioris [n]. Eſt autem legitimatio de reſeruatis ſum-
mo principi [o]. Excipio ſemper ſpeciale priuile-
gium,ſi in feudo de eo gratia fiat.

e l.1.de comitib. & archia. ſacri palatij,li. 12.C.tit.13.
f l.2.de comitib. rei militar. li.12.C.tit. 12.
g Antoine de la Sale in lib. inſcripto la Salade, en l'onzieſme chapitreou liure,cõment les marquis.&c.
h in legib.Boioariorum c.2. tit.1.& 9.
i Liuius,in 1.
k Dio Halic. in 4.
l Iuſt. in 1. ex Trogo.
m Chaſſan. in conſuet.Burg. titul. des baſtardz §.3. in verbo ab inteſta. verſ. qd autem, de ducib. Pau.de Caſtro, in conſ. 196. in nouis.
n c.cùm inferior. de maio. & ob. §. naturales,ſi de feudo fuer. controuer.
o c.per venerabilem, qui filij ſint legiti.

## De comitibus. Cap. 8.

1 *Comites titulo tenus factitij , Codicillares , vt*
*Palatini.*
*Comites profeſſores publici , qui legerunt per vi-*
*ginti annos.*
*Comites principis cum dignitate , comites cum ad-*
*miniſtratione.*
*Comites qui in titulum comitatus feudum te-*
*nent.*
2 *Comitis nomen & dignitatis initium à principis*
*comitatu quomodo.*
*Comitatus Cæſaris quando dici cœptus tempore*
*Adriani, & qualis ille comitatus.*
*Senatus comitabatur Adrianum Cæſarem , &*
*equites.num.4.*
*Comites amici & domeſtici Cæſaris dicti , huic*
*comites largiotionum , retum priuatarum,&c.*
3 *Comites amici & domeſtici Cæſaris , Germanicè*
*Grauiones. Inde voces compoſitæ, Landgrauij,*

*Marcgrauij,Pfaltkgrauij,Bruggrauij.*
5 *Comes conſiſtorianus quis,& eius dignitas.*
6 *Comites ſacri ſtabuli,qui.Coneſtabulus comes ſacri ſtabuli,vt & magiſter equitum,totius belli caput,&c.Similis Sultano Caliphæ.*
*Tribuno celerum regum Romæ,Magiſter equitum, dictatorum.*
7 *Tempore declinantis imperij præfectura prætoriana erat diſtributa in magiſtratuum equitum & peditum.*
8 *Coneſtabulus olim Meïer domus,& comes Palatinus dictus.*
9 *Meïerus primus Galliæ Garnerius, & huius ſucceſſores.*
10 *Comitatus ſtabuli,& iura palatij non fuerunt perpetuò apud eundem.*
11 *Præfectus palatio,* grãd maiſtre de France *hodie.*
12 *Meier Germanis eſt præfectus palatij.*
13 *Meïeri in locum,ſubrogatus comes Pariſiorum.*
14 *Comitis Pariſiorum nomen, rurſum mutatum in nomen Marchionis Franciæ, quod tamen in comitis recidit nomen, vtrumque poſteà vſurpatum & comitis Pariſiorum, & Marchionis Franciæ,ſed vtrumque poſteà relictum magni Magiſtri Franciæ nomine.*
15 *Symbolum & inſigne Magiſtri Franciæ baculus ſpiris aureis circundatus,& quid denotet.*
16 *Differentia comitis Palatini, Coneſtabuli, & comitum Palatinorum Germaniæ.*
*Palatinus comes Germaniæ à regione dictus,&c.*
*Comites alij Palatini ſine adminiſtratione, & eorum priuilegia,&c.*
17 *Comes rei priuatæ, ſeu præfectus camerariorum principis quis,& cura.*
18 *Comes rei priuatæ cognoſcebat de ſepulchris,& ne contra arborem conſanguinitatis matrimonia fierent.*
19 *Comes domeſticorum dictus Mareſcalius aulæ.*
20 *Domeſtici aulæ ſunt pedites, Procopio ſocij,Romanis domeſtici equites, & equites dicuntur & protectores, qui eis imperat,primicerius.*
21 *Comes ſolemniorum,Gallis magiſter cæremoniarũ.*
22 *Comes ſacrarum largitionum quis,& eius officium.*
*Comes commerciorum.*
*Procuratores gynæciorum & baphiarum.*
*De præpoſitis diuerſis & Brambaricariorum, ſiue argentariorum & aliorum.*
23 *Comes ſacri patrimonij quis.*
24 *Comes rationalis & patrimonij quis.*
25 *Comites conſiſtoriani,conſiliarij aulæ qui.*
26 *Comitiua primi ordinis*

1 COmitum alij titulo tenus,quales ſunt
honorati titulo hoc,& ſolùm regijs
codicillis creati, vel à lege: Palatini
interdum ſimpliciter dicti. Sunt &
doctores comites comitis qui profeſſi ſunt iura,&
legerunt publicè per 20.annos [a]. Alij comites verò
principis, & cum dignitate, & alij ex illis cum
adminiſtratione. Et nunc alij qui comitatum in
2 titulum & feudum habent.Proinde ſciẽdum Comitis
nomen dignitatis eſſe, quæ ſcilicet referat
quandam cum principe, cuius ſunt comites vel
aſſeclæ,quotidianam ferè conſuetudinem. Fidem
facit quod de Adriano fertur [b], qui ſenatũ quodammodo
in aulam ſuam tranſtulit,receptis ſenatorum
optimatibus in amicorum cohortem, quæ
ſuperiorum imperatorum tempore conſtare ſolebat
ex equeſtri ordine, non ſenatorio, & ita domeſticum
quendam ſenatum penes ſe habere cœpit,
qui quoniam is continuatis penè delectatetur
peregrinationibus, comitatus Cæſaris dici cœptus
eſt,& ipſi amici comites: eorúmque conſilijs
atque opera in bello & pace vſus:inde comi- 3
tes largitionum rerum priuatarum,& cęteri dicti.
Tales apud reges Germaniæ, inquit Gelenius [c],
amici & proceres regis, dicti grauiones, Latinè
comites:vnde compoſitæ voces Germanicæ Lãd-
grauij,Marcgrauij,Pfaltkgrauij,Buggrauij.Indicat 4
Lampridius [d] principis aſſeclas comites dictos, &
comitatum eos,qui perpetuò ſecum erant,*Tribus*,
inquit, *Alexander, & eos qui militaribus nituntur
prærogatiuis purgauit, palatiúmque ſuum comitatúmque
omnem abiectis ex aulico miniſterio obſcœnis &
infamibus.* Hinc comites conſiſtoriani, qui tran 5
quillitati conſiſtorij principis proſpiciebant ſpectabilibus
proconſulibus in dignitate æquali [e],
& eiuſdem priuilegij facti, ac principes ſcholæ
agentium in rebus [f]. Erant & comites ſacri ſta- 6
buli, & qui curam palatij habebant, & ſcholarum
armorum, & curam domus regiæ cum adminiſtratione,
& ſine adminiſtratione [g] prouintiarum.
Comitem illum ſacri ſtabuli vocari hodie
Coneſtabulum in dubium non venit,hîc enim
prædictus à Valente ita nominatur [h] præpoſitus,
& comes qui liberaret ab inquietudine principem.
Et talis in Gallia magiſter æquitum,in quem
totius belli curam princeps reiiciebat: non minus
quàm Caliphæ Sultanos ea de re inſtituerunt:
dictator olim Romæ magiſtrum equitum:
vt reges, tribunum celerum [i]: Tempore tamen 7
declinationis imperij,vt habetur in libro Notitiæ
vtriuſque imperij, fuit authoritas militiæ diuiſa,
& præfectura prætoriana diſtributa, potiſſimum
magiſtris peditum & equitum [k]: Magiſter militum
peditum præſentalis habebat ſub ſe comites
militum Africæ, Italiæ, Tingitaniæ tractus
Argentoratenſis Britanniarum,litoris Saxonici,
duces limitum decem, legiones Palatinas 12.
Auxilia Palatina 65.legiones comitatenſes 32.Magiſter
& comes peditum præſentalis habebat ſub
ſua diſpoſitione vexillationes palatinas & comitatenſes.
Erat & illuſtris comes equitum Galliarũ,
Illyrici,& aliarũ prouinciarum. Fuit hic magiſter
militiæ apud Iudæos dictus שרעבא ſcartzaba,
princeps exercitus [l]. Meier domus Francis anti- 8
quis dictus,id eſt,præfectus domus regiæ, comes
palatij, factus primus talis à Lothario Hilperici
& Fredegundæ Viricidæ filio,Garnerius,poſt cu- 9
ius mortem ſubrogatus Anſegius filius S.Arnulphi
Metenſis Epiſcopi,cui & in dignitate ſucceſſit
Pipinus filius Anſegiſij, & huic Pipino filius
Grimualdus poſt mortem in dignitate ſucceſſit
anno 647. Hinc quoque Eberuuinus, quem corruptè
dicunt Ebroinum, hinc & poſtea Liendeſius:
& poſt hunc Pipinius Anſegij Iunioris filius,
qui genuit Carolum Martellum,qui tandem Gallicum
ſibi aſciuit imperium.Et hæc quidem ſcribit
Tritemnius [m]. Alij autem fuerunt, qui aſſe- 10
rúnt comitatum ſtabuli, & curam palatij, perpetuò
apud eundẽ nõ fuiſſe in Gallia,& ita duas diſtinctas
fuiſſe dignitates:quibus ego accedo,& ita
etiã Valens Cæſar diſtinxit [n]. Et fuit quidam diligẽs
author noſtra ętate Ferronus,qui libros edidit
de nominibus & inſignibus magiſtrorum equitũ
ſeu Coneſtabulorum Galliæ,& de præfectis palatio
regio,quos vocamus *Grãs maiſtres de Frãce* [o]. 11
Atque Nauclerus, quos Germani vocant *Maier*,
dicit præfatos palatij: Chriſtianus M[illegible]ſeus prin- 12
cipes Palatinos, aulæ regiæ præfecto[illegible] Archi-
æcono

a l.1.cum ibi nota.de profe. qui in vrbe Cõſtant.lib.12. C. Bart. in l.Alexandriç,de decuri. lib.10. C.
b Spartia. in Adrian.
c Sigi. Gelenius,in epiſto. liminari libri notitiæ vtriuſque imperij ad Andream Veſſalionem.
d Lamprid.in Alex.
e l.1.de comitib. conſiſtor. lib.12.C.tit.10.
f l.2.eo.tit.C.
g l.1. de comitibus & trib. ſchola. lib. 12. C.tit.11.
h d.l.1.de comitib.
i Liuius, in 2. & Dio. Halic. in 2. & 5.Eutr. & Euſeb. & in l.2. §. populo. deinde.de ori. iur. lib.1.P. l.1. de offi. præfe. præto.eo.libr. tit.11.
k nos de magiſtris equitũ & peditum in re militari proprio capite agimus.
l Reg.2.c.2.
m Iſtas ſucceſſiones Meierorum & præfectorũ domus regiæ numerat. Tritẽnius, lib.1.Epitomæ Hiſtor. Franc.
n in d.l.1. de comit. & trib. ſchola.
o Ferron. au catalogue des tres-illuſtres Ducz Coneſtables de Frãce, & au catalog. des grãs maiſtres de Frãce.



12 œconomos. Dicti autem hi fuerunt *Meiers* aut
Gallicè corruptè, *Maires du palais*, vſque ad Ca-
13 rolum Martellum, qui occupauit imperium, &
tunc meieri loco,inſtitutus comes Pariſiorum,vel
comes Palatinus,cuius nomen perſeuerauit vſque
ad tẽpora Roberti,ducis Aquitaniæ, fratris Eudi
qui mutauit nomen comitis, in marchionẽ Fran-
14 ciæ, hoc tamen reliquit Eudo filius, qui iterum
recepit comitis nomen, eóque reliqui vſi ſunt
vſque ad Hugonem Caputium, qui ſe inſigniuit
nomine comitis Pariſiorum, & marchionis Franciæ.
Quibus etiam titulis vſi poſtea ſunt,qui eum
ſecuti vſque ad Geofridum comitem Andiorum,
dictum Griſegonnellam, qui iterum nomen magni
miniſtri Franciæ excitauit, quo etiam vſus
15 fuerat Nordebertus anno Domini 693. [a]. Quo
etiam nunc vtuntur in Gallia comites illi,qui pro
ſymbolo maximæ illius dignitatis baculum ferunt
ſpiris aureis circundatum, vt ſignificent
principem & rempublicam Francicam ſuæ ſolicitudini
commiſiſſe negotia domeſtica palatij regij,
ſicut Comes ſtabuli, regij enſis cuſtodiam ſuſcipiebat,
in ſymbolum ſuſceptæ præcipuæ circa
arma poteſtatis, ratione cuius hominium ligium
regi exhibebat, vt legitur in codicillis officij comitis
ſtabuli Arturi Britannici, comitis Richemontis,
qui dux poſteà Britanniæ fuit.Inueni tamen
in conferendis iſtis duabus dignitatibus, vt
plerunque vni eaſdem fuiſſe collatas,& ab eodem
vſurpatas vſque ferè ad Pipinum Breuem. Veruntamen
& conſtat etiam curam ſtabuli & equorum
principis, dum comites ſtabuli grauioribus
negotijs eſſent occupati, alteri fuiſſe datam,
quem in Gallia dicimus *le grand eſcuyer*. Tranſlata
magni magiſtri authoritate in comitem ſtabuli
tempore Caroli ſeptimi: ſub quo fertur primus
comes ſtabuli,ſeu magnus ſcutarius, Potonus
Xantralius creatus. Paulus Iouius lib.16.in fine
teſtatur hãc maximam & primam poſt regem
fuiſſe comitis ſtabuli dignitatem, cui quatuor
minores magiſtri equitũ, dicti nobis *mareſchaux*,
ſubeſſent: & tempore Ludouici XI.ſublatam: &
tempore Franciſci I. renouatam & datam Carolo
16 Borbonio. Non putet aliquis tamen, hîc comitem
palatinum dici ea ſignificatione,qua imperio
Germanorum Palatinus dicitur,nam hîc magiſter
domus verè à palatio palatinus dicitur: at non ita
apud Germanos Comes Palatinus, ſed à regione
capellatiana,quæ à palas nomen habet,cui præeſt
dictus comes Palatinus [b], dicta nomine patrio
Pfaltzia. Meminit lex ciuilis de comite palatino
in priore ſignificatione ſacri palatij,ad quem omnium
rerum & rationum patrimonij principis
relata eſt cura [c]. Sunt & alij palatini comites
abuſiuè dicti, qui priuilegia habent ſine adminiſtratione
legitimandi ſpurios & naturales,creandi
tabelliones, faciendi doctores, & ſimilium [d].
17 Erat & comes olim principibus Romanis rei
priuatæ,qui ſecundùm Valentinianum & Valentem
commoda fiſcalia recipiebat [e], aliter dictus
præfectus camerariorum principis,qui guberna-
18 bat principis priuatam ſubſtantiam, per diuerſas
prouincias ſibi ſubditas,vt ait Caſſiodorus [f], qui
& hos magnam partem muneris aduocatorum
fiſci poſſediſſe ſcribit, & præſediſſe ſepulchris,&
matrimonijs, ne illicitè contra arborem conſanguinitatis
contraherentur, & ijs fuiſſe procura-
19 tores rei priuatæ ſubiectos.Refert idem [g], comitem
domeſticorum & dictum mareſcalium aulæ.
20 Porrò domeſti aulæ ſunt pedites, vocant, vt inquit
Procopius [h], ſocios domeſticos, Romanis
& pedites & equites dicti domeſtici, protectores:
& qui eis imperat, primicerius [i]. Hinc & 21
dictus comes ſolemniorum,qui non multùm abeſt
ab eo, quem dicimus in Gallia, magiſtratum
cæremoniarum,vt apud Amianũ Marcellinum [k],
Mercurius ſolemniorum vocatus eſt comes, qui
omnia obſeruabat tacitè. Erat comes & illuſtris 22
ſacrarum largitionum, qui dabat indulgentias,&
militibus ſtipendia & donatiua populo calendis
Ianuarijs nomine principis [l]. Et hîc, vt porè Auguſtalis,
habebat ſub ſe iudicem ſacrarum largitionum,
& cæterarum prouinciarum,largitionum
comites:vt comites ſacrarum largitionum per Illyricum,
per orientem Africæ. Et comites commerciorum
per orientem, Ægyptum, Meſiam,
Scythiam, Pontum, Illyricum, & procuratores
Cynegiorum, Baphiarum, monetarum, linificiorum.
Rationales prouinciarum, præpoſitos theſaurorum,
præpoſitos Baſtagarum, præpoſitos
Brambaricariorum,ſiue argentariorũ [m]: ad hunc
omnes largitiones mittebantur [n]: hunc etiam &
eius primicerium cognouiſſe de litoribus, de
mercatorum negotijs, de Salinis, de veſtibus aureis
& argenteis Caſſiodorus teſtatur [o]. Comi- 23
tatus ſacri patrimonij alia dignitas eius, qui Auguſti
patrimonium curabat, poſſeſſiones, menſamque
procurabat: vnde & procurator à Lampridio
[p] dictus.Meminit de hoc Caſſiodo.ad Iulianum
comitem patrimonij ſcribente Theodorico
[q]. Et extat in iure rubrica [r]. Erant & comites
rationales, qui pecunias principis diſpenſabant
[s]. Comiti patrimonij facultas principis pa- 24
trimonij conceſſa, pro ſubleuandis, non pro opprimendis
priuatorum fortunis commiſſa: *huius
cura*, inquit Caſſiodorus [t], *epulas regias & regiorum
hominum & legatorum cernere.* Aderant & 25
in ſacro principum comitatu comites Conſiſtoriani,
ex quibus conflabatur iudicium aulicum:
dicebant enim & Cæſares ſecum inter comites
& iuriſconſultos,vt Adriano adfuerũt Iulius Celſus,
Saluius Iulianus, & alij, quos refert Spartianus
[v]. hos Gratianus Cæſar ſpectabilibus proconſulibus
æquari decreuit, & principum agentium
in rebus priuilegijs [x]. Erat & comitiua pri- 26
mi ordinis,quæ præferebatur ſpectabilitati [y].

a vide de his Nauclerum in Chronica. 30. lib.generatio. 26. Vincentiũ, in ſpeculo Hiſtor. c. 126.lib. 30. Maſſeũ. in 4. li. Chronic. Æguinbardũ in vita Caroli Magni. Cuſpinia. in eiuſdẽ vita.
b Beat. Rhena.li.1.rer.Germanic. & li.3. Amian. Marcell.li.18.
c in l.1 de offi. comit.ſac. palat.li.1.C.ti.37.
d Bald. in §.1. quis dica.dux, March. Chaſſa. in procem. in conſuetud. Burg.ad verba conte de Flandres.
e d.l.1. de offi. comit.rer.priuatarum.C.
f Caſſiod. li.6. Variarum.
g Caſſio.eo.li. 6. in formula illuſtrat.
h Procop.lib. 3.belli Vandalici.
i l.2.& fin. de domeſt.& protecto.lib.12.C. tit.17.
k Amia. Marcell.lib.15.
l Vuolphg.Lazius li.2.commentar.reipu. Rom.c.31.Caſſiod.li.6.Variarum c. 7.
m in lib. Notitiæ vtr. imperij.
n in l.1.de offic.comit. ſac. largit.lib.1. C. tit.35.
o Caſſ. libr.6. Var.c.7.
p Lamprid. in Commodo.
q Caſſio.lib.1. Varia. & libr. 4.& 6.
r de offi.com. ſac.patri.lib.1. C.tit.39.
s Iulius Capit. meminit in Clodio Albino, & Ælius Lampri. in Alexand.
t Caſſiod. lib. 6.Var.cap.9.in formula comitati. patrimonij.
v Spartia. in Adriano.
x l.1. & 2. de comitib. conſiſtor.lib.12.C. tit.10.
y Caſſiod.li.6. Varia.c.12.

## De comitibus, qui prouincias adminiſtrabant, & qui nunc feuda habent: & de marchionibus. Cap. 9.

1 *Comites rei militaris qui. Rhaſtinus domeſticorum comes,&c.*
2 *Comites rectores prouinciarum τοπαρχοὶ Græcis, Francis Landgrauij.*
3 *Comites prouinciarum,rectores,& iudices fuiſſe.*
4 *Comitatibus Franciæ,prouinciæ diſtinctæ erant.*
5 *Comes iudex ciuitatis in Francia dictus erat, & habebat ſub ſe ſcabinos.*
6 *Comites cuſtodiæ maritimæ deputati & Marcæ.*
7 *Marchiones Comites cuſtodes Marcæ, Germanicè Marcgrauij. Marchio ratione dignitatis loci præponitur interdum comiti, vt comes comiti, &c. Marchio, limitaneus comes eſt, &c.*

8 *Marca traiectum, limes. Marchiones Vaſſi, & Marca quid. num. 10.*

9 *Comites limitanei etiam apud Romanos ſub ſe habebant ſubditos præfectos. vt de comitibus limitum Africæ, Tingitaniæ, littoris Saxonici & alijs docetur.*

11 *Ex Francis Germani omnes ferè orti.*

*Limites duo Romani imperij orientis & occidentis præcipui, &c.*

*Totidem Francis, erátque Oſtenriche marca, id eſt, orientalis regni limes, & Vueſtenriche Marca, id eſt, occidentalis regni, &c. Ita & diuiſum Turcicum imperium, vide in cap. 11. num. 10.*

12 *Hinc Auſtraſia & Veſtria dicta, quorum comites Marchgrauij.*

13 *Marchionatus plures erecti exemplo dignitatis maioris, ſed ſine ratione limitum, apud Italos & poſteà apud Germanos.*

14 *Reſolutio quæſtionis, quis præferatur, dux vel marchio, an comes.*

15 *Ducatus, Comitatus, Marchionatus ex temporalibus facti ſunt familiares, & feudales: tandem cum dignitate, & iudicandi munere.*

16 *Comitatus priuilegium, ne creditor comitis poſſit petere ſe mitti in eius poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa.*

1 SVperiores comites ferè ſemper perſonam principis ſequebantur, & officia exercebant in aula. Cæterùm & alij comites, & aliquando illi de quibus egimus, ad adminiſtrandas vel regendas prouincias mittebantur, & ad cuſtodiendos limites regni, qui comites rei militaris dici poſſunt [a]: qualis fuit Rhaſtinus domeſticorum comes, qui in expeditione in Gallos miſſus vt ait Gregorius
2 Turonēſis [b]. Alij comites rectores prouinciarum τοπαρχοὶ Græcis, apud Francos Landgrauij. Sic Verus imperator confecto bello, regna regibus, prouincias verò comitibus ſuis [c] dedit regendas.
3 Extat & in iure titulus, De comitibus qui prouincias regunt [d]: vnde & rexiſſe & iudicaſſe illos ſibi commiſſas prouincias liquet, & in legibus conſuetudinarijs adhuc iudices comites Fridericus
4 dixit [e]. Iuxta Francorum conſuetudinem omnes prouinciæ comitatibus diſtinctæ erant [f]: & poſteà etiam cum tempore quidam nati vel creati [g].
5 Beatus Rhenanus inter comites Marchiones nominat dum ait [h], de ſtatu Galliarum & Germaniæ ſub Francis agēs, *Vnicuique ferè ciuitati*, inquit, *comes præſidebat, is velut quendam aduocatum epiſcopi agere cogebatur, nominatur aliquando iudex fiſcalis, centenarios à centenis dictos, quorum anteà meminimus, vicarios & ſcabinos ſub ſe habebat.*
6 Erant prætereà comites ad cuſtodiam mariti-
7 mam, item ad marcam tuendam deputati, quos hodie marchiones vocamus, Germanicè Marchgrauios. Vt inde intelligere poſſimus, ratione loci non dignitatis marchionem præponi aliquando comiti, vt comes etiam alij comiti præfertur. Ex compoſitione enim vocis marchionis qui marchgrauius dictus, intelligerem nihil aliud eum eſſe, quàm comitem limitaneum, vel ad
8 exemplum eius nominatum. Et marcam eſſe limitem vel traiectum limitaneum, docere poteſt lex Francica de iſtis comitibus, quos vaſſos vocat loquēs [i]. *De vaſſis noſtris qui ad marcam noſtram conſtituti ſunt cuſtodiendam, aut in longinquis ſua habent beneficia, &c.* Explicátque ita poſteà [k], *Volumus vt comites, qui ad cuſtodiam maritimam deputati ſunt, quicunque ex eis in ſuo miniſterio reſidet, de iuſtitia facienda ſe non excuſet propter illam cuſtodiam: ſed ſi ſecum ſuos ſcabinos habuerit, ibi placitum teneat, & iuſtitiam faciat.* Erant & 9
Romanis comites limitanei, qui prępoſi os etiam ſub ſe habebant limitum per limites, talis in libro Notitiæ vtriuſque imperij, comes Africæ limitaneus, qui plures ſub ſe habebat præpoſitos, vt præpoſitos limitis Thamallenſis, Montenſis, Baſenſis, &c Huius generis comes ſpectabil. limitum Tingitaniæ, qui habebat ſub ſe præfectum alæ Herculeæ Tamuco, & alios tribunos. Item & comes littoris Saxonici per Britanniam: quamuis in Britannia eſſet & alius comes prouinciæ Britannicæ, ſed alius à limitaneo. Vt & in Italia in tractu Argentoratenſi, & alibi. *Marca*, inquit Vuolphangus Lazius Germanus [l], *limes* 10
*eſt: qui limitibus imperij præerant olim marchiones* 11
*dicti, propriè marchgrauij: Romanis duces limitanei. Ita Franci, ex quibus maiori ex parte Germani deſcenderunt, imperium extra Franciam cùm propagaſſent, duos limites (vt Romani Orientis & Occidentis) conſtituerunt: vnum Oſtenriche marcham, ac ſi dicas regni Orientalis limitem. Alterum verò qui Francos proximè à Saxonibus, Alemaniſque & Burgundis ſequeſtrabat, Vueſtenriche marcham, hoc eſt, Occidentalis regni limitem nuncupabant. Hinc Auſtria & Vueſtria, ſiue Auſtaſia & Neu-* 12
*ſtria nomina orta ſunt, quibus qui tum comites præerant Marchgrauij dicti. Nec tunc plures erant, quàm quot eſſent limites Francorum. At poſteriori-* 13
*bus ſeculis munere iſto iam in principatus honorem abeunte per Italiam, Mantuanus, Montisferrati, Veronenſis, & Tauriſianus marchionatus diſtincti ſunt. Quo abuſu tunc in Italia incipiente, plures eſſe & marchæ apud Germanos cœperunt, vt Badenſis, Rotolenſis, Vogburgenſis, Miſnenſis, & alij innumeri nulla habita limitum ratione.* Et ex his facilis erit 14
compoſitio antinomiarum, quæ interpretes in varias diſtrahunt ſententias, quis præferatur dux, marchio, an comes, quam Boërius in vtramque diſcutit partem [m]. Si conſideremus omnes dignitate ferè pares, ſed abunde eſſe trahendas prærogatiuarum differentias, vt certius nihil in huius quæſtionis iudicio, quàm regionū, quibus imperant marchiones & comites, diſtinctio, ex vſu & ex antiqua cōſuetudine ſeruata, vt etiam animaduertit Lucas de Penna [n]. Vſus enim & res ipſas & nomina immutat. Quò fit, vt etiam ad abuſum referam quod ſcribit Krantzius [o], Marcham ex vulgari Saxonum dictam, quaſi diſtrictum vnius villicationis aut ditionis, ſeu prouinciam quam ſui iuris per arma ſint conſecuti, vnde præſidi & ei qui ius in illa diceret nomen inditum marchionis. Non enim hæc marchiæ definitio ad nomen pertinet, vel ad antiquam formam limitaneorum ducum, ſed potiùs dignitatis ſpecie & ſimilitudine quadam, nomen ſibi vſurpauit. At nunc iam receptum video, marchiones maiores dici comitibus apud aliquos, & ex comitibus & baronibus maiori dignitate donari marchionatus eos comites & barones, qui quinque aut ſex baronias in ſua ditione habent, in quarum minima ſint ſaltem decem nobiles ſibi ſubditi. Quare qui tot poſſidet geniculatus pertinet ab imperatore, rege aut principe, aut duce, non à minore donari hac dignitate marchiſatus ſub titulo & nomine alicuius ciuitatis inſignioris ſibi ſubditæ, inaugurari ab eodem priuilegiiſque marchionis exor[illegible]ri, hominium

a l. 1. & 2. de comi. rei mili. li. 12. C. tit. 12.
b Gregor. Turon. lib. 2. Hiſt. c. 10.
c Iul. Capit. in Vero.
d li. 11. C. tit. 14.
e in §. 1. verſi. quod ſi hæredes, de pact. tene. lib. 2. Feud. tit. 27.
f Beatus Rhenan. li. rer. Germanic. dum de Seleſtadio agit.
g quorundam comitatuū erectionē & tēpus in Gallia, refert Chopin. li. 1. de domanio, tit. 6.
h Beat. Rhena. li. 2. rer. Germ.
i li. 4. l. Francica, ti. de vaſſis dominicis, titul. 4.
k eo. li. 4. leg. Fran. c. de comitib. ad cuſtodiā maritimā deputatis.
l Vuolph. Lazius, li. 1. commen. de repu. Rom. c. 2.
m Nicol. Boeri. in tracta. de authori Magni conſilii nu. 107. & ſeq.
n Luc. de Pen. in rubr. de comitib. conſiſt. lib. 12. C.
o Alber. Krātzius, lib. 3.



minium nouum eius nomine offerens & præſtans. Inueſtituræ cuius eſt inſigne & ſymbolum gemma pyropus quæ Gallis Rubinus, ſpecies eſt carbunculi, quo princeps inueſtiendo medium digitum marchionis ornat cum anulo [a], ſacris peractis ſacratiſſimæ liturgiæ. Edictum regium Gallicum, anni 1579. 17. Auguſti, præfert marchiones proculdubiò comitibus: ſtatuit tamen, vt antequam marchiſatus dicatur, ſit compoſitus ex tribus baronijs, & tribus caſtellanijs vnitis ſub vno titulo, ratione cuius regi præbeatur hominiū & fidelitas. Si quis autem vicecomes aut Baro voluerit fieri comes, neceſſariū ducūt eum habere debere in ſua ditione quatuor baronias, quarum quælibet habeat ſaltem decem nobiles ſibi ſubditos, qui eum comitari poſſint: túncque poteſt is comes tantùm creari per ſuperiorem principem, qui ſaltem fuerit marchio, qui nihilominùs poteſt alium, qui comitem facit, delegare, poſt preces ſacratiſſimæ liturgiæ peractas ab aliquo antiſtite. Princeps porrò vel delegatus eius hominiū & fidelitatis ſacramentum ab eo accipiet ſedens, iubebítque palam comitum priuilegia perlegieúmque pro ſymbolo dignitatis exornat & inueſtit anulo, cui inſit gemma adamas [b]. Ex edicto regio Gallico 17. Auguſti anni 1579. cautum, ne in titulum comitis quis tranſeat, niſi habeat duas baronias, & tres caſtellanias, aut ſaltem vnam baroniam & ſex caſtellanias vnitas, & nomine feudi poſſeſſas, & inueſtitus à rege ſub vno titulo. Vicecomes ex barone vel ex alio nobili diuite fit, is qui habet in patrimonio ſuo ſaltem 30. clientelares nobiles ſeu vaſſallos, id eſt, baronias tres, dicunt Galli, *Eſtre neceſſaire, que celuy qui veut eſtre baron ou vicompte, ait trois ou quatre bennieres de ſon patrimoine, ou acquiſes, dont la moindre doit eſtre de dix hommes nobles, ſes hommes, de ſon Roy ou prince, par qui il doit eſtre vicomte.* Cùm autem vicecomes fit, geniculatus debet offerre principi hominium nouum ſimul pro omnibus ſuis baronijs in vnum nomen vicecomitis redactis, ſub titulo præſtantioris loci, quem poſſidet: Et tunc princeps, illéve qui vicecomitem facit, cum ſymbolo virgulæ aureæ eum mittit in poſ-
15 ſeſſionem vicecomitatus [c]. Porrò apparet ex ſuperioribus & moribus diuerſarum gentium, comitatus, ducatus, & marchionatus fuiſſe adminiſtrationes aliquando temporarias, non perpetuas: tandem tamen ex fide familiarum perſpecta, in feuda ſeu in fidem datas, & in illarum adminiſtratione curanda, prouentus & reditus & iura adminiſtrandi poſſeſſoribus ceſſiſſe, excepto ſuperiori & imperiali dominio quod ſibi principes reſeruarunt. Remanſit vnà & iudicandi authoritas, quam temporarij comites habebant coniunctam, quanquam ad cuſtodiam tantùm fuiſſent deſignati. Nam & ij iudicabant cum acceſſoribus,
16 ſeu vt dicunt leges Francię, cum ſcabinis [d]. Chaſſaneus [e] priuilegium notat feudi comitatus, quòd licet creditor in actione perſonali poſſit petere ſe mitti in poſſeſſionem feudi quod vaſſallus tenet, vt ipſe poſſit fructus percipere, etſi ius in illum non tranſeat [f]: tamen in hoc comitatus feudo, non fiat remiſſio in poſſeſſionem hac ratione, quamuis creditor poſſit percipere fructus [g].

## De Baronibus. Cap. 10.

1 *Baroniæ feudum in Gallia cum Caſtellania par, eiúſque iuriſdictionis.*

2 *Baro debet habere ſub ſua ditione ad minus duas Caſtellanias.*

3 *Baro habet omnimodam iuriſdictionem, & ideò habet inſignia,* iuſtices à quatre pilliers ſans feſt.

4 *Baro in Germania & Scotia idem quod vaſſus regius: & duces hoc nomine quoque contineri Blondus ait.*

5 *Baro Langbardis dicitur magnus Caſtellanus, & in Gallia cum omni iuriſdictione valuaſſor magnus, capitaneus regni.*

6 *Baro alijs comes dicitur.*

7 *Baronem alij ſupremam dignitatem in beneficiaria cauſa putant, & Baronis notationes in nomine.*

8 *Baronis aliæ nominis declinationes.*

9 *Benneretus quis, & quomodo fiat.*

IN Gallia adhuc dignitas vna baronis, 1
& feudum baroniæ inuenitur, cum caſtellanis, de quibus in feudi diuiſione dictum, paria iura habens [h], cognitionémque omnium rerum tam ciuilium, quàm criminalium, demptis regijs caſibus [i], de quibus in iuriſdictione iudicum Deo fauente agetur. Quia antè quàm quis baronis titulum 2
ſibi vſurpare poſſit iure caſtellanias plures, ſaltem tres [k], vel duas [l] poſſidere debet. Extat edictum regium Galliæ, 17. Auguſti anni 1579. publicatum in Senatu Amorico 9. Kalend. Octob. eiuſdem anni, quo cautum vt iuxta areſtum priuati, regij conſilij 10. Martij 1578. ne prius baronia dicatur, quàm compoſita ſit vel habeat ſub ſua ditione tres caſtellanias ad minus, quæ vnitæ ſint & ſimul incorporatæ, & poſſeſſæ ſub vno titulo & homagio præſtito regi. Ideò poteſt habere in- 3
ſignia omnimodæ iuriſdictionis, & vt conſuetudines loquuntur [m], *Iuſtices patibulaires à quatre pilliers, ſans toutesfois qu'il y aye feſt par deſſus,* Barones apud Germanos & Scotos dici idem, 4
quod vaſſos regios, teſtatur Hector Boëthus [n]. Et eo nomine duces contineri Blondus voluit [o]. Eoque nomine, aliqui putant regni capitaneos dictos & magnates, omnes duces, comites, marchiones. Et Otho Frigigenſes [p]. Guillelmū Marchionem de Monteferrato, inter Italiæ Barones refert. Et antiquis quoque in Gallia, barones, comites dici placuit aliquando, vt pluribus docet Rhenatus Chopinus [q]. Baldus autem hunc à 5
Langbardis magnum caſtellanum vocari notat [r], & in Gallia quoque Boërius [s], eúmque eſſe qui infimæ, mediæ, & ſummæ coërcitionis ius in arce quadam conceſſione principis obtinuerit [t]. Suſpicantur alij [v] baronem eum dici, qui valuaſſor magnus, & capitaneus regis in feudis dicitur [x], quem de plebe aliqua, vel de parte princeps inueſtiuit. Alijs autem placuit quemlibet 6
infra comitem habentem aliquam dignitatem dici baronem: voluerunt enim digniorem eſſe comitatum baronia [y]. Neque vulgo probatur ſententia eorum qui has dignitates confundunt, eò quòd ſæpe vtræque nominentur in iure ſimul vt diuerſæ [z]. Quidam & ſupremam poſt re- 7
giam poteſtatem baronis, quòd ad clientelaria iura pertinet, putant: eóſque barones à verbo Græco βαρεῖν dictos autumant [a], quòd grauitate dignitatéque cæteros dominos beneficiarios anteire debeant: eiúſque rei teſtimonium ex Cicerone citant ad Atticum [b]. *Apud potronum & reliquos barones te in maxima gratia poſui, &c.*

N 3

a hæc tradit Antonius de la Sale, in lib. quē inſcripſit la Salade, capite vel li. 12. comment vn Cōte ou puiſſant Baron ſe peut faire Marquis.
b præd. author eo. c. vel lib. 13.
c Idē author la Sale, eod. vol. lib. vel c. 14.
d l. 4. leg. Frācicarū c. 4. de comitib. ad cuſtod. maritimā deputa.
e Chaſſan. in procē. com. cō ſuet. Burg. ad verba comté de Flandres.
f Bart. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, de dā. infect. Angel. in l. eorū, eo. tit.
g Bald. in authē. ei qui iurat. in 4. Charta de bon. author. iudi. poſſid.
h in conſuet. Turoniæ titu. des droictz de baronie.
i aux couſtumes d'Amiēs, tit. des droictz & Amandes des Seigneurs art. 112.
k conſuetud. Andiū. titulo des droictz de barō, artic. 47. du Maine tit. des Seigneurs & barons art. 54. 55.
l ex cōſue. Turoniæ art. 47.
m proximè citatæ & aliæ.
n Hector Boeth. lib. 2. Hiſto. Scotticæ.
o Flaui. Blōd. lib. 5. deca. 2.
p lib. frederici. 2. c. 11.
q lib. 2. leg. Indium. c. 47.
r Bald. in cap. vno de legatorum, de offi. de leg. & in cap. 1. qui feudum da. poſſunt.
s Boer. ad cōſuet. Bitur. de iuriſd. om. iud. §. 1. glo. 3.
t Bald. in c. innotuit, de electio.
v Barb. in repetitio. extrauag. volentes.
x in c. 1. quis dicatur dux, march.
y Iacob. Curtius Iunio. in 2. part. tractat. feu. in 1. quæſtio. de perſonis laicis.
z in extraua. volentes in c. fundamēta, de electi. in ſex. cap. grandi de ſuppl. neglig. prælat. in 6.
a Alc. libr. 5. παρ. c. 16.
b lib. 5. ad Attic.

a Ioan. Brecheus, ad conſuet.municip. Gall. cap. des droictz de Baron.art.1.
b Cæl.Rhodi. lib.18.c.30.

18 Vbi tamen alij Varrones legunt. Alij [a] barones à
forma ædificij clientelaris deducuntur, quòd do-
mus vndique occluſæ & ſubſtructæ turribus, bar-
reis, à Paleſtinis dicantur teſte Rhodigino [b]. Sed
ſi ex alijs linguis noſtram interpretari liceat,
mihi verior declinatio videtur ex Hebraico ſer-
mone, vt baro dicatur veluti creatura noua, &
creatio quæ non ſit nec dux, nec marchio, nec co-
mes, ſed nouum quid. Sic enim Hebræi dicunt,
bara ברא creauit & בריאה figmentum crea-
turam nouam, vel à barah ברה elegit, vt dicatur
19 baro electus. Et apud Rabinos [c] etiam בריון
barion dicitur ſatelles, qui dicitur vulgò ſpatha-
cinus, *Spadacin*. In Gallia ſunt duæ ſpecies affines
nobilium & feudorum, quas dicunt *de benneretz
& barons*. Benneretus iure ſuæ dignitatis ante-
quã talis dici mereatur nobilis eſſe debet genere
in quarto gradu, poſſidens in ditione decem ſcu-
tarios bacchalarios armorum, id eſt, decem vaſ-
ſallos, habens ſufficiens patrimoniunm, quò poſſit
ſecum ducere quatuor aut quinque nobiles co-
mites continuos cum equitibus duodecim aut
ſexdecim. Fit autem benneretus, cùm princeps
huiuſmodi perſonæ conceditur vexilli ius, & ex
vexillo peditũ in acie, vel extrà, die ſolemni ſacris
peractis, adimit acumina, vocãt *la queuë du pennon*,
fitque labrum, id eſt, equitum vexillum, vocant
*Cornette*, eúmque equitem facit, ſi iam non eſt.
Quòd ſi ditior hic fiat bẽneretus, & habet vnam
benneretam, aut ſex equites bacchalarios, qui
poſſideant ſinguli in cenſum ſexcentas libras ex
eius ditione ſeu feudo, tunc poſſunt ex licentia
principis, baronis nomen ſibi aſciſcere. Ioannes
Butelerius in ſumma raruli, tit. *du droict au baron*.
cautum ait, Ne barone minor auſit capere falco-
nes ſeu accipitres, aſtorgios, *autours*, lanarios
*laniers*, gyrofalcos *gerfauts*, abſque permiſſu
baronis. néve ardeolæ *heron*, moliatur inſidias
quiſquam niſi auium, quibus capiuntur aucupio
excepto barone. In conſuetudinibus quoque An-
dium titulo de Baronib. *l'eſpaue du falcon, & du
cheual d'eſtrier qu'eſt cheual de guerre, courſier, ou
de lance, appartient au droict de baron.* vocat eſpa-
ue errantem ſine domino falconem, vel equum
militarem.

c Rab.in Schemoth.ra.c.30.

## De caſtellanis, & valuaſſoribus, & vaſſis. Cap. II.

1 *Valuaſſores regni, qui hodie capitanei, & minores valuaſſores qui.*
2 *Valuaſſores vnde dicti.*
3 *Valuaſini qui, & valuaſſorum tres gradus.*
4 *Vaſſorum minorum feudum adimi poterat, iure communi feudorum, non conſuetudine Mediolanenſi.*
5 *Seniores in iure feudorum qui, & inde vox* Seigneur.
6 *Vaſſi idem quod vaſſalli.*
7 Vaſſalar *quis dicatur lingua Agarenorum.*
8 *Viſiri Baſſi.*
9 *Begler, Beghi, Baſſi qui.*
10 *Imperij Turcici duæ generales partes, Natolia orientalis, Romania occidentalis, & ſingulæ in prouincias quæ ſunt ſexaginta ſex.*
11 *Militibus à Turcis in prouincijs agri aſſignati, qui dicuntur Thimarchi equites.*
12 *Decimæ dantur Thimarchis militibus ab incolis, vt viuant & alant equos.*
13 *Qui milites habent agros feudatarios apud Turcas, & qui ſtipendia.*
14 *Agri etiam quibuſdam militibus ab Ottomanis principibus diuiſi, vt equites exhibeant aut pedites.*
13.14 *Militares Ianizarij, Aſſapi, Alcauzi, Moſelini apud Turcas qui.*
15 *Feudum iure hæreditario apud Turcas nemo poſſidet Satraparum.*
16 *Bacchalarij qui ſint.*

DE Caſtellanis cùm in diuiſione feu- 1
dorum antè dixerimus [d], non loquar
amplius, ſed tantùm de valuaſſoribus.
Qui à ducibus, marchionibus, vel co-
mitibus feudum capiunt, regis vel regni valuaſſo-
res propriè dicuntur, hodie capitanei, qui & ipſi
feuda dare poſſunt: qui autem acceptum ab ipſis
feudum dare poſſunt, minores valuaſſores dicun-
tur [e]. Valuaſſores putant dictos, quòd ad valuas 2
ſtarẽt dominorum: ſicuti & apud reges Hebræo-
rum fiebat [f]. Minores valuaſſores valuaſinos 3
quoque dixerunt [g]. Et iterum qui à minoribus
valuaſſoribus feudum accipiebant, dicebantur
minimi valuaſſores. Sic itaque tres gradus val-
uaſſorum, maiorum, minorum, & minimorum [h].
Erátque liberum communi iure minoribus, au- 4
ferre à minimis feudum pretio reſtituto, ſi illud
illis vendidiſſent [i]: non tamen licuit Mediola-
nenſi conſuetudine, qua eiuſdem iuris ſunt mini-
mi, ac maiores [k]. Horum omniũ reſpectu ſenio- 5
res [l] dicuntur duces, comites, marchiones, qui à
rege feudum accipientes, alijs dederint, quaſi pri-
mi feudatarij ante maiores valuaſſores. Ex voce
hac, ſeniores, deducta vox, *Seigneur*. Valuaſſores
etiam milites dicuntur ſeniorum. Ita enim ſæpè
Conradus 1. in lege addita, Francicis & Lango-
bardicis [m], titulo de beneficijs, & terris tributa-
rijs vſurpat. Sic vſurpauit Pipinus [n], in lege quam
de re intertiata hoc modo tulit: *Vt nullus comparet
caballum, bouem, iumentum, vel aliam rem, niſi il-
lum hominem cognoſcat, qui eum vendiderit, aut de
quo pago eſt, vel vbi manet, & quis eſt eius ſenior.*
Dicebant Franci vaſſallos & vaſſos, vt extat titul. 6
de vaſſis dominicis [o], & Ammonius [p] ait Caro-
lum Magnum ordinaſſe per totam Aquitaniam
comites, abbatéſque, nec non alios quàm pluri-
mos, quos vulgo vaſſos, inquit, vocant, ex gente
Francorum. Et alibi tradit [q], Taſſilonem ducem
Baioariorum veniſſe cum primoribus gentis ſuæ,
& more Francico in manus Regis, in vaſſaticum
manibus ſuis ſemetipſum commendaſſe: fidelita-
témque tam ipſi Regi Pipino, quàm ipſis filijs
Carolo, & Carolo magno iureiurando ſupra cor-
pus ſancti Dionyſij promiſiſſe, &c. ſimiliter &
omnes primores ac maiores natu Baioarios.
Quidam dicunt appellatos vaſſallos, à vas vadis,
eò quòd in forma fidelitatis obligationem iura-
uerit domino, alij dicunt à nomine Francico vaſſi,
quod fortem ſignificat. Nempe quòd domini feu-
da delectis fortibus militibus concederent. *Baſ- 7
ſalar* lingua Turcica homines præcipui dicuntur,
vt ſi liceat ita loqui, capita, qui propter conſilium
ſemper principem comitantur [r]: ſic Satrapæ &
maioris dignitatis homines, Turcis etiam appel-
lantur Baſſæ, quorum & alij alijs maiores. Sic
baſſæ à baſſis alijs pro dignitate honorantur [s].
Súntque quatuor præcipui dicti *viſiri baſſi*, id 8
eſt, principes imperatoris conſiliarij [t], qui c[illegible] ater
in hebdomada ſedent pro tribunali in lo[illegible] [illegible]ui
[illegible]ır

d ſupr.c.3.nume.12.
e §.1. qui feu.dar.poſſ.lib.1. Feud.tit.1.§.1. quis dicat. dux, march.li.2.Feud.tit.10.
f 2.Reg.ca.11.
g d.§.1.quis dicatur dux, march.
h §.1.an maritus.ſucceſſ. vxor.in benefi. lib.1.Feud.tit. 15. §. 1. quib. mo.feu.amitt. eo.lib.tit.17.
i §. 1. de feu. minor.valuaſſor.lib.1.ti. 16. §.ſimiliter, de lege.
k §.1.quis dica. dux, march.
l § 1. quibus mod. feudum amitta.
m in fin. leg. Francica.
n libr. 5. legis Francor. in ll. additis Pipini, tit.9.
o lib.4.legum Francic.c.4.& 68.75.
p Ammo.libr. 5.de geſt. Frãco.c.1.
q idẽ Ammo. lib.4.c.64.
r Bartholo. Georgeuith. libr.2.de afflictio. Chriſtia. ſub Turca.c.2. de militia.
s Paul. Iouin. de reb.Turcic. in Solima. Selini filio.
t de his & ſeq. vide Chriſtop. Richerium de rebus Turca. libr.2. Iouium vbi ſup. & di. Barthol. Georgeuith Ioa.Cuſpinia, in Cæſarib. poſt Selim. Ottomanum.tit.de militia Turcarũ.



dicitur Duyam, vt audiant legatos nationum, &
ſupplicationes hominum quas imperatori refe-
9 runt. Et poſt hunc quatuor viratum eſt duum vi-
ratus duorum, qui Beglerbeghi principes præſi-
diorum prouinciarum imperij Turcici, quod in
duas generaliter partes ſeu fines eſt diuiſum,
orientalem, quam Natoliam, & occidenta-
10 lem, quam Romaniam dicunt. In Natolia 36.
præſides vexillares, qui Turcarum lingua di-
cuntur Sangiarchæ. In Romania 25. Et ita Agare-
norum regna in vnam & ſexaginta prouincias di-
11 uiſa. Et in qualibet conſtituti milites quibus agri
aſſignati ſunt, vnde viuant, qui Thimarchi appel-
lantur. Omnium poſſeſſionum militarium ad im-
peratorem pertinet collatio. Quilibet tamen
duorum Belglerbegh, in ſuis prouinciis conferre
poteſt, cui vult poſſeſſionem aſcendentem ad
ſummam aſprium quinque millium, hoc eſt, du-
catorum centum. Thimarchis militibus equiti-
bus ſingulis ager ab imperatore aſſignatur, ex quo
quiſque eorum cum quatuor loricatis viuere
12 poſſit. Et ſic ager vnus quinque equites nutrit,
ex decimis ſcilicet, per ſubditos prouinciarum, de
domibus & omnibus terræ naſcentibus datis, ſi-
miles ita naturæ feudorum. Sic in Romania fe-
runtur quatuor millia & quingenti huiuſmodi
agri, militum itaque 22. millia & quingenti, in
Natolia quinque millia & quingenti milites, qui
parati ſunt ad bellum, & obediunt ſuis præſidi-
13 bus. Nec tamen omnibus militibus ita agri vel
beneficia data: Nam Ianizarij pedites ſolidarij
ſunt & ſtipendiarij, qui ſequuntur imperatorem:
& Aſſapi milites gregarij equites & pedites ſo-
lùm ſtipendio conductitij. Quibus & accedunt
Alcauzi milites dicti fortunæ ſine ſtipendiis, ſolis
prædiis viuentes, quinta parte reſeruata ex lege
14 Alcorani imperatori. Refert Iouius [a] quoſdã eſ-
ſe ex Turcica natione, quibus olim à principibus
Ottomanis agri variis victoriis acquiſiti, pro ſin-
gulorum meritis ſic diſtributi ſunt, vt vnuſquiſq;
pro ſingulo terræ iugero, quod accepiſſet, equi-
tem vnum, aut duos pedites, quoties maiora in-
ſtant bella, exhibere principi teneatur, qui vo-
15 cantur Moſellini. Sed Bartholomæus George-
uith [b] notat, apud Turcas nullum ex Satrapis
poſſidere prouinciam aut ciuitatem aliquam iure
hæreditario, vt poſt obitum, liberis, vel ſuis ſuc-
ceſſoribus poſſit relinquere, ſine conſenſu ſui re-
gis: priuaréque principem quando voluerit eo be-
neficio poſſidentem, quod tamen ſi ei non ade-
merit, eius eſſe vſque ad mortem. Poſt obitum
autem, ſi eius ſucceſſores velint pactum traditio-
nis ſeruare, nempe præbere tot milites quot præ-
ſtare poſſeſſores adiguntur, admitti: ſi ſecus, aliis
16 dari. In Gallia olim capitanei quidam, qui fere-
bant vexilla peditum, minores erant benneretis,
qui vexilla ferebant equitum, & bennereti, mi-
nores baronibus. Bacchalarij ſub benneretis erãt,
qui ſimplices vaſſalli nunc dicti ſunt, de quibus
diximus paulò antè in fine capitis ſuperioris.
Nec dubito Bacchalarios hos dictos fuiſſe à no-
mine Turcico *baſſalar*, de quo diximus [c]. Ne-
minem enim latet exercitum Chriſtianorum in
Agarenos diu pugnaſſe cùm Hieroſolymam ex-
pugnarunt, & regnum illud Saladini debellarunt:
vnde & pleraque nomina apud nos commearũt.
Poſſunt & Bacchalarij armorum antiquis dicti,
Latinis nominari tyrones. Sed & ij aliud feudum
non habebant quàm annonam, quando in ſcholis
armorum degebant [d].

a Paul.Iouius libr. de rebus Turcicis in ordi.Turcicæ militiæ.
b Georgeuith li.2. de Turca. tit.c.2.
c Sup.nu.7.
d de quibus, in tit.de tyronibus.44.

## De ſexu conſiderando in feudis. Cap. 12.

1 *Fœminæ quare regulariter feudorum incapaces ſunt.*
2 *Fœminæ non ferunt teſtimonium in feudis.*
3 *Fœminarum maſculi in feudo non ſuccedunt.*
4 5. *Fœminæ quibus in caſibus iure tenere poſſunt feudum.*
5 *Feuda quædam, quæ tenentur pro annuo reditu.*
6 *In Gallia, excepta ſucceſſione regni, fœminæ ſicut in aliis regionibus ſuccedunt in feudo.*
7 *Caria ex regno Satrapatus facta.*

SExus diſtinctio habetur in feudis. 1
Nam cõmuni huius iuris regula, mu-
lieres incapaces feudorum ſunt, nec
in eo ſuccedunt [e]: quia feuda militi-
bus regulariter dari ſolent, qui armis poſſunt iu-
uare principem, quod alienum eſt à mollitie mu-
lierum [f]: Tum ſecundò, quòd publica honeſtas
cœtui virorum eas immiſceri non patiatur [g]: ea-
rum fragile conſilium, & facile mutabile genus [h]:
adéſtque periculum ne conſilium domini dete-
gant, vt Baldus notat, & alij [i]. Imò nec mulieres 2
idoneæ ſunt ad ferendum teſtimonium in cauſis
feudalibus [k]. Proinde non ſolùm ille repelluntur 3
à feudis communi iure, ſed etiam filij illorum ma-
ſculi, quia mater non eſt apta ad operandam tranſ-
miſſionem [l]. Iure tamen ſpeciali receptum eſt 4
fœminas in aliquibus caſibus capaces feudi eſ-
ſe [m], vt ſi pacto caueatur admitti fœminas [n]. Suc-
cedunt enim tunc, ſed deficientibus filiis, quia
priùs de feudo maſculus fuerit inueſtitus [o]. Item
ſuccedunt, ſi feudum maternum ſit, vel fœmi-
neum [p], & dummodò maſculi non ſuperſint, qui
filiabus præferuntur etiam in his [q] quamuis re-
motioris gradus ſint [r]. Admittuntur etiam fœ-
minæ ſi illæ expreſsè à dominis inueſtitæ ſint in
feudo nouo vel reuerſo, vel ſi redemerint feu-
dum [s], vel ſi feudum francum ſit & liberum [t].
Si emptum feudum ſit, & quod non ſit datum
pro aliquibus ſeruitiis [v]. Sunt enim feuda quæ 5
tenentur pro annuo reditu, quæ non habent ſer-
uitium perſonale, quæúe per mutum etiam & ſur-
dum, alioquin inhabiles perſonas, teneri poſ-
ſunt, & ita quoque per mulieres [x]. Idem ſi
feudum ſit exiguum [y], vel ſi conſuetudo ſit, vt
ſuccedat filia, vel neptis, vt maſculi, vel ex lege
familiæ, vel ex fide feudi, vel ratione loci pa-
triæ, vt fit in Sicilia, non exiſtente maſculo [z].
Et in Gallia etiam titulos patriciatus ſeu parium 6
Franciæ ad fœminas peruenire, veluti hoc iure
connexo prædio beneficiario docet & pluribus
exemplis probat Rhenatus Chopinus [a]. Et in
Scotia, Anglia, Flandria, Armorica, Hiſpania,
aliíſque regnis & ſuperioribus feudis principa-
libus, conſtat filias & fœminas deficientibus ma-
ſculis ſuccedere, excepto Gallico imperio, ex
lege propaginis, de qua diximus in præludiis
optimi iuriſconſulti, & magiſtratus, propter
legem Salicam [b], quæ neque in fuſum vel in
colum patitur haſtam Francorum & Gallorum

e §.& quia vidimus, qui feud.dar.poſſ. §.1. de nat.ſucceſſ.feu.li.2.ti. 50.§.1. de feu. fœm.
f c. ſicut non, 32.q.2. in l.qſquis, §.1. ad l. Iul.maieſta.C.
g L.maritus, l. 21. de procur. C.l.ſancimus, de recep.arbi. C.l.2.§.1.de iis qui veni.ætat. impetra.
h c.forus, de verbor.ſig.l.ſi parer, de ſponſal.C.
i Guil.Bened. in c.Raynu. in verſi.duas habens filias, nu. 21. & ſequ. de teſtam.& hæc contraria naturę feudi docet §.1.de no. form. fidelita. Chaſſa. in §. 5. verſ.16.videndum eſt rubr. des fiefz, in conſuet.Burg.
k §. 1. in fin. quot teſtes ſint neceſſ. ad proband.nou. inueſtir.
l Guil. Bened. in c.Raynuti[a], verſi.duas habens filias, nu. 32.de teſtam.
m caſus ſpeciales ſequentes vide apud Iacob. de Curte tract.de feu. 3. part. Boeriũ in §.6.de conſuet. feu.gloſ. 2.in conſuetu. Bituri.gl.in c. 1.§. Conradus de iis qui feu. dar.poſſ.
n §.& quia vidimus, eo. vide Soci.conſi. 19.& tex.in §. 1.de natu. ſucceſſ.feu.lib. 2. tit.50.
o epiſcop. vel abb. &c. §. pen.& in c. filia, de ſucceſſ. feu.§..qui ſibi, de eo qui ſibi vel hæred.ſuis maſcul.&c.
p §.1. de natu. ſucceſſ.feu.
q §.1. de feud. fœmi.Ludoui. Roma. conſil. 367.
r Guil.Bened. in c.Raynuti[a], ad verba in eodem teſtam.1. num.191.
s §.1.quæ anad. feud.ad filiam pertin.Raphia. Fulgo. conſ.4. incip. ad id de quo quæritur.
t Bald. in d.§. & quia vidimus. Idem in l.quoties, de ſuis & legitim.tamen tenet contrar. & probat Ludouic. Rom.ſingular.177.
v Odofred.in ſua ſum.tit.qui poſſ.ſucceed.in feu.Bal.in d.§.& quia vidimus.
x Bald.in l.liberti libertæque, de operib.libert.C.Bald.in fin.tit.de pace conſtan.in verbo libellariæ.
y Roma.conſil.367.
z Andr.de Iſer.in d.§.& quia vidimus, qui feu.dar.poſſ.
a Rhenat.Chopi.lib.3.de domanio.c.7.num.7.& 8.
b in ll.Salic.tit.62.§.fin.

victricem commutari [a].In aliis autem feudis ſuc-
cedunt,vnà cum filiis fœminæ,in Gallia etiam,vt
ait Ioannes Faber [b]. Quia iure eius, ad inſtar pa-
trimonij feuda redacta ſunt [c]. Et poſſunt mulie-
res obſequia belli per alios præſtare, quæ per ſe
non poſſunt. Ea ratione ſuccedunt & iure com-
muni in feudis ligiis fœminæ vt filij [d]. In Sueuia
Germanica, fœminas in feudis ſuccedere potiſſi-
mùm eccleſiaſticis & ignobilibus, rarò autem in
mobilibus teſtatur Zazius [e]. Elizabetham regis
Bohemiæ filiam,anno 1310. de paterno regno in-
7 ueſtiuit [f] ſum.pontif. Alexander Magnus ſubacta
Caria,eam ex regno Satrapatum fecit, quem tri-
buit Adæ Hecatomni filiæ, quæ obuiam ei acce-
denti cum exercitu in Cariam venerat Alinda ci-
uitatem quæ ſibi erat reliqua,regno Cariæ ſpolia-
ta tradiderat,& Alexandrum ipſum in filium ado
ptauerat,vt author eſt Arrianus, qui & addit vſi-
tatum fuiſſe in Aſia,iam inde à Semiramide,vt &
virorum regum vxores regnent [g]. Ferunt etiam
mulieres apud aliquas gentes imperaſſe,& aſper-
natas mollities muliebres, turmas pugnantium
virili ingenio & manu rexiſſe:vt Penteſileā Ama-
zonum reginam, & alteram Hyppolitem [h]:Tho-
myrim Scytharum reginam,quæ Cyrum & exer-
citum eius vicit & proſtrauit [i]: Artemiſiā reginā
Cariæ,quæ Rhodios vicit [k]:Camillam Volſcorū
reginam [l],quibus & plures coniungere facile eſt.

a Guil.Bened. in c.Raynut.in verbo duas habens filias,nu. 118.119.120. & ſeq.
b Benedict. in prox. cita.loco,nu.67.Ioā. Faber,in auth. ingreſſi. de ſacr.eccle.
c In proximè cita.locis,in c. ſignificauit,de reſcri.in princi.Idem Ioan. Fab.in titu. de legi.patro.tu. in fi. Zabarel. Gard.con.64. Gui.Pap.q.59. & 133.Alexan. conſil.30.in 1. par.cōſi.incip. quoniam omne datum.
d Alex.d.conſil.30.in 2.co. parte.1.Conſi.
e Zaz.tractat. Feu.ti.de feu. ſucceſſ.
f Ioan.Triten. c.30.
g Arria.li.1.de Alex.expedit.
h de quibus Propert.in 2.
i Herodo.in 1.
k Herodot.
l de ea Virgil. 7.Æneid.

## De baſtardis, aliiſque perſonis in feudo notandis. Cap. 13.

1 *Naturales tantū filij in ſucceſſione feudi inhabiles, etiā in feudo materno legitimati quoque.*
2 *Vt ingratus exhæredatus filius, in feudo paterno vel auito vt ſuccedet.*
3 *Item filij Laici, qui eccleſiaſticæ perſonæ ſunt, in feudo non ſuccedunt.*
4 *Filij quoque non ſuccedunt nati ex ſecundo matrimonio ad Morganaticam contracto:non clericus,religioſus,adoptiuus.*
5 *In dignitate marchionatus, comitatus, &c. non ſuccedebat olim hæres,hodie contrà.*
6 *Decedente vaſſallo in feudo noui ſine maſculis liberis,dominus ei ſuccedit.*
7 *Mutus,cæcus, ſurdus, fœmina in quo feudo ſuccedunt.*
8 *Aſcendentes deſcendentibus quando & quomodo in feudo ſuccedant.*
9 *Ignobilis,eccleſiæ,fratriæ,quomodo in Gallia feuda poſſidere poſſint.*
10 *Perſonæ non prohibitæ, capaces feudi ſuccedunt & agnati in feudo paterno.*
11 *Filius inſtitutus in re certa à patre, æqualiter ſuccedit in feudo cum aliis,& quando præteritus, & nepotes.*
12 *Agnatus repudiata hæreditate defuncti, feudum poteſt retinere: filius hoc non poteſt inuitis agnatis proximioribus.*
13 *Collaterales in feudo nouo ſuccedunt vſque ad ſeptimum gradum,proximiores in antiquo vſque ad infinitum.*
14 *Fratres vterini & conſanguinei quomodo in feudo ſuccedunt.*

1 NAturales tantùm filij ad ſuccedendum
in feudo ſunt inhabiles [m], etiamſi ſit
feudum maternum [n]: quod detrahit
iuris communis diſpoſitioni. Quam-
uis poſteà fiant legitimi, nec ſoli, nec cum aliis [o]:
etiamſi tempore,quo patri datur feudum, legiti-
mati inueniantur, ne præiudicium fiat domini s
feudi [p]:niſi dominus concedens feudum expreſsè
pro filiis natis & naſcituris ſciuiſſet naturalem
valuaſſori eſſe ſolum [q],& niſi legitimarentur per
ſubſequens matrimonium [r]. Hodie in Gallia,
cùm ratione ſucceſſionis feuda inſtar ſint patri-
monij,& legitimati quomodocunque vt & filiæ
ſuccedant [s]. Inhabiles quoque ſucceſſioni feudi 2
paterni filij ex delicto exhæredati & ingrati, adi-
ta ex teſtamento per hæredem hæreditate, non
autem ſi alia cauſa ob fauorem exhæredentur [t].
Quin & Iacob.de Ardizo [v] ſcribit, ingratum fi-
lium non poſſe feudum aui iure ſucceſſionis ha-
bere,eò quòd per manus patris, & ex eius perſo-
na videtur habere. Quod & probat Aluarotus [x].
Sunt quoque inhabiles filij laici facti eccleſiaſti- 3
cæ perſonæ,nec in feudo paterno ſuccedere poſ-
ſunt,nec per ſe nec per ſubſtitutum, ſi in maiori-
bus ordinibus ſacris fuerint cōſtituti,putà ſi ſub-
diaconi ſint, vel diaconi, vel presbyteri: alioquin
adeptus minores tantùm, cùm & vxorem ducere
non prohibeatur, nec erit feudi incapax [y]. Sicuti
nec perſona eccleſiaſtica à feudo tēporali eſt alie-
na,quando illud eſt cum reali ſeruitio [z], vel fran-
cum,in quo & ſuccedit monaſterium pro mona-
cho [a]. Sicut & alij quidam caſus excepti, quos &
principalem quoque quæſtionem num clericus
aut religioſus ſuccedant in feudo paterno fuſiſ-
ſimè tractat Chaſſaneus [b],& argumentis in vtrā-
que partem adductis & reſolutis. Iacobus Cur-
tius in altero membro tractatus feudorum tertiæ
partis,in 10.quæſtione, diſputauit, & eam Marti-
nus Laudenſis variè, Cardinalis Mediolanenſis
& alij,quos refert Curtius, pro quo textus vide-
tur eſſe expreſſus [c], & ego ei ſubſcribo. Nam & 4
qui clericus efficitur, aut votum religionis aſſu-
mit, hoc ipſo feudum amittit [d], idipſúmque ſta-
tutum,ſi fiat quis canonicus [e]. Adoptiuus quo-
que in feudum non ſuccedit [f].Neque filij qui na-
ſcuntur ex muliere minùs nobili ducta, extanti-
bus prioris matrimonij liberis, & contracto ſe-
cundo ea lege,ne nati poſteà ſuccederent,ex lege
Salica vel Morganica [g]. Nec in marchionatu,du- 5
catu,comitatu,vel alia regali dignitate, olim ſuc-
cedebat hæres, hodie contrà [h]. Putant quoque
aliqui [i], ex conſuetudine regni Galliæ, minores
maſculos 20.ann. & fœminas 24. non poſſe in eo
feuda regalia tenere ſine diſpenſatione principis:
ego non puto illam generalem, forſan tamen in
Normania ſingularem,vel alibi. Et ſi duo fratres 6
ſimul inueſtiti fuerint de beneficio nouo, & non
de paterno,ſi vnus eorū ſine deſcendentibus ma-
ſculini ſexus mortuus fuerit, dominus ſuccedit,
non frater, niſi pactum hac de re conuētum ſit [k].
Mutus quoq; qui nullo modo loquitur, feudum 7
non poteſt retinere, quippiam tamen ei alimen-
torum gratia ex eo relinquitur [l]:idē in ſurdo,cæ-
co,quia ſeruire non valeant non ſecus quàm fœ-
minæ:paternum feudum tamen illi poſſunt reti-
nere & per ſubſtitutum inſeruire [m]. Firma quo- 8
que regula eſt, aſcendentes in feudis deſcenden-
tibus non ſuccedere [n], niſi contrarium ſit pa-
ctum, vel feudum contemplatione patris filio ſit
datum, vel ſi vetus ſit feudum & paternum [o].

m Iacob.de Ardizo in rubri. an naturales ſuccedant in feu.Aluaro.in cap.1.an mari. ſucced. vxo. Chaſſa. in cōſuet.Burg.§.5. circa finē verſic.item nemo poteſt.tit. des ſucceſſiōs de baſtardz.
n in l. ſi qua illuſtr. ad offic.C.
o §.naturales de.feu.defūct. conten.ſit int. dom.& vaſſal. li.2.Feu.tit.26.

p ſic decidit Lauden.in d. §.naturales,& Cardinal.Mediolan.
q Aluarot. in d.§.naturales, ob ſcientiam domini l. ſi. quis ita.de teſtam.tut.P.
r Andre.de Iſarn. & alij in d.§.naturales, arg. cap. tanta qui filij ſint legit. Felinus in c.in præſentia, 10.col.de pb.
s Guido. Pap. deciſ.59.
t examinat Ioan.Andr. in Sūma de ſucceſſ. feud. ſub rubr. an filius ſucced in feu. Iacob.Curt.in altero mēbro tertiæ partis. tract. de feud. nu.6.& 7.
v Iaco.de Ardizo in Sū. de ſucceſſio. feu. rubr. an agna. vel filius defūcti feud. retinere poſſ. lib. 2.Feud.tit. 45.
x Aluarot. in §.& quia vidimus, col. 10. qui feud. dar. poſſ.
y Calderi.cōſ. 2.titu.de feud. Bar.& Aluaro. in §.& quia vidimus, de iis qui feudū da. poſſunt.
z Feli. in c. in præſentia, de probat.
a Idem in d.c. in præſentia, limitat.1.Bald. in auth.niſi rogati,ad Tre.C.
b in conſuet. Burg.titul des fiefz. §. 5. ad verb. excepté les religieux.
c c.1.de feud. fœmi.dum dicit cleric.nullo modo in beneficio pater. ſucced. §.1.de vaſſal.mil. qui arma belli depoſuit, libr. 2. tit.21.
d §. ſi quis per triginta verſi. qui clericus,ſi de feud. def. conten.ſit int. dom.& vaſſ.li. 2.tit.26.
e glo.1.& 2. in l.1.quæ ſit Lōga conſuet. C. & ibi.Bald.
f §.adoptiuus, eo tit.26.
g §.1.de fil.natis ex matr.ad morga. contract. li.2.Feu. tit.29.§.ſi ij,& §. mulier habens feudum. ſi de feu. def. controuer. ſit int.

h §.1.iuncta glo.de feudo marchiæ vel ducat.
i Boer.in §.12.gloſ.1.de conſuet.iur.& ſtat.perſon.in conſuet.Bituri.
k §.ſi duo fratres,de feudo march.§.1.de ſucceſſ.frat.lib.2.Feud.tit.11.
l §.fin.epiſc.vel abbat.vel abbatiſſ.&c.
m §.1.an mutus vel aliàs imperfect.feu.retine.lib.2 ...ud.tit.36.
n §.1.de natu.ſucceſſ.feu.rationes ibi adferūtur à ... à Curt.in 5.par.tract.de feu.
o prob.Curt.vbi ſuprà, Aluaro.& alij in cap.1.de ... feudorum.

efendit



Defendit & Curtius [a], fructus feudi profectitij
vel aduentitij filij fami. eſſe patris, ea tamen lege
9 vt ſeruitium fiat. Docuimus & in diuiſione feu-
di dum de nobili agebamus, & ignobiles in Gal-
lia capaces eſſe feudorum, excepta Burgundia:&
eccleſias quoque, fratrias,capitula, & vniuerſita-
tes ſi morticinij ius impetrauerint, vt tradidimus
10 in fine c.diuiſionum feudi. Aliæ porrò perſonæ in
ſumma, quæ non prohibentur, capaces ſucceſſio-
nis feudi ſunt, & poſſunt id capere, vt & ſeruus
volente domino poſſit de feudo inueſtiri [b]. Et
ſuccedent maſculi deſcendentes vſque ad infini-
tum,& conſobrini [c] in feudo paterno,non in no-
uō [d]:etiam ſi emancipati filij ſint à patre, de cuius
11 feudo agitur [e]. Imò filius inſtitutus à patre in re
certa,æqualiter ſuccedit in feudo cum aliis [f].Nec
præteritus impeditur in ſucceſſione, etſi nolit di-
cere teſtamentum patris nullum [g]. Atque cum
deſcendentibus filiis vnà ſuccedunt nepotes ex
12 filio [h]. Et ſi contigerit vaſſallum ſine aliqua prole
decedere, agnatus ad quem vniuerſa hæreditas
inteſtati pertinet, poterit repudiata hæreditate
feudum retinere, nec obnoxius erit debitis de-
functi, niſi ratione fructuum exiſtentium: quam-
quam filius ſuccedens patri nòn poſſit hac diui-
ſione vti, ſed debet vel vtrumque repudiare, vel
retinere. Aut ſi voluerit conſentire, debet petere
nouè inueſtituram feudi à domino, & ita hæredi-
13 tatem repudiare [i]. Collaterales in feudis nouis ſi
poſſideat primò inueſtitus præmortuus, vſque ad
ſeptimum gradum ſuccedunt [k].In antiquis verò,
quæ peruenerunt multoties in deſcendentes ſuc-
ceſſio eſt collateralium in infinitum [l],qua diſtin-
ctione feudi iura ex diametro alioquin pugnan-
tia,conciliantur ex ſententia Iacobi de bello viſu,
Nicolai Neapolitani, Baldi, Aluaroti, & Curtij [m]:
14 Singulare autem præter ius commune hîc, fra-
trem vterinum tantùm, non ſuccedere in feudo
paterno [n], quia in feudis iure cognationis nulla
eſt ſucceſſio [o]. Nec frater vtrinque coniunctus
excludit in ſucceſſione collateralis alium fratrem
conſanguineum tantùm, & ſic coniunctum ex
parte patris,ſed pariter admittuntur [p].

a Curt.vbi ſuprà.
b §.per perſonam,per quos fiat inueſtit.
c §.1.de nat. ſucceſſ.feu. li. 2.tit.50.& c.1. §.& quia vidimus,qui feud. dare poſſ. §. ſi capitanei, de feu.march.c.1. an marit.ſucc. vxor.
d §.ſi duo, de feu. March. §. 1.de ſuc. fratr. §.ſi qs miles, ti.conſtitutio. feud. domini Lotharij lib.1. tit.19.
e Bald. in l. in ſucceſſione de ſuis & legi. C. Marti.Laud.& de Ardizo in Sum.de ſucce. feu.Curt.altero membro 3. part.feu.tract. nu.2.& 3.
f c.1.de ſucce. feu. Bart. in l. vt iuriſiurādi, §. ſi liberi, de op.li.in P. Aluaro.& alij. in d.§.& quia vidimus.
g Curt.vb.ſup. num.9.
h ca.1.de nat. ſucceſſ. feu. c. 1.de ſucceſſio. feud.
i §.1. an agna. vel fil.def.poſſit reti.feu.repud hæred.li. 2.tit. 45.§.filij, de capitaneo qui curiā vēdidit,li.2.tit.51.
k ſic intelligēdus eſt §.& qa vidim⁹. q. feuda.poſſ.& c.ſatis bene,de pb. feu.alien.
l ſic intelligēd. §.1. ſi vaſſ. feu. priuē. cui defera.§.1. de natu.ſucc.feu.
m præd.authores in §.ſi capitanei,de feud. Marchie,Curt. in 3.part.tract. feud.
n Angel.conſ. 106. incipiēte ſanctiſſima & illuſtriſſima regina.Martinus Laud. in §. & quia vidimus, qui feud. dare poſſ. & ibi Alua. 4.col.Chaſſan.in §.5.verſ. 3. nam licet, rub. des fiefz in conſuetud. Burgun.
o §.1.de gradi. ſucceſſ.in feu.
p Bald.in l.fin. C.de legit.hæred.Laud.in d. §.& quia vidim⁹,Bal.& Alu. in §.1.de grad. ſucceſſ.in feu. Bal. conſ. 422. incip.caſ⁹ talis eſt.Chaſſa.§.5. verſ.5.quia licet,rubric.des fiefz. in conſuet.Burgund.

## De modo conſtituendi feudum & de inueſtitura. Cap. 14.

1 *Iura feudorum moribus reguntur, ſequenda & natura feudo impoſita.*
2 *Feudi acquirendi præcipui modi, per inueſtituram & ſucceſſionem.*
3 *Quæ pro poſſeſſione & inueſtitura habentur.*
4 *Inueſtituram ſequitur fidelitas, fidelitatem adeptio poſſeſſionis, inueſtituráque facta & fide à vaſſallo data, tenetur dominus præcisè poſſeſſionem dare,nec poteſt pœnitere.*
5 *Inueſtitura duplex,verbalis & ſolemnis,& quid.*
6 *Inueſtitura ſymbolica verbalis, non facit plenè poſſeſſorem vaſſallum in feudo nouo, ſecus in ſucceſſione antiqui.*
7 *In inueſtitura ſymbolica tria,res,perſona,modus. Symbolum haſta,& quid,& quare haſta inueſtiendi detur,& ſeq.numeris.*
8 *Haſtæ geſtatio, deputata antiquis regibus pro diademate.*
9 *Haſta regum ſceptrum, breuis baculus,non haſta longa,& de ſceptro plura.*
10 *Haſta Guntranus data, regnum tranſtulit in nepotem, haſtæ prælatæ regibus Romanorum in ſymbolum regni, &c. Quirites ab haſta dicti.*
11 *Haſta porrecta beneficiario ſignum eſt beneficij conceſſi.*
12 *Iuramentum firmum per ſceptrum.*
13 *Inueſtitura in Gallia fit baculo, in Marchia ſtipite paleæ,alibi bibendo, alibi per pallium. & num.15.*
14 *Baculus paſtoralis pedum, ſymbolum dignitatis. Photio in Conſtantinopolitana Synodo, baculo, vt indignus dignitate,priuatus,&c.*
16 *Anulus aliud ſymbolum inueſtituræ.*
17 *Anulus D. Maurícij Sabaudiorum ducum inſigne.*
18 *Ius aurei anuli inſigne ducatus Venetorum.*
19 *Anulo dato Perdicæ, Alexander magnus eundem delegit ſibi ſucceſſorem,&c.*
20 *Aliud ſymbolum feudi traditionis, datio gladij & vexilli.*
21 *Coronæ ſeu diadematis traditio, ſymbolum tranſlati regni.*
22 *Clypeo imponebant & leuabant Franci reges ſuos.*
23 *De aliis inſignibus ducum,marchionum,comitum, vicecomitum.*

SCiendum eſt feudorum iura ex con- 1
ſuetudine magis pendere, quàm ex
poſitiuo iure ciuili aut pontificio [q]. Et
proinde cura erit hîc potior, percuncta-
ri mores regionis & familiarum, & feudi,ex qui-
bus regulam accipiant. Porrò ex conſuetudini- 2
bus feudorum, duo ſunt inſigniores modi, qui-
bus quis feudum acquirere poteſt, per inueſtitu-
ram videlicet & per ſucceſſionem [r]: ad quos alij
modi adipiſcendi poſſunt referri, nempe ea quæ
poſſeſſionem habent, & quæ pro inueſtitura ha- 3
bentur, veluti quòd ſteterit beneficiarius in poſ-
ſeſſione feudi vidente & ſciente domino,nec pro-
hibente, vel ſi adeptus poſſeſſionem feudi præ-
ſente curia, præcedēte licentia domini [s]:vel ſi tri-
ginta annorum ſit præſcriptio [t]. Inueſtituram ſe- 4
quitur fidelitas [v], fidelitatem vacuæ poſſeſſionis
adeptio,vel in poſſeſſionem miſſio [x]. Atque plus
eſt poſſeſſionem dare, quàm inueſtire [y]. Ex fide
tamen data & inueſtitura facta obligatus eſt do-
minus ad vacuam poſſeſſionem præſtandam præ-
cisè, vt non liberetur, præſtando id quod inter-
eſt vaſſalli,nec pœnitere poſſit inueſtiſſe [z]:dona-
tio enim per fidem acceptata videtur, & ita irre-
uocabilis [a].Diximus autem feudum donationem
eſſe in finitione,dum beneficiū vocauimus,quod
liberalitas eſt,quæ in donatione obtinet [b],& nul-
lo iure cogente fit [c]. Et proinde cùm contractus
dicatur nominatus donatio [d], non licet pœnite-
re [e],potiſſimùm cùm fidem dando, cliens iam ex
parte ſua contractum impleuiſſe videatur,& co-
gere ita poſſit dominum, vt ipſe quoque im-
pleat [f]. Accedunt & pacta in inueſtitura appoſi- 5
ta, quæ legem feudo dant, & quæ ſeruari conue-
nit [g].Inueſtitura,quædam eſt verbalis, quædā ſo-
lemnis: illa poſſeſſionem, vt diximus, deſiderat,
hæc nequaquā [h].Franciſ.Curtius iunior propriè
inueſtiturā eſſe ait,dū re ipſa & actu quis miſſus
eſt in poſſeſſionem. Quemadmodum homo ve-
ſtitus propriè, dum veſtes re ipſa induit: impro-
priè ſeu abuſiuè inueſtituram, quæ fit verbis in-
teruenientc actu aliquo corporeo: vt ſi domi-
nus dicat, inueſtio te per traditionem anuli vel
enſis,

q §.1. de feud. cognit. libr. 2. Feu.tit.1.
r §.fi.eod.
s c.1. de conſ. recti feu.lib.2. ti.33.c.2.in fin. ſi de inueſtitu. feud.int.dom. & vaſſ. lis oriat.
t §. ſi quis per triginta, ſi de feu.fuer.controu.int.dom. & agnat.vaſſ. Franciſ. Curt. conſ.25. incip. tria in facto.
v §.1. qd præced.deb. an in ueſti.vel fidel. li.2.tit.4.
x in §. ſi verò, qui ſucce.feu. dar.tenean.li. 1.Feud.tit.3. §. ſi.de no.for.fidel.li.2.tit.7.
y cap.viſis,16. q.2.
z §. fin. de no. for. fidel. §. ſi f cta,ſi de feu. def.cōtēr.fue. int.dom.& agnat.vaſſ. libr. 2.tit.26.
a §.2.de donatio.l.ſi quis argumentum §. ſin autem, C. eo.l. nuda ratio,eod.P.c. ſi tibi abſēti, de præb.in Sext.
b c.1.de donatio.ap Greg.
c l.donari, de reg. iur. l.donari,de donatio.in P.
d interp. in l. iuriſgentiū. §. quinimo, de pact.in P.
e l.ſicut, de actio.C.l.in cōmodato, §. ſicut, commod. in P.
f l.Iulianus,§. offerri,de acti. empt.in P.
g §. .de duob. fratrib.à capita.inueſti.libr. 2.Feu.tit.18.
h gloſſ. in §. ſi facta,in verbo dominū, ſi de feud.def.fuer. contro. inter domin.&c.

enſis,quod & textus vnicus expreſsè probat [a]. In
feudi ergo conſtitutione per inueſtituram ſym-
bolicam, adhuc non eſt plena acquiſitio: nam &
quamuis quis iuſſu domini verbali illa inueſtitu-
ra donatus feudo, poſſit quandiu vixerit rectè ſe
defendere, tamen non tranſmittet ius ad hære-
des [b],niſi hæredum mentio facta ſit in illa inueſti-
tura [c]: nec per illam inueſtituram cenſetur rei
tranſlata poſſeſſio [d].Facultas quamuis adipiſcen-
dæ poſſeſſionis detur [e], & plus ſit in hac inueſti-
tura,quàm in ſola promiſſione, quæ feudum non
6 conſtituit præcisè. Hoc tamen ita verum eſſe di-
cimus,quãdo de feudo nouo agimus,in quo poſ-
ſeſſionis apprehenſio exigitur, cùm antè nullam
habere videatur nec ciuilem nec naturalem be-
neficiarius: at in feudo antiquo quæſito per ſuc-
ceſſionem,arbitror inueſtiturã ſymbolicam ſuffi-
cere,cùm iam ſucceſſor continuare poſſeſſionem
videatur defuncti,& in ea eſſe,vt inueſtitura tunc
7 potiùs & verè confirmatio dicatur [f]. In inueſtitu-
ra ſymbolyca primùm res interueniunt, poſteà
perſonæ, dehinc modus Symbolum traditionis
feudi & cõſtitutionis vel inueſtitionis,eſt in feu-
dorum conſuetudine haſta [g].Haſta, inſtrumẽtum
militare inſigne,Δόρυ Græcis, vel λόγχη, qua mili-
tes ſtrenui vtuntur: vt haſtatus primus, ille qui
ducentos milites in acie ſecunda ducebat [h], &
haſtati qui primi in acie pugnabant. Et apud Sex-
tum Pompeium Feſtum de verborum ſignifica-
tione, *haſtæ*, inquit, *ſubiiciebantur ea quæ publicè
venundabant: quia ſignum præcipuum eſt haſta.
Nam & Carthaginienſes cùm bellum vellent, Ro-
mam haſtam miſerunt: Et Romani fortes viros ſæpe
haſta donarunt.* Symbolum ergo in hoc feudo
haſta, de pilo vix eſt quod ſymbolum conſtitu-
8 tum credam, quamuis ſi velimus in eo hærere,
poſſimus. Antiquitus reges haſtas pro diadema-
te habebant, quas Græci σκῆπτρα dixere. Nam &
ab origine rerum pro diis immortalibus veteres
haſtas coluerunt: ob cuius religionis memoriam
adhuc deorum ſimulachris haſtæ adduntur,vt te-
ſtis Iuſtinus [i], apud quem obſeruo ſceptrum ha-
ſta ſignificari,nempe baculum non ſudem vel ha-
ſtam longam,ſed breuiorem baculum quo inniti-
mur,quémve in manu ſolemus deferre, qualem
refert Homerus [k], Vlyſſem detuliſſe, & eo abe-
giſſe canes,

ἔζετο κερδοσύνῃ, σκῆπτρον δέοι ἔκπεσε χειρός

9 Itaque ſceptrum erat virga quædam breuis, ſed
regum inſigne propriè quod diis pagani ſuis tri-
buerunt,quorum voluerunt reges maieſtatẽ imi-
tari. Fingunt ita Poëtæ Iouem cõgregantem ſuos
miſellos deos,ſceptrum habuiſſe poteſtatis ſym-
bolum,vt apud Ouidium,

*Celſior ipſe loco,ſceptróque innixus eburno,*
*--ora indignantia ſoluit.*

Agamemnon quoque ad naues proceſſurus, &
regis illud inſigne ſecum detulit [l],

εἵλετο σκῆπτρον πατρώιον ἄφθιτον αἰεί.

Et à Deo hoc inſigne, illúdque ſymbolum eſſe
poteſtatis conceſſæ,docet idem Homerus [m],

--εἷς κοίρανος ἔστω.
εἷς βασιλεύς: ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω,
σκῆπτρον τ' ἠδὲ θέμιστας: ἵνα σφίσιν βασιλεύῃ.

10 Sic & tranſlatum regnum per hoc inſigne, vt ex-
tat exemplum antiquum,quando Gontranus rex,
quam manu tenebat haſtam nepoti tradidit,do-
nati regni ſymbolum [n]. Inſigne & regium, capiti
regis creati conſtituebatur, vt teſtatur Cornel.
Tac. [o] dum de Artaxia rege creato agit. Diadema

a in §.1. quid ſit inueſtit. li. 2.Feu.tit.2.

b §.1.quibus mod.feu.cõſt. pot.li.1.tit.24.

c §.ſciendũ,de conſuet. rect. feu. l. ſi pactũ, de probat. P.

d c.per tuas, & ibi nota.de donati.& c.ex literis,de con ſue.apud Gregor.§.1.de no. for.fidelit.

e Innocen. in d. c.ex literis, interpret.in §. 1. quid ſit inueſtit.

f §.1. quo tẽp. mi.&c.§.1.per quos fiat inueſt.

g §.1.quid ſit inueſtitura.

h Veget. & Varro, lib. 4. de ling.Latina haſta,q aſtans ſoleat ferre.

i Iuſti.ex Trogo, lib. 43.Hiſtoriarum.

k Homerus Odyſſ. ξ.

l Homerus Iliad. β.

m Homer. Iliad. β.

n Ammonius.

o Corn. Taci. lib.2.annal.

illud fuiſſe,vel teſtatur Valerius Maxi. quum no-
bilem pannum ait, miſeriis & ſolicitudinibus re-
fertum.Verùm & alia inſignia addebantur.Sícq;
popul. Roma. cùm regij nominis honorem, pro
magnis erga ſe meritis cuipiam daret, regem ac
ſocium appellabat, ſcipionem eburneum, to-
gámque pictam, palmatam tunicam cum ſella
curruli mittebat, vt & meminit Cornel. Tacit. [p]
Alia inſignia refert Gregorius in regeſtis, dum
ait, *Demetrius Croatiæ Dalmatiæq́; rex creatus,
vexillo ſceptróque & corona inueſtitus.* Haſtæ & ſe-
cures prælatæ regibus Romanis in imperij ſi-
gnum [q],vnde Quirites à quiri haſta, quæ præfe-
rebatur loco coronæ. Ergo haſtam ſeu ſceptrum 11
exhibuiſſe clienti & beneficiario, idem eſt, quod
ſignum electionis fortis viri & ſtrenui, militiæ
cauſa: & præmij fortitudinis, & fidei datæ gra-
tia poteſtatem illi dediſſe rerum beneficij, &
adhibuiſſe veluti ſummum iuſiurandum & fide-
lem promiſſionem. Sic & antiqui in fœderibus 12
componendis,vel in promiſſionibus iurabant per
ſceptrum,vel adigebantur per illud iurare: quòd
ſceptrum illis aliquid authoritatis & maieſtatis
referret,vt apud Homerum [r],

Ἀλλ' ἄγε μοι τὸ σκῆπτρον ἀνάσχεο ἠδὲ ὄμοσσον.

Inuenimus & apud Perſas & Medos,virgam, quã
tenebat rex in manu,ſceptrum videlicet aureum,
gratiam vitę concedere,& firmum ratúmque eſſe
beneficium cõceſſum ei,cui rex virgã oſculandã
porrexiſſet [s]. ſcribit Beroſus [t] Armenos & Ita-
los,Noam, qui apud vtroſq; regnaſſet, & legibus
mores vtrorumq; compoſuiſſet, ſignaſſe in ſcri-
ptis ſuis curſu ſolis,& motu lunæ, & ſceptro do-
minij, quo malos & noxios expellebat à cœtu
hominum,& caſtimonia corporis & ſanctimonia
animi, duabus clauibus, religionis & fœlicitatis.
Baculus etiã inter eccleſiaſticas perſonas ſignum 13
eſt paſtoralis dignitatis,pedũ dicimus. Quare le- 14
gimus in cõcilio Conſtantinopolitano [v], Marinũ
vicarium in eo ſummi pontificis, ingreſſo Pho-
tio ad ſynodum baculo innixo, iuſſiſſe ei auferri
baculũ, *quia*, inquit, *baculus eſt ſignum dignitatis
paſtoralis, quod hic habere nullatenus debet, quia
lupus eſt,non paſtor.* Accurſius notat baculum ſeu 15
ſtipitẽ paleæ datũ à cõtrahẽtibus pro inueſtitura,
& ſuo tẽpore in Marchia: at in Lõbardia bibere,
& alibi per pallium inueſtituram fieri [x]. Antiqui
quoque ſtipularionem ab ſtipulo, ſeu firmo, &
vtrumque ab ſtipite dixerunt [y]. Eſt aliud inſigne 16
inueſtiruræ anulus [z]. Cùm enim poteſtatem ad-
miniſtrandi reges dabant alicui, anulum ſuum ſi-
gnatorium porrigebant,vt quicquid libuiſſet,ſuo
nomine præſcriberent: erántque cæteris manda-
tis ea firmiora,quæ anulo regio ſignata erant.Sa-
baudiæ ducum ſymbolum anulus D. Mauricij 17
Thebarum legionis ducis & martyris, quem Pe-
trus primus Allobrox, impetrauit à Cœnobiar-
cha Mauriciano. Veneto duci hoc ius aurei anuli 18
indultum ab Alexandro 3. ſummo pontif. ann.
1170. quem proiiciunt in mare duces electi, vt
mare deſponſantes, & in poſſeſſionis adeptæ
imperij maritimi ſymbolum. Scribit Aemilius 19
Probus, qui aliis Cornelius Nepos [a], Alexan-
dro Babylone mortuo,cùm regna ſingulis fami-
liaribus eius diſpartirentur, ſummam rerum
traditam fuiſſe tuendam Perdicæ, cui Ale-
xander moriens anulum ſuum dederat, ex quo
omnes coniecerunt, eum ei regnum commen-
daſſe,quoad liberi eius in ſuam tutelam perueniſ-
ſent. De ſymbolo vſuq́ue anulorum plura videto
apud

p Corn.Tacit. lib.4. annal.

q Diony. Halic. in 5.

r Homer. Iliad. η. verſicul. 321.

s Heſter, cap. 4.& 8.

t Beroſ. in 3. Deflora. Hiſt. Chaldæo.

v in Concilio 8. Conſtantin. actio.7.

x Accurſ. in §.1. de verbo. oblig.

y in d. §.1.de verbo. oblig.

z Eſter, cap.3. & 8.c. ex Ore, de his quę fiũt à maio, par.c.

a Probus, in vita Eumenis.



20 apud Plinium [a]. Symbolũ aliud traditionis feu-
di, gladij, aut vexilli datio. Otho Fringingenſis
regna per gladium, prouincias per vexillum tra-
di ſcribit. Carolus Magnus inueſtiuit Ludouicum
filium de regno ante mortem ſuam,inquit Am-
monius [b],per ſpatham, quæ vocatur ſancti Petri,
fuſtem & coronam ex auro & gemmis.Et is rur-
ſum Ludouicum ait moriturum per Odonem &
Belginagenſem epiſcopum, & Albuinum comi-
tem,coronam & ſpatham,id eſt,enſem ac reliquũ
regium apparatum, filio ſuo Ludouico miſiſſe,
mandando illis qui cum eo erant, vt in regẽ eum
ſacrarent ac coronare facerent [c].In formula con-
ſecrandi regem & imperatorem ſcriptum eſt,Im-
peratorem dum Romanorum rex & imperator à
ſummo pontif. renunciatur, poſt ſacram vnctio-
nem manuum pectoris armorum & compagum
brachiorum,inter ſacroſancta lyturgiæ myſteria,
epiſtola dicta & ante lectionem ſancti Euangelij
accipere à ſummo pontif. enſem eductum ab al-
tari, in defenſionem ſanctæ Dei eccleſiæ, & ad
vindictam malefactorum, & laudem bonorum:
rurſumq́ue in vaginam repoſitum,eidem accingi
ab eodem ſummo pontif. & poſteà diadema re-
gni ei imponi in ſignum gloriæ, cum ſceptro in
manu dextera, & pomo aureo in ſiniſtra,cũ ora-
tionibus & benedictionibus.Additur & ibi oſcu-
lum,quod debet inauguratus ſummo pontifici [d].
Et Gotfridus Viterbienſis Chronicorum parte
19.horum regaliorum inſigniorum ſignificata fu-
sè explicat,& docet quid ſignificẽt crux,quæ da-
tur imperatori, gladius regalis, ſceptrum regale,
lãcea imperialis quæ fuit ſancti Mauricij, globus
aureus,qui & pomum & palla vocatur,crúxve ei
ſuperpoſita,duplex diadema, gemmæ, aurum &
21 criſta in coronis. Erant & alia inſignia transfe-
rendi regni, vt traditio diadematis, apud Valer.
Max. in ceſſione regni Cappadociæ in fauorem
22 filij facta ab Ariobazane [e]. Et cùm antiquitus
Franci regem crearent, eleuabant eum in cly-
23 peo [f]. Inueſtiuntur duces de ducatu per impoſi-
tionem cauſſæ ſeu pilei aurei ducalis vnionibus
ornati,marchiones de marchionatu,anulo in quo
eſt pyropus ſeu rubinus, gemma ſpecies carbun-
culi, quem imponit digito medio marchionis
princeps:comes de comitatu,anulo cum adaman-
tis gemma:vicecomites vicecomitatu,virgula au-
rea data:Baro, & benneretus, vexillo decurtato,
ſeu labaro [g].

a Plin. lib. 33. Hiſto. natura. c.1.& 2.

b Ammonius. libr. 5. Hiſtor. Franc.c.36.

c iiſdem verbis Ammoni', lib.5. Hiſtor.c. 39.

d hæc ſcribit Antonius, de la Sale, in poſtrema par. libri inſcripti,la Salade, tit.ordo ad coronãdum & inungendũ regem.

e Valer. Max. lib.5.cap.7.

f Ammon.lib. 3.cap.61.Adon Vienenſis,in comment.deca.4.

g d. Ant.de la Salade in d.li. c.11.12.13.14.

## De perſonis, quæ in feudi inueſtitu- ra cõſiderantur, & de fidei ſeu ho- minij præſtatione. Cap. 15.

1 *Perſonæ in inueſtitura quales,remiſſiuè.*
2 *Pares curiæ,qui.*
3 *Fidelitatis præſtatio erronea non minuit nec tribuit ius. Quædam feuda fidelitatis iuramentum exigunt, quædam minimè.*
4 *Fidelitas quid.*
5 *Fidelitatis iuramenti forma.*
6 *Hominiũ,Gallis* hõmage,*eſt iuramẽtũ fidelitatis.*
6 *Hominij vel fidelitatis formæ in Gallia duplex,pro feudo ſimplici,& pro ligio,& de vtraque.*
8 *Per ſe & per procuratorem hominium & iuramentum præſtari & recipi poteſt,niſi ineunda ſit perſonæ ratio in feudo.*
9 *Hominium per procuratorem præſtãt plures vaſſalli vnius heredes, & vni ex pluribus heredibus dominij vniuerſitas,eccleſia,minor, pupillus,& ſimiles.*
10 *Hominium & iuramentum fidelitatis quando tenentur præſtare beneficiarij, & intra quod tempus, quo non facto manus iniectio domino in feudum permiſſa.*
11 *Hominium quando & à quibus non debeatur pro mutatione vaſſalli.*
12 *Si pars feudi alienetur, an nouè hominium ab emptore præſtari debeat. Ruptio feudi & diuiſio quid,& quid* fied depie,& fied depiecé,*&c.*
13 *Feudum quis ſuum ſine alterius præiudicio poteſt onerare cenſu,hominio,reditu.*
14 *In hominio & iuramento fidelitatis, debent exprimi res & valor earum,& cẽſus.* Denombrement apres l'hommage,*intra quod tempus debeat dari,&c.*
15 *Feudalium rerum profeſſio, ſiue* le denombrement, *integra eſſe debet, & quare fiat, & de commiſſo eius rei cauſa.*
16 *Profeſſionem hanc rerum cogit dominus vaſſallum facere per iniectionem manuum in feudum: & num fructus faciat ſuos in defectum denumerationis.*
17 *Fidelitatis præſtatione nihil aliud debetur quàm iuramentum,niſi pacto vel conſuetudine aliud præbendum ſit.*
18 *Mutatione domini vel vaſſalli alicubi debetur, quintus & requintus denarius, & alia quædã.* Rachapt de fieds.
19 *Quintus & requintus denarius,quomodo ſoluẽdus.*

PErſonæ quæ in inueſtitura requirun- 1
tur ex parte dantis & accipientis, ex ſu-
perioribus quæ in perſonis monuimus
intelligi poſſunt, quales quæve idoneæ
ſint: verùm vltra conſideramus alias, vt curiam
domini, & ſaltem duos teſtes,vt ſolenni teſtatio-
ne ea appareat:vocamus pares curiæ,hoc eſt, qui 2
ſint eiuſdẽ domini ſimilis naturæ feudi vaſſalli [h],
vel alterius domini eiuſdem generis, ſi dominus
non habeat ſimiles vaſſallos, veluti ſi agatur de
comitatu, pares curiæ regis erunt comites alij: ſi
de ducatu,duces:ſi de baronia,barones:vt pares à
paritate feudorum dicti ſint,vt docet ex Inno-
centio Panormitanus, in c.cæterùm,num. 14. de
iudic. Si ergo quæſtio ſit de inueſtitura,illi adhi-
bendi ad probationem ſunt:vel illis teſtimonium
detrectantibus,alij,& inſtrumẽtum inueſtituræ,ſi
ſit [i].Cæterũ inueſtitura facta à domino, ex parte
vaſſalli,feuda quædã fidelitatis exigunt iuramen-
tum:quædã nõ exigũt.Quamobrem & quæ exi- 3
gant primũ hîc annotari deſidero,vt pro aliis non
ſit præſtandũ:quòd ſi præſtetur,notandum erit in
præſtatione fidelitatis iuſtũ errorẽ & excuſabilẽ,
nõ tribuere ei ius cui facta eſt, ſi nõ ſit dominus,
nec obeſſe aliis: quod eſt ſingulare imperatoris
Lotarij decretũ [k].Fidelitas eſt iuſiurandũ quod à 4
vaſſallo præſtatur domino [l], in certis videlicet
feudis:nõ in his pro quibus fidelitas non eſt præ-
ſtanda [m].Forma iuramenti eius hęc ex conſuetu- 5
dinario iure, *Ego iuro ad hæc ſancta Euangelia Dei,
quod à modo in antea ero fidelis huic, ſicut debet
eſſe vaſſallus domino: nec id quod mihi ſub nomine
fidelitatis commiſerit dominus, pandam alij ad eius
detrimentum, me ſciente* [n]. Sub hac forma aliæ
formæ continẽtur quæ poſteà adinuentę ſunt la-
tiores,in quibus quis expreſsè promittit domino
incolume,tutũ,honeſtũ,vtile,facile,poſſibile, quæ
explicata inuenies propriis titulis [o]. Et in vna
forma eſt modus iurandi domino inferiori regi,
*ero fidelis*

h §.1. quid ſit inueſt. libr. 2. Feud.titu.2. §. item ſciẽdum, de noris.feud. lib.2.tit.58.

i d.§.1.quid ſit inueſtitura, vide in §.1. qui teſt.ſint neceſ. ad prob.nouã inueſtit.lib. 2. Feu.tit. 2.

k c.ſatis bene de prohib.feu. alienatio. per Lotar.

l §.final. quid præced. debe. inueſtit.lib.2. Feud.tit.4.

m §. eſt & ali. quæ fuit cauſa pri.conſtit.vel feu.amitt. lib. 2.Feu.tit.24.

n §.1.qual. iura.deb. vaſſal. domi.li.2.Feu. ti.5.

o tit.de for.fidel.li.2. Feud. tit.5.& tit. de no. for. fideli. tit.7.c.de forma, 22. q. 5.in can. tibi domino, 63. diſt.de for. iuramen. vide & Feli.in cap.dilecti, in prin. de maio. & obedien.In quibus fidelitas conſiſtat, tradit Ioan.de terra rubric. tractat.contra rebelles regum,art.3.

*ero fidelis tibi Caio domino meo contra omnem homi-*
6 *nem, excepto imperatore vel rege* [a]. Hominium et-
iam dicitur hoc iuramentum, Gallis *hommage*,
nempe profeſſio eius, quod is homo debeat præ-
ſtare. Francicum morem exprimit Ammonius [b],
*Taſſillo*, inquit, *dux Boioariorum more Francico,*
*in manus regis in vaſaticum*, *manibus ſuis ſemet-*
*ipſum commendauit*, *fidelitatémque tam ipſi regi*
*quàm filiis eius Carolo & Carolo magno iureiurando*
7 *ſuper corpus ſancti Dionyſij promiſit*. Forma ex con-
ſuetudine Galliæ duplex, vna pro feudo ſimpli-
ci, altera pro ligio: in ſimplici feudo, cliẽs ſeu vaſ-
ſallus authoramentum accipit, ſeu hominium fa-
cit domino, capite aperto, iunctis manibus, eúm-
que oſculatur. Qui autem hominium ligium de-
bet, manibus iunctis ſacroſanctis Euangeliis im-
poſitis, capite aperto, exarmatus & diſcinctus, do-
minum oſculatur, iuramento fidelitatis in vtro-
que interpoſito [c]. Sic enim humili ſupplicatione
patrono ſe applicat, fidem pollicetur, & recipit à
domino, offerens domino ſimul & ſemel & ma-
nus auxiliares, & os fidele, & ea quæ ex feudo
commoda ei præberi debent ex lege clientelari.
Et vt me explicem, vaſſallus vel alius eius nomine
admiſſus, nudato capite, ſedente domino, ſi ei vi-
deatur, debet cingulum vel zonam ſi habeat de-
ponere, ſeponere enſem vel baculum, & genicu-
latus, hæc verba proferre, *Domine vel domina, in-*
*gredior vel ineo fidem & hominium veſtrum, & me*
*veſtrum profiteor vaſſallum ratione eius loci vel*
*terræ, &c. quam accepi à te occaſione vel ob cau-*
*ſam, &c. polliceor & iuro nunc & in poſterum tibi*
*ſeruire aduerſus omnes, & implere capitula antiqua*
*& noua fidelitatis*. Quæ ſi dominus voluerit, le-
gentur: dominus autem poſteà reſpondet, *recipio*
*hominium tuum, ſaluo iure meo & alterius*, hócque
dicendo eum in mala deoſculatur [d]. Notat tamen
Speculator [e] in Gallia ad oſculum à rege non ad-
mitti ignobilem vaſſallum, licèt habeat feudum
nobile: alia etiam in aliis locis obſeruari in præ-
ſtatione, & prælatos recipientes vel dantes fidem,
ſtolatos eſſe debere, præſentibus ſacroſanctis
Euangeliis, ſequendámque conſuetudinem [f]. Et
hoc iuramentum etiam præſtant clerici laicis, ſi
feudum habeant ab illis temporale, cuius capa-
8 ces ſint [g], cùm in illis laicis minores ſint [h]. Nihil
autem intereſt per quos fiat inueſtitura & iura-
mentum, vel per quos ſuſcipiatur: an per ipſos
dominos & vaſſallos, an verò per procuratores
eorum [i]: quia neceſſitudinis huius contrahendæ
ratio in rem magis clientelarem, quàm in perſo-
nam clientis, & ſcripta & concepta eſſe videtur.
Si tamen ad dignitatem & auctoritatem benefi-
cia ſpectant, aut ſi ineunda ſit perſonæ ratio, vix
eſt vt procurator, vel nuncius pro fidelitate præ-
ſtanda admittatur, nempe quia quę eiuſmodi ſunt
coràm & ſine mandato explicari debeant [k]. Atq;
hanc quæſtionem copioſè diſputatam habes in
vtramque partem apud Molinæum in conſuetu-
dinibus Pariſiorũ, & apud alios [l]. Quò fit etiam,
vt Pariſiorum conſuetudo non admittat hominij
& fidelitatis præſtationem, ſine alia legitima ex-
cuſatione, per procuratorem, cui aliæ pleræque
9 ſimiles ſunt [n]. Admitti tamen poteſt procurator
ex voluntate domini: vel ſi iuramẽtum fidelitatis
ab vniuerſitate ſeu pago ſit præſtandum [m], ſi ſint
plures filij defuncti vaſſalli in feudo ſuccedẽn-
tes [o], etſi dominus deceſſerit relictis pluribus
hæredibus, non enim omnibus hominium faciẽ-
dum, ſed ſufficit vni præſtare & antiquiori [p]: non

a d. tit. de noua for. fidelit. alia forma in glo. §. ſi. per quos fiat. inueſtit.
b Ammon. li. 4. de geſt. Frã. cor. c. 64.
c In conſuet. Turonũ tit. de pied de fiefz, & pariage, art. 15. Couſtume d'Anjou, ti. de la nature des fiefz, arti. 137. & 139. Maine, tit. des recep. de foy & hõmage ſimple, art. 148. & 149. Blois tit. des fiefz, artic. 54. Paris, titul. de matiere feodale, art. 48.
d Forma hæc deſcripta, aux couſtumes de Marcheti. des fiefs & droicts art. 129. & 190.
e Spec. tit. de feud. §. quoniã verò, verſicul. forma.
f And. de Iſer. & Card. Alex. in §. 1. de noua for. fidelit.
g c. nimis, ca. 30. de iureiur. vide Aluarot. in 1. in fi. qual. vaſſ. iura. deb.
h in c. ſolitæ, maio. & obed. ca. ſi epiſcop⁹, 18. diſt.
i §. ſed etiam, verſi. ſed vtrũ, per quos fiat inueſtit. lib. 2. Feudo. tit. 3. §. item ſciendũ, de notis feud. lib. 2. tit. 58.
k l. nullus, C. de decuri. lib. 10. C.
l tit. de matieres feudales, §. 49. Boe. in cõſuetu. Biturig. feud. §. 10.
m Aurelianẽſib. tit. de feu. artic. 77. Baſij des fiefz, art. 57. Aruern. eo. artic. 26. Borb. eo. tit. art. 378. Marchiæ. eod. tit. art. 194.
n Spec. in tit. de feud. in fin.
o Cardi. Ale. in ca. omnes, ſi de feu. def. fuer. contro. int. do. & agnat. vaſſal. in feud.
p Bald. Card. Alex. in d. c. omnes, vbi gl. dubia in vtrãque ſentẽtiã, facit & Fel. in c. 1. col. 2. verſ. inferũt etiam aliqui, de maio. & obed. ap. Greg.

enim cogitur vaſſallus pro vno domino plures ac-
cipere [q]. Poteſt & tutor & curator nomine pupil-
li vel minoris præſtare [r], maritus pro vxore
clientelari [s]. Similis cauſa eſt eccleſiæ, quæ ſicut
vniuerſitas nunquam moritur, & non poteſt per-
ſonaliter fidem pro feudo iurare, ſed iurat per ho-
minem, quem exhibet domino morientem, vt di-
cunt, & confiſcãtem: & ita per procuratorem, vel
indemnem dominium reddere cogitur [t]. Homi- 10
nium & iuramentum fidelitatis tenentur pręſtare
beneficiarij in omni adeptione feudi, in muta-
tione domini [y], & mutatione vaſſalli intra qua-
draginta dies vel intra aliud tempus conſuetudi-
ne locali definitum: alioquin domino ius eſt ma-
num feudo iniiciendi, & reditus eius percipien-
di, deducto iure partiarij ſeu coloni qui coluit
res [x]. In Burgundiæ ducatu, annus & dies indul-
getur vaſſallo ad fidem præſtandam [y]. Apud Ble-
ſios in nouatione quidem vaſſalli per ſucceſſio-
nem, conceduntur quadraginta dies ad authora-
mentum petendum: ſed ſi acquiſitione feudum
quis cõſequatur, tantùm dantur illi viginti dies [z].
Sunt & aliæ locorum obſeruandæ cõſuetudines,
quæ breuius tempus vel longius ſtatuunt: vt Tu-
ronenſium [a], & Angoliſmenſium [b] ſtatuunt, ac-
quirentem feudum ab alio quàm à domino, tene-
ri intra octo dies conuenire dominium, à cuius fi-
de res pendet, & oſtendere ei contractus ſuæ ac-
quiſitionis, offerréque fidem & hominium, &
poſteà intra quadraginta dies præſtare. Eccleſia
quoque quæ feudum habet temporalis domini,
cùm ipſa non moriatur nec viuat, dat hominem
patrono viuentem, morientem, & confiſcantem
aut indemnitatem, id eſt, ſubſtituit in locum ſui,
hominem in quem poſſit mors & confiſcatio ca-
dere: & ita quoties is homo moritur, vel ſi alio
modo priuatur feudo, debet eccleſia quoque ex-
hibere per alium hominium & indemnitatem, &
alia debita, pari modo in mutatione patroni, alio-
quin patronus manus in feudum, vt homine de-
ſtitutum, iure iniicit, & ita iudicatum [c]. Vide-
túrque indignus beneficio, qui obedientiam de-
trectat & reuerentiam, quam hominium oſten-
dit [d]. Homagium quippe coniungit neceſſitudi-
nem inter dominum & vaſſallum, & vaſſallus fit
per illud quodammodo eius [e]. Obſeruare tamen 11
oportet, non perpetuò mutationes omnes vaſſal-
lorum hominio nouo aut renouationi fidei eſſe
obnoxias, vt in primis rex pro retrofeudo, vocat
*arriereſiefz*, ſi illi obuenerit vel acquiſitione vel
alio modo, non tenetur fidem vel hominium
præſtare [f] patrono feudi mediato, quia rex ſupe-
riorem non agnoſcit in regno ſuo in temporali-
bus [g]. Et retro feudũ cenſetur reuerſum ad prio-
rem naturam, nempe ad principem, à quo omnia
feuda mouentur & oriuntur [h], nec ſuo vaſſallo
ideò præſtare fidem tenetur. Dehinc ſi vſusfru-
ctus alicuius rei feudalis accedat alicui donatio-
ne vel alio titulo, non tenetur nec alius pro eo, fi-
dem & hominium præſtare [i], vel alia quæ ſolent
cum hominio exhiberi patrono. Item ſi diuida-
tur iure ſucceſſionis feudum inter plures hære-
des familiæ erciſcundæ iudicio, nõ debetur à ſin-
gulis hominium, ſed ſufficit vnum ob mortem
defuncti, quia diuiſio beneficiarij iuramenti non
cenſetur facta, quandiu communio eſt: tunc enim
dicunt non eſſe locum rupturæ feudi, quia in vno
qui vocatur ſenior filius, Gallis *parageur*, rema-
net ius, qui partes aliis facit, qui dicuntur
*parageaus*, qui habent in paragio euictio[illegible] [illegible]at ſi
[illegible] ipſa

q ca. imperialẽ, §. ducatus, de prohib. feu. alien. per Freder.
r conſuet. Audum. tit. de la matiere des fiefz, art. 105. Blois eod. tit. art. 58.
s Ioan. Faber. in §. fuerat co. 2. de actio.
t Ægid. Mag. in deci. tracta. de mortici-nio, ſeu des amortiſſemẽs, cap. 6.
v §. 1. quo tempore miles inueſtitu. peter. debe.
x In conſuet. Andium, titu. de la natu. des fiefz, art. 101. 102. 103. Bitu. tot. tit. de conſuet. feu. Maine ti. de la matu. des fiefz ar. 114. 115. 116. 117. 118. 119. Orleans, titu. des fiefz ar. 69. 79. 8. 12. Paris, tit. de matie. feu. art. 38. 50. Chartres, tit. quand le fief chet au profit. de rachapt, ar. 31. 32. 33. Marche, tit. des fiefz, art. 183.
y in conſuet. Burgun. ti. des fiefz, art. 1. 2.
z in conſuet. Bleſenſium, ti. des fiefz, ar. 53.
a Turon. conſuet. tit. commẽt l'hõmage ſe doit offrir, art. 3.
b Angoliſm. tit. de la diſtinction & quali. des iuriſdictions art. 13.
c Ægid. Magiſter, in deciſio. tractat. des amortiſſ. ca. 8.
d Chaſſ. in gl. 2. §. 4. des fiefz in conſuetud. Burg.
e Clem. paſtoralis, de re iudic. ca. conditione, de exce. prælat. cap. ex diligenti, de ſimonia.
f Spec. in tit. de feu. §. quoniam, de homag. q. 24. Ægid. Mag. tract. de feud. c. 1.
g c. per venerabilẽ, qui filij ſint legitimi, ap. Greg.
h Bald. in §. 1. de allodiis facit, ca. quęris, de conſecrat. diſt. 4. l. ſi vnus §. pactus, verſi. ſed ſi pactum, de pact. in P.
i in conſuet. Biturig. tit. de conſuet. feud. §. 9. & 22. vide & ibi Boer.



re ipſa cohæredes patiuntur ſeparatim bona, quia
primogenitus amplius non præbet ius euictionis
in paragio, omnes fidem & hominium domino
12 feudi debent [a]. At ſi pars feudi alienetur, in quæ-
ſtione, an is, qui emit, teneatur fidem & homa-
gium præbere priori domino feudi nouè, an verò
ſufficiat hominium vendentis vaſſalli, diſtingui-
tur per conſuetudines in tractatione feudi rupti
vel diuiſi, quod vocant, *pie de fied*, aut *fied depiecé*.
Nam ſi vaſſallus vendit vel cedit duas tertias, ex
tribus, partes feudi ſui, qui ex illo feudo capiunt,
veniunt in fidem & hominium ſuperioris domi-
ni, per feudi rupti ius, & conſequenter iura domi-
nica illi debentur, non vaſſallo vendenti: contrà,
ſi vaſſallus retento iure homagij, minus, quàm
tertia ſit pars, alienat [b]: is enim remanet oneratus
13 præſtationibus debitis à feudo, non emptor. Po-
teſt enim quis onerare ſuum fundum cenſu, ho-
minio, reditu, quandiu vixerit & in perpetuum
conſentiente potiſſimum domino, vſque ad ter-
tiam partem feudi, ſecundum Turonenſem con-
14 ſuetudinem [c]. Et quia patrimonialia in Gallia
feuda multò magis, id licet. Placuit etiam non te-
neri aliquem præſtare fidem & hominium, ſi do-
minus qui petit, fidem non faciat de iure ſuo, vt
ait Baldus [d], & ita iudicatum etiam in curia ſu-
15 prema Pariſiorum [e]. Accedit quòd in hac pręſta-
tione fidei & homagij, debent etiam numerari &
exprimi res, valor, æſtimatio, & cenſus annui eo-
rum quæ in feudum retinentur: & à quo domino,
& cum quo onere, ſecundum formam quam pro-
poſuit Franciſcus primus anno 1539. 15. Octob. [f]
Et ferè omnes conſuetudines Galliæ feudorum
tradunt [g], vaſſallum cogi intra quadraginta dies
poſt hominium per illum præſtitum tradere de-
clarationem ſeu repertorium rerum feudalium.
vocant Galli *la nommée & denombrement*: vaſſal-
lus tamen inueſtitus poteſt cogere dominum de-
monſtrare feudum finéſque illius, & quam par-
tem poſſidere debeat [h]. Hæc profeſſio ſeu dinu-
meratio debet fieri expenſis vaſſalli & in muta-
tione domini: non autem quoties placuerit do-
mino, in quo differt ab emphytheota qui ad id per
dominum vrgeri poteſt interpellatus vt ait Guido
Papæus [i]. Dignum obſeruatione hic eſt ſatis eſſe
ſi dinumeratio rerum nunc exiſtentium præſte-
tur, vt non antiquior vt publica manus prædijs
iniecta tollatur. Et quamuis cliens ſeu vaſſallus
teneatur bona fide beneficiaria inſtrumenta quæ-
que edere: tamen non habet neceſſe primariam
feudi conceſſionem, nouo comiti, duci, aut domi-
no oſtendere, vt ab eo in clientelam coopteretur.
Vt ſcribit Ioan. Andreas, ad ſpeculatorem de feu-
16 dis, §. 1, verſic. porrò. Tradit Chaſſaneus [k], hanc
profeſſionem, quam dicunt, *denombrement*, accipi
pro recognitione, quam vaſſallus tenetur facere
domino pro re cuius facit mentionem, ad conſer-
uationem dominij directi, quod probat profeſſio:
& ideò ſi in ea quippiam celetur, amittit ius ſuum
vaſſallus ipſo iure, quia contra ſacramentum deie-
rat, & eſt infidus [l], & ingratus. Num autem ex
omni parte verum ſit, celantem & inficiantem res
feudi, feudum amittere, & num proteſtatio pro-
fitendi, ſi quædam poſteà cognouerit eſſe feudi,
excuſet ab amiſſione feudi, vide Molinæum plu-
rimum in hoc, in conſuetud. Pariſien. tit. *de ma-*
*tiere feodale*, §. 30. Cogit autem dominus vaſſallum
profeſſionem hanc facere per manus iniectionem
in feudum, non tamen fructus ſuos facit ex defe-
ctu dinumerationis, ſed vel ſequeſtrat per iudi-

a in conſuetudinib. Bleſenſium tit. de garant. en pariage art. 71. & 72. 74. Maine, tit. de pied de fief, ar. 234. 235. Anjou, eo. tit. art. 219. Touraine, eo. ti. art. 9. 10. 11. in quibus vide cætera. de paragij quæſt. vide Chaſſ. in conſuet. Burg. tit. des fiefz, §. 6. & 7.
b in conſuet. Andium, ti. de pied de fief. & pariage, artic. 201. & 202. 203. Maine, eo. tit. art. 116. & ſeq. & 218. Auuerg. ti. des fiefz ar. 33. 35. 36. 37. Turonum, tit. de pied de fief, art. 2.
c Turon. conſue. ti. de pied de fief, art. 5. vide Andienſ. conſuet. eo. ti. artic. 208. 209. 210. Maine eo. tit. art. 203. Orleans, titul. de fiedz, art. 4.
d Bald. in cap. nulla, nu. 5. ibi & dominus vaſſalli, &c. per quos fiat inueſtit.
e Pap. lib. 13. Areſt. tit. 1. areſt. 7.
f conſtit. Frãc. des fiefz, & arriereſiefz.
g Boer. tractat in §. 12. & 16. de conſuet. feu. in conſue. Bituri.
h gloſ. in §. aliud, de prohibi. feu. aliena. per Frederi. & ibi Bal. & Alexander.
i Gui. Papęus, deciſio. 417. ex ratione, §. emptoribus autẽ, de non alien. reb. eccleſi. in auth. & glo. ad authen. ſi quas ruinas, de ſacroſ. eccl.
k Chaſſan. in glo. fin. §. 3. des fiefz in conſu. Burg.
l §. vaſſallus ſi feudum, ſi de feu. fuer. controuer. §. ſi. de lege Conradi.

cem, vel poſteà iubet reſtitui profeſſione facta ex
iure conſuetudinem [m] localium, quamuis iure
feudorũ amittat feudum [n]. Cum fidelitate quo- 17
que alia iura domino præſtantur ex pacto, vel ex
conſuetudine locali pro alienatione feudi vel pro
renouatione domini aut vaſſalli. Nam iure com-
muni feudorum, pro inueſtitura facienda nihil
debetur domino, niſi pactum ea de re factum ſit
in feudi conceſſione, vel talis conſuetudo ſit [o].
Sunt autem ea de re variæ conſuetudines, nam 18
alicubi, vt Pariſijs, debetur quintus denarius &
requintus: & alibi, alia iura retractus, vocant *ra-*
*chapt* [p], vel annuus rei reditus [q]. Solet autem de
his cum dominis componi. Ita valere has conſue-
tudines exploratum eſt [r], contra quas & præſcri-
ptionem currere 40. anno. placuit Alexandro: &
contra alios dominos directos 30. annorum [s]. Fru-
ctus illi annui, vel alia ſimilia præſtita, pretij loco
redemptæ clientelæ cenſentur, item & releua-
menta quæ dicunt, *reliefz*, quæ certis caſibus in
conſuetudinibus proprijs excipiuntur, vel præ-
ſtantur, vocant *quints & requints*, iura debita do-
mino ob venditionem feudi, quod ab eo tenetur
ius quinti. Quinta pars ſummæ rei venditæ, vt ſi
res vendatur quingentis libris: ius quinti, ſunt
centum libræ requintus vero erit iterum, ex cen-
tum, viginti libræ, vnde pro ijs iuribus ad domi-
num peruenire debent 120. libræ *& alio exemplo*
*ſic*. Quintus & requintus denarius ſic intelligi- 19
tur, in praxi, vt ex mille libris, ducentæ ſunt 5.
pars, & ex ducentis, quadraginta: & eſt hæc quin-
ta quintæ pars: & ſic requintus, id eſt, alius quintus
pretij denarius. Ius releuiorum, vocant *reliefz*, ex
conſuetudine alicubi Galliæ eſt, reditus vnius an-
ni feudi, quod mutat vaſſallum, aliter quàm per
venditionem, quod accipitur per dominum à quo
feudum mouetur ſeu pendet. Iure Langobardo-
rum, in mutatione domini vel vaſſalli pagano vaſ-
ſallo dabatur ad petendam renouationem inue-
ſtituræ, annus & dies [t]. Militi verò, annus & men-
ſis [v], verùm nihil eo iure pręſtabant in renouatio-
ne illa aliud quàm ſacramentum fidelitatis, quo
non præſtito intra annum & diem, priuabantur
feudo [x]. Conſuetudines aliæ tamen locorum,
exemplo emphyteuſeos [y], introduxerunt danda
quædam nomine authoramenti patrono, & re-
demptiones illas dixerunt releuia quæ pro diuer-
ſitate locorum habent, diuerſam æſtimationem.
Ita in Neuſtria & Normania variant hæc iura. Et
in Normania quod pertinet ad feuda quæ tenen-
tur à rege, Comitatus habet releuium quingenta-
rum librarum: Baronia, centum: feudum *de hault*
*haubert*, mille quingentarum libra. feudo *de de-*
*mi haubert*, ſeptuaginta quinque ſolidorum turo-
nenſium: alibi aliter tamen ex localibus conſue-
tudinibus feudorum, iudicandum. Vbi releuia &
redemptiones feudorum ſeu vt dicunt *rachaptz*.
fiunt cum reditu vnius anni, dubitatum fuit ali-
quando, num quia reditus integri totius feudi
vnius anni debẽtur, poſſit etiam ſucceſſor in feu-
do expelli per dominum à domo vel caſtro feudi,
& placuit ſenatui Pariſienſi non poſſe expelli, ve-
rùm teneri domino ad æſtimationem habitatio-
nis caſtri vel domus, in alijs autem per ſe vti frui
dominum & percipere fructus etiam ex colum-
barijs, anno illo, vt ſcribit Ægid. Magiſter [z]. Non
debentur porrò hæc releuia vel redemptiones
feudorum, ex donatione facta aſcendentibus per
deſcendẽtes, vel contrà, feudi, cuiuſcunque gene-
ris ſit donatio, ſed tantum pro mutatione vaſſalli

m §. 16. de cõſuet. feudi. in conſue. bitur. & ibi Boerius
Maſuer. in praxi ti. de feudis, §. itẽ quãdiu.
n Baldus, in §. vaſſallus, in 1. ſi de feu. fuer. controu. inter domi. & vaſſa. Panor. conſil. 74. 1. volu. eſt & §. 1. quo tẽpore miles perat inueſtit.
o Ioan. Andr. in addition. ad Spec. in rubr. de præſc. verſ. vidiſti dictum. facit l. vt iuriſiurandi, de oper. libert. in P. Guido Pap. deciſ. 416.
p de redemptione in §. 1. quemad. feu. ad filiam pertin. li. 3. Feu. titul. 24.
q vide Boeriũ in §. 5. de conſuetu. feud. in conſue. Bituri.
r Alex. conſil. 5. & 14. vol. 5.
s Alex. d. conſil. 5.
t c. imperialẽ, §. præterea, de prohib. feud. alien. per Frederi. lib. 2. Feu. tit. 55.
v §. 1. quo tempo. mil. inueſt. pet. deb. libr. 1. Feu. tit. 22.
x §. 1. de capitul. Conrad.
y l. 3. C. de iure emphyt.
z Ægid. Magiſt. tractat. de feu. & homin. c. 4.

præſtatur hominium, vt ait Carol. Molinæus [a] niſi qui donat accipiat à donatore quantitatem aliquam pecuniæ, vel donator ei debitam remittat, pro ea enim quantitate reuelamenta & quintus vel requintus denarius ex venditione debitus, exigitur, & idem Molinæus tradit [b]. Debentur & pro permutatione feudorum ex conſuetudinibus Guid. Pap. q. 92.

a Caro. Molinæus, ad conſuet. Pariſi. art. 2. & 17. des droicts des Seigneurs.
b Mol. eo. ti. §. 22. q. 21. nu. 59.

## Præſtationis iuramenti, fidelitatis, & hominij vtilitates. Cap. 16.

1 *Hominio & fidelitate cliens honorat dominum, & cum eo neceſſitudinem contrahit.*
2 *Dominus res ſuas agnoſcit & commoda recipit per hominium & fidelitatem.*
3 *Dominus venditum feudum iure prælationis quando retinet, & intra quot dies.*
4 *Domino retinere volente feudum venditum, venditor non poteſt reſilire à contractu.*
5 *Excipiuntur duo caſus, ſi ſub conditione venditum, ſi dominus retinere noluerit, & ſi non pro ſe dominus, ſed pro alio velit retrahere.*
6 *Dominus eccleſiaſticus, prælationis iure non vtitur in fundo Eccleſiæ.*
7 *Prælationis ius in alijs quibuſdam etiam caſibus ceſſare docetur.*
8 *Vtilitas fidelitatis 4. vt ſi non præſtetur, inijciat dominus manus in feudum & fructus & de forma iniectionis, & oppoſitione vaſſalli. Literæ ſeu codicilli regij de debitis quid.*
9 *Hominij præſtationis defectus in Gallia non habet commiſſum, iure contrà, & num ipſo iure cadat feudum in commiſſum, an poſt.*
10 *Iniectio manuum in feudum ob defectum hominij quando ſoluitur,* Reblaudir le Seigneur *quid.*
11 *Fidelitas vel hominium in quo loco præſtari debeat domino.*

1 EX ſuperioribus manifeſtæ ſunt vtilitates iſtius fidelitatis & hominij nempe quòd vaſſallus ita dominum honorat iuſta reuerentia, & neceſſitudinem
2 quandam cum illo contrahit, & renouat. Secundò inde dominus quæ ſua ſunt, agnoſcit, & iura impoſita conſtitutioni feudi percipit, & commoda 3.
3 Alia iſtis maxima accedit, vt dominus hoc modo certior factus de feudi diſtractione, poſſit ſi velit ſibi iure prælationis retinere, ſoluendo emptori realiter pretium cum legitimis ſumptibus [c]. Et eſt conſuetudo hæc generalis in vniuerſo regno Galliarum [d], dantúrq; domino ad deliberandũ duo menſes, ſeu ſexaginta dies de iure [e]: ex conſuetudine 40. dies, poſt oblationem iuramenti fidelitatis, & poſtquam illi fides facta eſt de contractu. Neque præſcriptio currit aduerſus dominum huius iuris prælationis, etiam per 40. annos, niſi à
4 tempore oblationis prædictæ [f]. Minúſque impediri poteſt ius hoc prælationis, ſi emptione perfecta velint reſilire contrahentes ab emptione & reſoluere contractum conſenſu, vt placuit Curiæ
5 Pariſien. ſupremę anno 1533. 9. Februarij [g]. Si tamen ſub conditione contractus alienationis initus ſit, ſi dominus velit probare, & non aliter, reſpondent interpretes [h] iuris, dominum excludi, vel ſi admitti deſideret, nullum eſſe contractum. Sicuti nec poteſt retinere rem dominus iure prælationis, ſi quis de eius cõſenſu vendat [i]: quia nec in eo caſu debetur laudimium ſecundum Iaſonem [k]. Excluditur quoque ſi velit non pro ſe, ſed pro alio retinere, & ita iudicari tradit Guido Papæus [l]. Vel ſi ipſe dominus ſeu patronus ſit Eccle- 6
ſiaſticus, id eſt, feudum pendeat ab Eccleſia, quia nec hic pęrlatione vtitur, quamuis ius canonicum aduerſum videatur [m]. Nec pariter alij ſeculares 7
patroni ius hoc habent, ſi res legetur, donetur, vendatur cum pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, vel retractus. Si permutetur, vel aliàs ex contractu innominato detur [n]: item ſi res vendatur vni ex genere venditoris [o], quia is præfertur domino [p]. Quarta vtilitas fidelitatis facien- 8
dæ domino eſt: vt ſi domino intra 40. dies vel intra aliud tempus conſuetudine definitum nõ pręſtetur fidelitas & hominium, poſſit ſub manu ſua ponere feudum, & fructus interim percipere, & ſuos facere donec præſtentur, cum iuribus alijs & debitis [q]. Fit hoc potiſſimum ex mortuo vaſſallo & nemine fidelitatem offerente, vaſſalli tamen mors probanda per dominum, alioquin ad expenſas damna & intereſſe tenetur niſi id docuerit. Fiúntque prehenſiones feudorum ex conſuetudine non authoritate propria, ſed publica, ex mandato ordinariæ iuriſdictionis vt tractat Molinæus ad conſuet. Pariſienſes, tit. de feudis, art. 1. ad verb. *mettre en ſa main* [r]. Si tamen vaſſallus ſe obiiciat iniectioni, in poſſeſſione manebit, & coram iudice lis terminabitur, & de exceptionibus cognoſcetur, neque interim is venit ſua poſſeſſione ſpoliandus: quia extraordinaria eſt illa forma iudicij, quæ ab executione incipit, & odioſa [s], proinde qui manus iniicit authoritate vel codicillorum regiorum de feudis dictorum, in oppoſitione debet executionem intermittere, & tantùm in ius vocare [t], & ita placuit etiam ſenatui Pariſienſi 10. Maij 1326. [v] Cadúntque hac iniectione fructus in commiſſum, nõ autem feudum. Et proinde etiam ſi ſine interpoſitione, dominus manus feudo iniecerit ob defectum hominij vel fidelitatis adhibitæ, & poſſederit per multos annos, etiam ſi per quadraginta: tamen non poteſt præſcribere contra vaſſallum, ſed perceptos fructus ſuos quidem faciet: offerente autem & præſtante hominium & fidelitatem vaſſallo, feudum ei reſtituet [x]. Res enim ob defectũ hominij non 9
cadit in cõmiſſum in Gallia [y], quamuis iure feudorum miles poſt mortem domini teneatur petere inueſtituram beneficij ſui, à filio vel ſucceſſore domini ſui, vel patris ſui, vel alterius qui ſuccedere debet intra annum & menſem, aliter damnetur niſi iuſta cauſa interuenerit, quare non petierit, veluti mortis, vel capitales inimicitiæ, vel infantia, vel iuſta abſentia [z]. Si alius ſit quàm miles, intra annum & diem [a]. De hac autem quæſtione, an ipſo iure cadat feudum in commiſſum, an verò ſententia ſit expectanda, tractat latè Molinæus [b], ſed & in his inſpici locales conſuetudines primùm arbitror, dehinc feudorum [c]. Soluetur itaque ma- 10
nus iniectio, ſi domino offerat vaſſallus hominiũ & iura, eáque de re caueat, ſe præſtiturum quæ pręſtanda eſſe apparuerint, hoc vocant conſuetudines, *reblaudir le Seigneur* [d]. Cui ſi dominus

c Ita iudicatũ, Papus li. 13. Areſt. tit. 1. areſt. 5. & ita etiam tenet Aluaro. Bal. Cardi. Alexan. in §. porrò, quali. olim feu. alie. poſſ. Ioã. de Pen. in l. 1. per illum tex. de metallis, & metalla. li. 11. C. l. 3. verſ. ſi quidem dominus, & ibi Alberi. de Roſa. Saliſ. & Iaſ. de iure emphyteut. c. potuit, de locat. apud Gregor.
d Boer. in §. 1. de la retenue des choſes vẽdues en fief, in conſue. Bitur.
e d. l. 3. C. de iur. emphyt.
f Ioan. Faber, Bar. & Bal. in l. cũ notiſſimi, C. de pręſcrip. 30. vel 40. ann.
g Pap. li. 13. Areſt. tit. 1. areſto 6.
h Gui. Pap. deciſ. 47. num. 2. Boe. ad §. 1. tit. de la retenue des choſes vẽdues en fief, in conſue. Burg.
i Boer. in d. §. 1. de la reten.
k Iaſon in l. 3. col. 10. verſic. ſed antequam attingãt, de iure emphyt.
l d. l. 3. ſed nec hac occaſiõe, de iure emph. Guid. Pap. deciſ. 411. ti. vt de cætero nõ fiat commuta. in authent. circa mediũ, 1. colla. 5. facit l. ſi mulier, §. ex aſſe, de iur. dot. P.
m in c. potuit, & ibi Panor. Ioannes And. Barbat. de loca. Bal. conſil. 250. vol. 3.
n de his omnib. tractãt Petrus Iac. in praxi. in for. libelli de action. in rem, in ſi. Guido Pap. deciſi. 47. Iaſ. in l. 3. col. 117. de iur. emphyteo. Nico. Boe. in d. §. 1. de la retenue, &c.
o Ioan. Fab. in princ. de emptio. ap. Iuſtin.
p §. 5. de conſuet. retract. & ibi Boe. in cõſuet. Burg. tex. in §. porrò, & ibi Bal. & Cardinal. Alexan. qual. feu. alie. poſſ.
q in §. 13. 16. 24. de conſue. feu. in conſue. Biturig. & ibi Boe. Ioan. Faber, in §. pręiudicialis, col. 9. verſ. q d dices, de vaſſallo, de act. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, verſi. 85. & alij quos citat Boeri. in d. §. 11. facit text. in §. 1. ſi de feu. def. fuer. controu. in §. 1. des fiefz, in cõſue. Burg. vbi Chaſſan. alias refert ſimiles conſue. Maſu. tit. de feudis, §. item quandiu, in praxi.
r facit l. credi. Cod. de pign. meminit de hac prehenſione Ioan. Faber, ad §. præiudiciales, de action.
s l. 1. C. de executio. rei iudi.
t Bart. in l. de pupillo §. meminiſſe. de op. no. nunc. in P.
v Papus, libr. 13. Are. titu. 2. are. 16.
x in §. 15. de conſuet. feud. in conſuetu. Biturig. & ibi Boer. & idem in §. 2. gloſſ. de præſcript. in eodem libr. vbi ſimiles conſuetud. referuntur.
y Boer. vbi ſuprà, vbi alia congerit in d. §. 2.
z c. 1. quo tempor. miles inueſtit. pete. debe. lib. 1. Feud. tit. 22.
a §. prætereà, de prohib. alien. per Feder.
b Molin. in conſuet. Pariſ. tit. de matiere feodale art. 30.
c c. obertus, & ibi interp. de feu. cognitio. l. venditor, §. ſi conſtat, comm. præd.
d cuius formula ponitur in tit. de baſſe voirie art. 4. in conſuet. Turonum.





detrectet reſtitutionem, pro tollenda manus iniectione vaſſallus debet domini vicarium ſeu ſeneſarchũ; adire, oblationes proferre poteſt & interdicto recuperandæ poſſeſſionis; vocant, *applegement & complainцte*, experiri aduerſus eum atque intereà ad vtendũ fruendúmq; iure quæſito, in poſſeſſionem cliẽs deduci debet [a]. Et ſi anceps ſit poſſeſſio ſecundũ poſſidentis iuſiurandum, lis debet explicari [b]: vel quod tutius eſt prouocabit cliẽtulus ab iniectione ad dominum ſuperiorem. Iſta remedia etiam & ſolutiones iniectionis manus oblatione facta ſeu reblandimenta cõceduntur
11 tur ex conſuetudinibus, quas videto [c]. Hícq; notandum, vt prædicta faciliora ſint, clientem non teneri præſtare vel offerre hominium vel fidelitatem extra cancellos & fines territorij domini ſui. Quare ſufficit, ſi is adeat eius domicilium, vel ſi proximus ei ſit, intra decem leucas, illum cõueniat. Quòd ſi is dominus inibi non reperiatur, nec eius officiarij quibus inſinuetur, vel ſi inuentus noluerit fidem recipere, ſufficit ad vitandam manus iniectionem feudi, vel domeſticis vel agricolis, vel proximus vicinis domini teſtato inſinuare diligentiam adhibitã in præſtãda fide obſequióve patrono [d], vel ſi velit, poteſt adire feudi vicarium vel ſeneſarchum, à quo authoramentum petat. Tunc non current moræ dies 40. quinimo ſi non compareat patronus, nec in domicilio ſuo ſit, poteſt vaſſallus oſculando ianuam domus eius vel peſſulum ferreum, præſtare fidelitatem, vt tradit Alexander Cardinalis [e]: poteſt tamen & alibi, ſi velit dominus, præſtari.

a §. 1. ſi de feu. defunct. cõtẽtio fuerit int. dom. & agnat. §. ſi inter. de alie. feu. patr.
b tit. ſi int. do. & vaſſallũ lis ori. d. c. 1. ſi de feu. fue. cõtrouerſ. §. 1. de cõtrou. inueſtit.
c in conſuet. Turon. tit. de baſſe voerie, art. 25. Pictonũ tit. de la diſtinction des iuriſdict. art. 74. 75. Aureliacẽn. ti. de feud. artic. 91. &c.
d conſ. Aureli. art. 69. & 70. in conſ. Turo. de baſſe voerie, ar. 25. Andium de la natu. des fiefz. ar. c. 109. Maine de la nature des fiefz, article 120. Borbonij titu. des fiefz. arti. 322. facit in argu. l. ſãcimus, quæ eſt vlt. & l. ſi præſens q- dam ſit C. de epiſc. audien.
e Alex. Cardi. in ca. 1. col. 8. ver. quęro, tit. quo temp. miles inueſt. pet. in vſib. feudo. Boe. in §. 11. de conſue. feu. in conſue. Bitur.

## De acquiſitione feudi per ſucceſſionem particularem inter viuos. Cap. 17.

1 *Succeditur alicui inter viuos, vel poſt mortem.*
2 *Feudum quod vendi poteſt.*
3 *Feudum ex conſuetudine ſcripta vendi nequit, at alijs infeudari poteſt ſine conſenſu domini.*
4 *Feudum alienari poteſt in agnatos, vel ex licentia pacti vel in Eccleſiam.*
5 *Feudales vel cenſuales res generali Galliæ conſuetudine liberè vendi poſſunt irrequiſito domino, & ſaluo eius iure. Feuda redacta in Gallia in formam patrimonij, &c.*
6 *Feudi mediam partem ſine voluntate domini, iure feudorum quomodo alienaret vaſſallus.*
7 *Feudum iure communi feudorum non poteſt permutari ſine voluntate domini.*
8 *Feudum quomodo & quando & pro quibus in pignus iudiciale capi poſſit.*
9 *Feudo onera impoſita per vaſſallum, reſoluuntur redeunte ad dominum feudo, niſi ex donotione vel venditione vaſſalli poſſideat dominus.*

1 SVcceditur alicui vel eo viuente, vel poſt mortem: eo viuente, per contractus ex eius vel alterius voluntate: poſt mortem, ſucceſſione teſtamentaria vel ab inte-
2 ſtato. Itaque & in feudo, ius alicuius in alium transfertur contractu, is autem qui ſuccedit acquirere dicitur. Scio in hac quæſtione varias eſſe ſententias, num vendi, & pecunia & pretio feudum acquiri poſſit, quas prætermitto [f]: & cum Franciſco Curtio [g] iuniore breuiter reſoluo, poſſe feudum, quod propriè feudum non eſt, intercedente pecunia concedi, & emi & à domino & à vaſſallo poſſe [h]. Quod propriè autem feudum eſt ſecundum ea quæ in finitione dicta ſunt, in conſtitutione non pecuniam, ſed amorem exigit [i]. Ex 3
cõſuetudine generali etiam feudorũ ſatis apertũ, vaſſallum non poſſe ſine conſenſu domini feudũ alienare, quãuis infeudare poſſit minimis valuaſſoribus ſeu valuaſſinis: & ſi vendat vel alienet, irritam eſſe alienationem, & ad dominum feudum reuerti [k], quamuis poſteà redimat & recuperet feudum vaſſallus: nam nihilominus priuatur eo [l]. Niſi alienatio fieret in agnatos [m], cùm non videa- 4
tur propriè alienatum, quod eſt in agnatorum familia [n], vel niſi pacto ſibi vaſſallus proſpexerit licere ſibi alienare [o] aut ſi in Eccleſiam fieret alienatio [p]: alioquin nec neceſſitas vrgens clienti permittit alienationem, nec famis illius vt ſe alat cauſa [q], quia aliena res feudi eſt. Ex generali tamen 5
conſuetudine Galliarum, res feudales & cenſuales vendi liberè poſſunt irrequiſito domino, ſaluo tamẽ iure eius [r]. Quia feuda ſunt redacta ad qualitatem proprij patrimonij in Gallia quoad ius ſuccedendi, vendendi, transferendi, & cedendi [s]. Nec conſuetudines feudorum, quæ cõtinent prohibitionem alienationis citandæ ſunt in Gallia ſecundũ Petrum Iacobi [t]. Quamobrem & recepta eſt ſententia, hanc licentiam diſponendi ex arbitrio vaſſalli de feudo, locum habere in feudo ab Eccleſia habito, dummodò ſaluũ ius ſit Eccleſiæ, putà dummodò laudimia & alia commoda ei non adimantur [v]. Semper tamen, vt non ſemel monuimus, excipimus conſuetudines locales, ſi quę prohibeant alienationem: Item & pacta in lege traditionis feudi appoſita. Nam hæc in primis ſequi oportet in locis & inter perſonas in quibus ita diſponitur & ſtatuitur [v]. Iure tamen adhuc com- 6
muni feudorũ vaſſallus mediam partem feudi poterat alienare ſine domini voluntate, nõ amplius: ídque per contractum libellarium [y], quod reuocatum eſt ex conſtitutionibus nouis [z]. Aliæ & his conſuetudines locales in Gallia derogant, vt dixi. Sed nec iure illo feudorum, permutationes feudi 7
vaſſallo inuito domino permiſſæ, quia dominus directus in eo contemnitur [a]. Quamuis res Eccleſiæ, quæ inalienabiles ſunt, poſſint rectè cum alijs permutari [b]: nempe, quia alij directum non habẽt dominium. Quod autem ad pignus iudiciale per- 8
tinet, nec feuda eius nomine capi placuit, niſi deficientibus alijs vaſſalli bonis, & ratione tantùm fructuũ à creditore percipiendorum, feudo integro domino reſeruato [c]. Neque aliquod onus, vel 9
ſeruitus in præiudicium dominici iuris imponi poſſunt: & quamuis impoſita teneant pendente poſſeſſione vaſſalli, tamen eius iure reſoluto, redeũte feudo ad dominum iure dominij, reſoluuntur & euaneſcunt [d]: quamuis ſi ad dominum alio titulo priuato, vel donatione vaſſalli, redeat, ſuſtineantur [e]. Item vſumfructum quoque vaſſallus rectè alienat, quia fructus illi, feudum non ſunt [f]: in ſui præiudicium tamen non domini [g]. Fructuũ

f has refert Cur. Iunior in 5. quæſt. 2. par. tract. feudo. & in 4. par. quib. mo. feu. amitt. q. 26. nu. 117.
g Curt. d. q. 5. 2. par. & in q. 6. 1. par. fin. num. 17. tract. feud.
h §. fin. de iis q feu. da. poſ. §. 1. de nat. feu. §. 1. de beneficio fratris. §. 1. de inueſtit. in mari. fact. §. 1. quẽad. feu. ad fil. pert. in vſi. feu. ca. ad noſtram, de reb. eccl. no. alien. ap. Greg.
i §. 1. de feud. dat. in vicem leg. commiſſ.
k §. callidis, §. habito, & §. nos autem, de prohi. feu. alie. per Frede. §. 1. qualiter olim feu. alie. pot.
l §. 1. quid iur. ſit ſi poſt alie. vaſſal. recupe.
m ca. 1. verſic. pen. de ali. feu. pater. Paul. Caſtrẽ. conſi. 424. incip. cùm ſtatutũ. in 1. vol. Bald. in conſil. 38. 2. vol.
n l. voluntas, C. de fideicõ. l. 1. de impoſ. lucra. deſcrip. lib. 10.
o tex. in §. 1. de feud. non hab. propriam, natur. li. 11. Feu. tit. 48. Iaſon, in l. ſi. col. 2. verſ. ex quo habetis, de iur. emphyt. C. Ioã. de Platea, Luc. de Pen. gl. Bart. in l. prædia, de locatio. præd. ciuit. C. li. 11. facit §. feudũ ea lege, ſi de feu. def. controuerſ. lib. 2. Feud. tit. 26.
p Felin. in ca. quæ in eccleſiarum. col. 29. verſi. 4. limita. de conſt. Alex. conſil. 6. vol. 5. Boer. in §. 2. de conſu. feud. in conſuet. Bitur.
q Bald. in §. 1. qualiter olim feu. alie. pote. diſputat. hoc Cur. Iunior in 4. parr. tractat. feu. c. ex quib. cauſis alien. feu. lice. 16. q. nu. 10.
r Ioan. Fab. in auth. ingreſſi, col. vlti. C. de ſacroſ. eccl.
s d. Faber in §. 1. de empti. & vẽd. ap. Iuſtin. & in fin. tit. de leg. patro. tut. Guid. Pap. deciſ. 59. & 297. Iacob. de bello viſu, in rub. in quib. cauſ. feu. amitta.
t Petrus Iaco. tit. de ſucceſſ. feu. col. 8. verſicul. modò in Summa.
v Bal. in §. præ tereà ducatus, de prohi. feu. alien. per Feder. Ioan. Fab. in §. item Seruiana, col. 12. verſic. quid de ipſo feudo, de actio. Iaſon, in præl. feud. col. 2. verſ. an autem iſtæ conſtitutiones.
x Hoſt. in Summa de feud. §. apud quem, verſi. fin.
y §. 1. de alien. feu. lib. 1. Feu. tit. 13. §. fin. apud quem vel quos contr. feud. definia. lib. 1. Feu. tit 18. c. ſi. de feu. ſine culp. non amitten.
z §. 1. qual. olim feu. alien. pot. lib. 2. Feu. tit. 19. §. illud autẽ, quæ fuit pri. cau. benef. amit. li. 2. tit. 24. & tit. de prohib. alie. feu. per Lotarium & prohib. alie. feu. per Feder.
a Sic Aluaro in c. imperialẽ, de proh. alie. per Fed. & ibi Iacob. de Ardizo, & Spec. ti. de feu. §. quoniam, verſi. 32.
b l. ſed & permutare, cum auth. ſeq. C. de ſacr. eccl.
c Aluarot. in d. §. 1. de prohib. feu. alie. per Feder. argu. l. alienationes, & l. cùm putarem, fam. erciſc. P. & l. cùm poſtularem, de damn. infect. in fin.
d §. quid ergo, de inueſt. de re. alie. fact. c. 1. §. rurſus, de contr. inueſt. l. lex vectigali, de pign. P.
e l. cùm à matre. C. de rei vend. l. ex qua perſona, de regul. iur. P. Petrus Iacob. de actio. quæ dant. pro re quæ cad. in commiſ.
f l. in ædibus, §. 2. de donat. P.
g Aſuar. in d. c. imperialem Ioan. Raynal. & gl. in §. præterea. de capit. Conrad. negand. ſed diſtinguo vt in ſeruitute, & Curt. in 4. par. tract. de feu. tit. ex quib. cau. feu. amitt. in 15. q. num. 106.

commoditates, & vaſſallum alienare ad tempus poſſe [a], vnde & propter talem alienationem feudum non dicitur apertũ domino, vt ait Aluarot. [b] Andreas Pannoniæ rex fidei violatæ poſtulatus eſt apud Honorium 3. pont. ſumm. quòd neglecto iureiurando dominica prædia alienaſſet [c].

a facit in argumẽtum l. 1. C. pignus pigno. dat. ſit. probat. Bal. in cap. 1. §. aut ſi libellario, quib. mo. feu. amitt.
b Aluarot. in c. 1. §. fin. quæ fuit prima cau. benefi. amitt. conclu. 31. Zazius ti. de feu. par. 10. de feudi amiſſion.
c c. intellecto, de iureiuran.

## De acquiſitione feudi per ſucceſſionem defuncti. Cap. 18.

1 *De feudo, an vaſſallus teſtari poſſit etiam pro anima, & quando in quinque caſibus pro anima teſtetur iure communi feudorum.*
2 *Feudo legato Eccleſiæ vel alijs manibus mortuis, hæres tenetur ius morticinij ſuis expenſis à rege impetrare.*
3 *In quibus cauſis poſſit vaſſallus de iure communi feudorum de feudo teſtari.*
4 *Quæſtio, num feudum quod eſt ad filios peruenturum, poſſit vni filiorum per patrem prælegari.*
5 *Feudum quando veniat in reſtitutionem fideicommiſſi, quo grauatur filius.*
6 *Feudum quando imputetur in legitimam.*
7 *In feudo quomodo ſuccedatur ab inteſtato per plures.*
8 Droit d'aiſneé ou d'aiſneſſe, *quid ſit, & quantum primogenituræ iure apud vnum primogenitum ex filijs ſuccedentibus ab inteſtato remaneat.*
9 Chezé *præcipuum primogeniti, quid.*

1 QVomodo feudum ſucceſſione ab inteſtato quæratur, partim in perſonarũ qualitate dictum eſt: reliqua ex ſequentibus, & ex teſtamentaria ſucceſſione conſtabunt. Regulam itaque conſtituunt iura feudalia generalem, vaſſallum non poſſe de feudo teſtari, etiam pro anima [d]. Et idcircò eo iure palam eſt, non poſſe acquiri ex teſtamento vaſſalli feudum. Excipiunt quinque caſus, quibus diſponit pro anima [e]: primò, ſi feudũ ſit perpetuũ, & per alium ſeruitium præſtari poſſit [f]: 2. ſi feudum liberum ſit & francum [g]. 3. ſi feudum cum vaſſallo ad Eccleſiam veniat, vt ea vtatur pendente eius vita [h]: 4. ſi habens feudum ab Eccleſia in aliam Eccleſiam transferre velit [i]: 5. vt ſi legatum feudi factum non valeat, tamen in hoc operetur,
2 vt in hoc Eccleſia recipiat æſtimationem [k]. Addere licet, quod in legatis feudis Eccleſiæ vel alijs perſonis manuum mortuarum, putà xenodochijs capitulis, collegijs, & ſimilibus, hæres defuncti tenetur ſuis impenſis ius morticinij à rege impetrare, vt arreſto Pariſienſi deciſum eſt anno 1558. 22. Martij pro adminiſtratoribus ptocotrophij ſanctiſſimæ Trinitatis Lutetiæ, contra dominam Mariam de Briconeto in feudo de *l'hiemille*. Idq; iuſtis rationibus, quas refert Ægid. Magiſter [l],
3 apud quem videto. Placuit etiam interpretibus iure feudorum admitti teſtamenta de feudo vaſſallorũ, certis de cauſis: 1. ſi dominus viuente vel mortuo vaſſallo ratum haberet teſtamentum, valebit namque in præiudicium domini ratum habentis [m]: at ſi paternum vel antiquum feudũ, cõſenſus hic nõ præiudicat proximis, niſi & illorum accedat conſenſus [n]. Et idipſum 2. verum putatur, ſi præſentibus & nõ reclamantibus [o] iiſdem perſonis fiat teſtamentum. Probatur & 3. teſtamentũ, in quo relinquitur feudum filio, vel agnato, ad quem aliter etiam eſſet peruenturum [p]. Item 4. ſi feudum conceſſum vaſſallo pro ſe & pro quibuſcunque hæredibus ſuis [q], & ita legatarius eius pro hærede habetur [r]. Licet & ex conſuetudine Biturigum [s], & Burgũdię [t], in Gallia de feudo teſtari. Cæterùm quando receptum eſt, vaſſallum non 4
poſſe teſtari de feudo, ardua valde & quotidiana inſurgit quæſtio, & à pluribus variè agitata, quorum ſententias adfert & explicat Franciſcus Curtius [v]: num pater poſſit in teſtamento vni filiorũ, qui ad feudum veniunt, totum feudum prælegare. Quidam [x] rectè negare videntur, quòd pater hoc modo contra prohibitionem diſponeret, & prouidentia legis vtroſque vocet æqualiter, quæ infringi ab homine nequit [y]. Potiſſimùm cũ ius patris morte finiatur [z]. Atque cùm ex ſtipulatione paterna ius quæſitum ſit filio [a], alia diſpoſitione patris offerri non eſt receptum [b], niſi conſentiant quorum intereſt, vel ratum habeant. Sunt illis aliæ rationes omiſſæ. Quemadmodum qui cõtrariam ſequuntur viam [c], pluribus eam firmant, volúntque poſſe vaſſallum diſponere teſtamento, vt primogenitus ſuccedat tantùm in feudo. Citat arg. l. 2. C. de ſec. nup. item 2. quod ius patronatus, quod ad omnes liberos ab inteſtato pertinet [d], poſſit vni ex liberis aſſignari [e]. Tunc etiá 3. quòd rogatus aliquid familiæ relinquere, poteſt vnum ex familia eligere [f]. Poteſt addi argumentũ emphyteoſis receptæ pro ſe & hæredibus filijs, quæ vni ſoli relinqui poteſt [g]. At in tã varia quæſtione vallata tantis propugnaculis vtrinque, Curtius ſequitur diſtinctionem Franciſci Aretini [h], atque duobus axiomatibus reſoluit. Primùm, quando filij ſuccedunt in iſtis iuribus feudi ex mero iure concedentis, quia pater nihil dedit de ſuo pro eis obtinendis, tunc filij dicantur venire ex mortis cauſa capione ſecũdum Bartolum [i]. Vnde ſequitur quòd dum nihil habeat à patre, ius quod habent ex perſona alterius pater non poſſit illis auferre. Quare ſi pro feudo pater pecuniam non dedit pater alteri ex filijs non poterit prælegare. Alterum eſt, ſi pater accipiẽs feudum vel emphyteoſim pro ſe & filijs, aliquid exponit de proprio, tunc filij videntur habere feudum vel emphyteoſim ex tacita donatione paterna: & tunc diſtinguendum, an filij eſſent ſui iuris tempore mortis, vel non: vt ſi non ſint, videatur renouata donatio per tale prælegatum: ſi autem ſint ſui iuris, ſaltem tempore mortis, hic caſus pendeat ab his quæ ponunt Barthol. & modernior. in l. qui Romæ, §. Flauius de verb. oblig. Vide cætera apud Curtium, qui ſingulariter addit, quòd quando feudum ſuſceptum eſt pro ſe, filijs, & hæredibus, id eſt, quando feudum eſt hæreditarium, proculdubiò tenendum eſt patrem poſſe vni filio prælegare, cùm in tali feudo nemo alius poſſit ſuccedere, quàm is qui hæres eius ſit qui acquiſiuit, & ideò factum eius non poteſt impugnari [k]. Et in hoc feudo hæreditario, factum patris præiudicat filio [l]. Hinc 5
fit, vt ſi pater alterum grauauerit, vel omnes onere fideicommiſſi, teſtamento feudũ hęreditarium veniat in reſtitutionem fideicommiſſi: non hæreditarium autem ſuſceptum pro ſe & filijs tantùm, non vtique, niſi fideicommiſſarius ſit de deſcendentibus capacibus ad ſucceſſionem feudi [m]. Pla- 6
cuit etiam, feudum imputari in legitim[...] regu-

riter,

d hoc conſuetudine ferè Galliæ totius & feudorũ receptũ. In Gallia, par couſtume du Maine ti. des ſucceſſ. ar. 2?7. Orleãs. ti. de donat. teſta. art. 14. & ti. des ſucceſſiõs, arti. 265. Paris tit. de ſucceſſ. artic. 120. Blois eo. tit. art. 137. Charlois eod. tit. art. 95. Borbonnois, eod. tit. art. 324. Auuergne eo. tit. art. 53. Poitou, titul. de teſtamentz, ar. 208. Angolmois eo. tit. art. 114. Tourene titu. de ſucceſſ. entre nobles, ar. 1. iure autem conſuetudinũ feudorum idipſum receptũ eſt, vt in c. 1. de ſucceſſ. feu. c. 1. §. donare, qual. olim feu. alien. pot. Socin. conſil. 191. inci. adſit, 3. col. in 1. parte examinat per plures ration. in vtrãq; ſententiam Frãc. Curtius Iunior, in 4. par. tract. feud. ex. quib. cauſ. feu. amitta. q. 31. nu. 125. & ſeq.
e Curtius, vbi ſup. & Hoſtiẽ. in Sum. de immunit. eccl. §. in quantum, 7. col. verſ. ſed nec illa immunitas.
f præd. proxime cit. interp. & Felin. in c. quæ in eccleſiarũ, pr. char, de conſt.
g Bald. in c. inter dilectos, 4. col. de fid. inſtrum.
h Innoc. & alij interp. in c. in præſentia, de probat, ap. Greg.
i Felin. in d. cap. quæ in eccleſiarum.
k Curtius, vbi ſuprà, & Specul. tit. de loca. §. nunc aliqua, verſi. 17. facit l. filius fam. d. 117. §. ſed ſi quid a'icui, de lega. 1.
l Ægid. Magiſt. in deciſio. tract. des amortiſſ. c. 7.
m arg. l. ſin. C. ad Maced. Bald. in d. c. 1. §. donare. qualit. olim feud. alie. pote.

n §. 1. de feud. pater. Marri. Lauden. in d. §. donare.
o vide Bald. & alios, in l. quæ dotis ſol. mar.
p Ioan. Rayn. in §. habito, de prohib. feu. alie. per Federi. 21. col. facit tex. §. 1. de alie. feu. pater.
q Bald. in §. 1. & 2. de prohi. alien. feu. per Fede. Bal. in l. 1. de rer. diui. c. 1. de feu. non habẽ. prop. na. Alex. in l. quædam, §. nihil, de eden. latè Curt. vbi ſup.
r l. in tempus, §. 1. vſucap.
s in conſuet. Bitur. tit. de teſtam. §. 1.
t in conſuet. Burg. titul. des ſucceſſiõs, §. 4.
v Curt. vbi ſuprà.
x And. de Iſernia, Aluarot. in §. 1. de ſucceſſ. feu. & alij inibi.
y l. ſi arrogator. de adop. P.
z l. vxor patrui, C. de le. 1. ſtipulatio iſta §. ſi quis ita, de verb. oblig.
a l. quod dicitur. eo.
b l. ſi poſt mortem, §. fin. de bo. poſſ. contr. tab. l. inſulam, §. fi. ſol. matr. in P.
c vt Pau. Caſt. conſi. 163. inci. in cauſa.
d l. vt iuriſiurãdi, §. ſi liberi, de oper. li.
e l. 1. de aſſig. libert. in P.
f l. vnum ex familia, in prin. de lega. 2. l. filiusf. §. pen. de leg. 1. l. cũ plures, de leg. 3.
g Speculator. tit. de locato, §. nũc verò aliqua, verſ. 78.
h Franc. Curt. in l. apud Iulianũ. §. ſi quid alicui, de le. 1.
i Bart. in l. ſi mihi & Titio, de verb. obl. & in l. mortis cauſa capitur, de donat. cau. mort. in P. adde Bal. in l. 1. in fi. per quas perſon. nob. acq.
k l. cùm à matre. C. de rei vẽd. & hoc eſt ꝗ voluit Bar. in l. vt iuriſiurãdi, §. ſi liberi de oper. liber.
l Alex. conſi. 124. circa medium.
m tractãt hãc quæſt. Bartho. Alex. & alij in l. ſi patroni. ad Trebell. in P. Alex. in conſi. 29. 5. vol.



lariter, dummodò ipſum feudum proueniat ab ipſo teſtatore: ſecus, ſi proueniat ab illo aſcenden-
7 te [a]. Quando ab inteſtato feudum ſua natura eſt indiuiduũ, vt regnũ, comitatus, marchionatus, baronia, & ſimilia inter plures fratres dat ius ſuccedendi: diſtinguẽdum eſt ſecundùm cõſuetudines
8 locales, quarum illa æquiſſima videtur [b]. Per quã ſi bona alia, quàm feudalia ſint bonis defuncti, apud primogenitũ iure primogenituræ, quod vocant *droit d'aiſneſſe*, aut *d'aiſnée*, feudum integrè remanet cum ſuis iuribus, nec diuiditur, dũmodò alijs æquam portionem illius feudi ex alijs hæreditarijs bonis ſuppleat. Quòd ſi nihil ſit, ex quo ſuppleri pars poſſit, tunc diuidentur res feudi per manus primogeniti, qui ſibi iura primogenituræ retinet, ſatisfacto tamen pro illis ex alijs bonis fratribus. Iura autem illa ſunt, caſtrum præcipuum feudi, cum concepto eius & iure excubiarum vocant, *droit de guet*, vnum hominium ſeu fides vaſſalli alicuius, ius patrimonij facultas dandi elee-
9 moſynarias, leproſárias, & quod dicunt, *le Chezé*, nempe quatuor aripenta terræ circum caſtrum extra foſſas eius, & vallum: dummodò intra ſepta eius menſuræ non ſit ciuitas, piſtrinum: aut clibanum, ſeu furnus, bannaria: hæc enim diuidenda ſunt familiæ erciſcundę iudicio, vt reliqua: pro his tamen aripentis terræ, iuxta prædicta loca proximiora totidem accipiet. In alijs autẽ feudis eadem ferè iura primogenito competunt, ſed non tam ampla: nam competit quidem & domus pręcipua, nomen & inſignia feudi, & ſeptum & hominium ſelectum vnum, verùm pro iure illo *le Chezé*, ſi ſeptum nõ ſit, vnum tantùm aripentum terræ competit, & vt dicunt, volatus Gallinacei, vel *le vol d'vn chapon* [c]. Sed in hoc etiam variant, & proinde conſuetudines ipſæ ſunt conſulendæ.

a Alex. in d. l. ſi patron. Cur. in 4. par. tract. feud. ex quib. cau. feu. amit. num. 134.
b in conſuet. Turo. comme baronie doit eſtre deſpartie art. 1. & 2. Andium titu. des partages, arti. 278.
c Couſtume de Turcine ti. de ſucceſſion des nobles, ar. 3. Maine, eo. ti. art. 238. & 239. & 252. Paris. ti. de matie. feo. arti. 8. Charolois, titul. des fiefz articu. 4. Bourbon. titu. de ſucceſſi. ar. 301. 302. & 304. Aluerniæ eo. tit. art. 51.

## De cauſis, cur beneficia feudalia conceſſa ſunt, & extinctione, vel reuocatione beneficij. Cap. 19.

1 *Res omnis iiſdem ſoluitur, quibus inducta eſt cauſis.*
2 *Finis conceſſionis feudi amicitia, & quædam ex fide neceſſitudo.*
3 *Ideò ingratitudo beneficij amittendi cauſa.*
4 *Ingratitudo & domini erga vaſſallum eſt.*
5 *Feudo priuatur vaſſallus, ſi vocatus non veniat, & fidem non præſtet.*
6 *Vaſſallus vt priuetur feudo ob non ſeruitium exhibitum, interpellari debet.*
7 *Vaſſallus in bello dominum non iuuans, vel ſi deſerit pugnantem, feudo priuatur.*
8 *Vaſſallus in omni bello iuſto & iniuſto, an iuuare debeat dominum.*
9 *Vaſſallus quo bello, & quatenus teneatur ſequi dominum: & ibi quæſtiones plures de non iuuato domino in bello, remiſſiuè.*
10 *Feudo priuatur qui non defendit dominum conſilio vel auxilio.*
11 *Bannum & heribannum quid vocemus in Gallia.*
12 *Feuda franca à banno libera.*
13 *Feudo priuatur vaſſallus, qui beneficij patronum fuerit aggreſſus, vel dominum eius, vel ſi inſidias ei molitus.*
14 *Feudum amittit vaſſallus, deſerendo dominum, & conſilium detegendo.*
15 *Item ſi teſtimonium ſponte in dominum dixit.*
16 *Si aduocatus contra patronum ſit.*
17 *Vaſſallus malè iudicans contra dominum, quando feudo priuetur.*
18 *Adulterans vxorem domini ſui, vel rem habens cum certis perſonis alijs eius domus, priuatur feudo. Item turpiter cum vxore domini ſui ludens, &c.*
19 *Etiam ſi vxor domini ſit vidua vel ſponſa: idem in eius pediſſequa, etiam ſi prædictæ perſonæ eſſent publicæ meretrices: Quid de concubina domini, remiſſiuè.*
20 *Si ſe ſupponat vxor domini vaſſallo in lecto eius, feudum non amittit.*
21 *Ingratitudinis cauſæ, quibus amitti poteſt feudum ex alijs capitulis, quomodo elici poſſint.*
22 *Inficiatione domini ex certa ſcientia feudum amittitur, non ſi ignoranti.*
23 *Vendens feudum ſine voluntate domini, quando feudo priuatur.*
24 *Dominus inuitos vaſſallos in alios iure feudorum non poteſt alienare.*
25 *Extinguuntur aliqua feuda annonaria, inopia domini.*
26 *Vaſſallus tenetur alere dominum inopem.*
27 *Beneficium ſeu feudum inſolenter tractans, feudo priuatur, ſi monitus non reſipiſcat.*
28 *Promiſſio beneficij ſeu feudi antequam domino competat, quando extinguatur.*
29 *Feudo debito priuatur, qui permiſit alium de eo inueſtiri.*
30 *Feudum etiam amittitur repudiatione, vel refutatione.*
31 *Feudum quoque extinguitur, ſi res data ſit aliena & vaſſallo tenetur dominus de euictione.*
32 *Item ſi vaſſallus non poteſt officia vaſſallitica præſtare.*
33 *Et per renunciationem in manus domini.*

OMnis res per quaſcunque cauſas naſcitur: per eaſdem ſcilicet contrarias, diſ- 1
ſoluitur [d]. Summa totius intentionis 2
eſt beneficiariæ conceſſionis beneuolentia, vt neceſſitudo coniungatur dantis & accipientis: cuius vinculum fides beneuola, & repenſio beneficij, ad quam naturaliter tenemur [e]. Amicitiæ huius fides, in re & conſilio conſiſtit: proinde cum fundamenta hæc fidei & baſes corruerint, ſat ſcio neminem inficias iturum, beneficiariam cauſam corruere oportere deſtitutam ſub ſubſtantia. Sic enim in finitione diximus feudi, amore, non pecuniæ cauſa feudum conſtitui [f]. Nam amicitia quæ beneuolentia eſt, & voluntas erga aliquem rerum bonarum, illius ipſius cauſa quem diligit, cum pari eius voluntate [g]. Et amor, ex quo amicitia eſt nominata, princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam [h]. Hæc prouocat patrono- 3
rum munificentiam in beneficiarios, quã ſi cliens aut contempſerit, aut ingratus ei fuerit, vt indignum, beneficio ſpoliandum optimis rationibus conſuetudines feudorum exiſtimarunt. Atque ne poſthac litium eſſet ſeges incerta, præſcripſerunt cauſas, quæ muneris beneficiarij ſunt, à quibus declinans, & delirans dolo malo cliens, à beneficio caderet, & ſine culpa nõ priuaretur [i], ἀχαριστίας 4
cauſas exprimendo, quæ torquentur etiam in dominos qui fidelibus ſuis vices reddere tenentur: alioquin & iſti quoque infidi [k]. Sic enim gratiæ tres vel charites inter ſe implexæ ſunt, vt gratia perpetuo volumine & circuitu gratiam pariat. Primùm itaque feudo vaſſallus priuatur, ſi voca- 5

d c. 1. de regu. iur. ap. Greg. & l. nihil tã naturale, eo. in P.
e l. ſed etſi lege, §. cõſuluit, de peti. hered. P. l. Attilius Regulus, de donat. in P. l. ſi pignore, de fur. in P.
f c. 1. de feud. dato in vicem legis cõmiſſo.
g Cice. de inuentio.
h Cicero, de amicit.
i c. 1. de feud. ſine cul. nõ amit. lib. 1. Feu. tit. 21. §. 1. de natur. feu. eod. li. 1. tit. 7. c. 3. quo temp. mil. inueſt. pete. deb. c. 1. de conſtit. ap. Greg.
k c. de forma, 22. q. 5.

tus legitimè & cùm poteſt,non ſeruiat [a],vel ſi nõ
fidem præſtet domino [b] ſecundùm capita tradi-
6 tionis. Quæ de dilatione & mora præſtandi iura-
mentum fidelitatis diximus in iuramento fideli-
tatis, hîc repetenda ſunt: At in ſeruitio faciendo
mora ante priuationem per interpellationẽ exigi-
tur,aliter non priuatur feudo,ſi paratus eſſet [e], ſi-
cuti nec præſcribit contra dominum vllo tempo-
re,ſi dominus nòn egens, eo non vſus fuerit:con-
7 trà ſi egens non vtatur,vt diſputat Felinus [d]. Item
qui dominum in bello non adiuuat, & ſi eum in
bello deſerat,non mortuum,nec ad mortem vul-
neratum,feudo priuatur [e]. Et vt alibi [f] dicitur,ſi
in pugna eum dimiſerit,& cum eò non laboraue-
rit.Et rurſum [g], qui dominum ſuum,cum quo ad
prælium iuerit,in acie periclitantem dimiſerit,be-
8 neficio indignum ſe iudicauit. Hîc quidam dixe-
runt & in bello iuſto & iniuſto vaſſallum iuuare
debere dominum,exceptis caſibus,ſi contra ſupe-
riorem vel antiquũ dominum opẽ poſtularet,vel
extra cõmunionem Eccleſiæ eſſet dominus:quia
tunc ipſo iure ſoluuntur clientes à ſacramento fi-
delitatis dominorum, donec redeant in gratiam
Eccleſiæ & principis vel antiquioris patroni, ſi
feudum non ſit ligium. Quod & æquum eſt &
ſanctiſſimum,ſicuti & probarẽ in omni alià cauſa
vaſſallum teneri defendere dominum,ſed non in-
iuſtè manifeſtè pugnantẽ, aliúmve inuadere co-
gendum [h]. Sic forma fidelitatis habet promiſſio-
nem iuuandi dominum contra omnem hominẽ,
filiũ,fratrẽ, patrẽ, excepto rege vel imperatore [i],
excepto quoq; domino antiquiore [k]. Sic pulchra
extat conſtitutio Federici in hæc verba: *Præcipi-
mus, vt ſi vaſſallus de feudo ſuo alium vaſſallum ha-
buerit, & vaſſallus vaſſalli dominum domini ſui of-
fenderit, niſi pro ſeruitio alterius domini ſui hoc fece-
rit,quem ſine fraude antè habuerit,feudo ſuo priuetur,
& ad dominum ſuum,à quo ipſe tenebat,reuertatur* [l],
*niſi,&c.* Sanctior autem illa opinio mihi videtur,
quæ tradit [m], vaſſallos nõ teneri iuuare dominos
ſiue defendendo vel inuadendo in bello iniuſto,
quia nõ dicatur opẽ ferre qui ad nocendum adiu-
9 uat [n]. Bellum porrò iniuſtum dicitur quinque
modis [o]. Nec tenebitur tamen vaſſallus ſequi do-
minũ pro bello particulari eius vel alterius parti-
cularis extra prouinciã,niſi pro defenſione regni,
ad depellendos hoſtes eundũ ſit, dum vitãdus eſt
ingreſſus hoſtis [p]. In hoc capite plures diſputat
quæſtiones Curtius, quas videto [q] vtrum contra
ſe iuuare teneatur dominum,num primò iuuans,
poſteà deferens,priuetur feudo,an inhabilis bello
teneatur iuuare, num ſi dimiſit dominum putans
mortiferè vulneratũ,ſi honeſta de cauſa relinquat,
ſi dimiſſio domino non noceat,ſi duo fratres vaſ-
ſalli in prælio ſint, & vnus relinquat dominum,
10 alius remaneat,num priuetur relinquens.Proxima
eſt reprehenſio præcedenti,non defendiſſe domi-
num:quòd dominum à morte ſi poſſet,non libe-
rauerit:Et ideò tunc quoq; feudo priuatur [r],pũtà,
quia non detexit inſidias domino factas,prehen-
ſionem decretã, vel magnã iacturam patrimonij
imminentem,& in ſimilibus opem ſuam non ob-
iecit [s]. Debet in omnibus fidelitatis capitulis vaſ-
ſallus auxilium & conſilium domino,neque ſuffi-
cit ei abſtinerẽ à malo,niſi & quod bonum eſt fa-
ciat [t]. Ex ſuperioribus itaque conſtat morã & cul-
pam in ſalute & defenſione domini nocere:morã
autẽ culpam interpellatione fieri [v],ſi vocatus eius

a §.1. de feud. ſine cul. non amit.§.ſed nõ eſt alia, quæ fuit prim.cauſ. benef. amit.§. etſi vaſſallus, & §. licet vaſſall⁹, ſi de feu. def.contro.ſit &c. li.2.tit.16. §.fin. de allod. tit.54.
b §. final. per quos fiat inueſtit.lib.2. tit.3. Feu.§.eſt & alia, quæ fuit prima cau.benef. amitt.lib. 2.tit.24.
c in ſuperioribus iurib.& in §.adhoc,ti.hîc finit. lex, &c. li.2.tit.28.
d Feli.in c. ad audientiã, nu. 19. de præſcri. & in cap. cùm acceſſiſſent, 18.col.de cõſt.
e §. 1. quibus mo. feu.amit. lib.1.Feu.tit.5. & quib.mod. feu.amit.eod. lib.1.tit.17.
f c.fin. de feu. ſine cul. nõ amitt.li.1.tit.21.
g §. item qui dominũ, quæ fuit pri. cau. benefi. amitt. li.2.Feu. ti.24.
h de his, in §. 1.hîc finit.lex, &c. lib.2.Feu. tit.28.
i §. 1. de no. for.fidel.lib.2. Feud.tit.7.
k §. contra omnes, tit. hîc finitur lex.
l in §. illud quoque, de proh. alie.feu. per Feder.li.2. tit.56.
m Iacobus de bello viſu, & And. de Iſernia, in §. 1.q.b. mo. feu. amit.
n can. ſi rex, 24.q.7.gl. in c. de forma, 22. q.5.
o Gloſſ. in §. ex his, 23.q.1. notat in l. ex hoc iure, de iuſti.& iur.
p Ioã. de Iſer. in cap. 1.§. ſed nec iuſtior, quę fuit prim. cau.ben.amit. Aluarot. in §. 1. quib. mod. feu.amitt.
q Curt. in 4. par.tractat. ex quib.cauſ.feu. amitta. vſque ad 21.numerũ.
r §.fin.de alie. feu.pater.in 2. tit.39.vbi glo. explicat ſi ſine ſuæ vitæ periculò.
s §.præterea, quæ fuit prim. cau.ben.amit.
t §.1.de for.fideli. li.2. Feu. tit.6. cano. de forma 22.q.5.
v §.1.de feud.ſine culp.non amitt.§.ſed noneſt alia, quæ fuit 1.cauſ. benef. amitt, cum ſi mi libus.

rei gratia à domino,vel ſi,cùm ſcire poſſet vocari,
nõ adfuit [x]. Proinde in Gallia dũ obſequia & ſer-
uitia à clientibus per regẽ deſiderantur,cõuocan-
tur per bannũ & heribannũ.Bannum Franci dice- 11
bant vocationẽ.Heribannũ autẽ inde conſtat cõ-
poni,vel à voce Germanica *heer*, id eſt, exercitus,
vt cũ delectus indictus exercitus edicitur, vocari
dicantur omnes vaſſalli ad exercitũ vt veniant,vel
vicariũ mittant,vel certũ æs ad ærariũ deferãt:vel
ſi mauis coniungere Græcam dictionẽ,dices ban,
à πᾶν omne,quòd omnis exercitus vocetur,vnde
& dicimus piſtrinum bannariũ & clibanũ banna-
rium,id eſt,omnibus certi loci hominibus cõmu-
niter inſeruiens,vnde & vox erit Gallica *Riereban*.
Ab hócque obſequio quædam feuda liberantur: 12
qualia feuda aliquorum ciuium qui ex diplomate
regio ciuitatis certæ obſequio mancipantur,talia
etiã & feuda franca & libera. Tertiò loco multò 13
magis erit puniendus ademptione feudi, qui non
ſolùm beneficiũ non defenderit, ſed eũ aggreſſus
fuerit,vel caſtrum domini,ſciens maximè ibi eum
eſſe vel dominam [y]: quamuis etſi neſciat, eo ipſo
quod caſtrum domini violat,priuãdus ſit feudo [z].
Hícque proditionis crimen eſt, perfidiáque ma-
xima,quæ etiam alia pœna vindicanda eſt:cæterũ
nunc tantũ de feudi amiſſione agimus.In iſtis vio-
lantur ſacramenti fidelitatis præſtitæ duo capita,
tutũ & incolume, dãnum corpori,& dãnum ca-
ſtro inferẽdo [a]. Cùm domus vnicuiq; tutiſſimũ
debeat eſſe refugium [b].Idipſum intellige,ſi impias
manus in dominum intulerit, vel vitæ inſidiatus
fuerit veneno,vel gladio,vel aliter [c]. Si tamen vo-
luit dominum offendere,nec tamẽ inſidiatus fue-
rit,feudo non priuatur [d].At ſi fratrem ſuum occi-
derit,vel nepotem fratris filium,feudo priuatur [e],
non item ſi fratrẽ domini ſui [f]: grauius enim ſce-
lus eſt prodere proprium ſanguinem, & parrici-
diũ homicidio alterius hominis,vt docemus alibi
in crimine de ſicarijs. Sed & ſingulare eſt, etiam
eũ qui repudiauit feudũ,&ad obſequia non tene-
tur,tamen ob memoriam priſtinæ amicitiæ offen-
dere non debere dominum antiquũ [g].Quarto lo- 14
co & lædit tutum,& feudum amittit vaſſallus,do-
minum deferendo vel conſilium eius ſcienter, id
eſt,dolo malo detegẽdo,quod detectum nocet [h].
Sic enim exoſos huiuſmodi delatores leges ha-
bent familiares & domeſticos: vt ſtatim à limine
iudicij illorum voces funeſtes ſilere, gladio vlto-
re iubeant [i]. Et eos qui proditores dominorum
ſunt reiiciuntur cum indignatione [k]: niſi delatio
ſit criminis proditionis maieſtatis [l], vel ſuã pro-
ſequantur iniuriam:de ſuorum iniuria non idem,
quia polliciti ſunt vaſſalli cõtra omnes fidẽ [m], vel
niſi minores eſſent eiúſque ætatis vaſſalli,quę ve-
niam mereatur [n]. Simili ademptione caſtigatur 15
qui ſubiecit accuſatorem vaſſallus, vel teſtimo-
niũ dixit aduerſus dominũ ſpontè,ac qui detulit:
non ſi coactus à iudice [o].Eadémq; diſtinctio,quę 16
à teſte facta eſt,aduocato vaſſallo tuenda eſt,vt ſi
ſponte contra dominũ patrociniũ exhibuerit,feu-
do priuetur [p],quia cõſilium pollicitus eſt domino
in iuramento fidelitatis, & tutũ & vtile [q]. In quo
differt à liberto,qui non hoc pollicetur in manu-
miſſione patrono: & ideò aduocatione impunè
cõtra illum fungitur [r]. Contrà,ſi coactus neceſſi-
tate officij contra dominũ poſtulauerit:excuſatur
enim [s]. Et ego hanc ſententiam ſequor,quamuis

x l. quod te, ſi cer. peta. in P.l. mora, de vſur. P. l.ſi ex legati cauſ.de verb.obl.P.
y §. ſimiliter, quibus mod. feu.amit.lib.1. tit. 5.§.1. quib. mo. feu. amit. tit.17.
z glo.in d.§.ſimiliter & in §. porro,quę fuit prim.cauſ.benef.amit.
a §.1.de for.fidelit. libr. 2. Feu.tit.6.
b l.plerique,l. 18. de in ius voc. li.2.F. tit. 4. & l. qui in domũ alienã, de iniur. in P. l.ſi eum in fin. de fideicom. libert.in P.
c §.porro quæ fuit prim.cau. benef.amitt.
d §.ſi voluer. de capita. qui cur.vend. li.2. Feu.tit.51.
e §. ſimiliter, quib.mo. feu. amit.li.1. Feu. tit.5.§.deniq;, quæ fuit pri. cauſ.benefi.amitt
f §.1. an ille q. interf.fratrem domi. ſui, &c. lib.2.Feud.tit. 37.
g §.fin.de vaſſal.qui cõ.cõſtitut. Lothar. re.feu. alie. li. 1.Feu.tit.18.
h d.§.1.de for. fidel.tit. 6.li.2. §.1. quib⁹ mo. feu.amit.lib.1. tit.17.§.item ſi delator. quæ fuit prim. cau. benefi.amit.
i l.ſi quis ex familiarib. qui accuſ. non poſſ.C.
k l.fin.de delato.libr.10.C.
l gloſſ. in d.§. itẽ ſi delator, per §. cauſ. vt cùm de appel. cog. in Auth.
m in §.contra omnes,hîc finitur lex, &c.
n Aluarot.Iacob. de Ardizo,in d.§.item ſi delator.
o gl.in d.§.itẽ ſi delator. facit l.poſt legatum, §.ius vero, & ibid.Accur.de iis quibus vt indig.P.
p gl. in d.§.itẽ ſi delator. & ibi Aluarot.& Iac. de bello viſu, l.fin.P.de inoff.teſtam.
q titul.de for. fidel.& tit.de no.for.fid,melius in §.prætereà,quæ fuit pri.cauſ.benefi.amit.
r l.qui cùm maior,§.ſi patroni,de bon.lib.11.in P.
s l.prouidendo,C.de poſtul.

anc.



Franciſcus Curtius ſubſiſtat, [a] & deliberandum
amplius cenſeat,num ob patrocinium ſpõtaneum
17 contra dominum feudo priuetur vaſſallus. Affi-
nis cauſa priuationis eſt,ſi vaſſallus in cauſa domi-
ni iudicauerit contra dominum,& ex iiſdem actis
ſuperior eius ſententiam reſcindat [b]: quæ intelli-
genda ſunt, ſi arguatur præcedens animus in pa-
tronum malè affectus, vel culpa, quòd non con-
ſuluit peritiores:& ſi inde magnum diſpendium
domino acciderit, vel ſi criminalis eſſet cauſa [c],
18 Accedit alia cauſa ingratitudinis grauiſſima, qua
priuatur feudo vaſſallus delinquens cõtra hone-
ſtum,quod pollicetur in fide [d]:ſi cõcubuerit cum
vxore domini vel tentauerit concumbere, aut
cum ea turpiter luſerit, aut ſi cum filia aut nepte
vel ex filio, aut cum nupta filio, aut cum ſorore
domini,ſi iſtę perſonę in domo domini maneãt [e].
19 Probat & defendit perpulchrè Curtius [f] hoc
ipſum locum habere in vxore etiam vidua & ſpõ-
ſa domini,item in pediſſequa. Et quod valde no-
tabile, etiam ſi prædictæ enumeratæ perſonæ eſ-
ſent publicæ meretrices. Nam & adhuc vaſſallus
in reuerentiam & honeſtatem domino iuratam,
abſtinere debet.Quid autem in concubina,tu ipſe
apud ipſum videto, ne ſuppilemus ſcrinia illius.
20 Reum tamen nõ putant vel ademptione dignum
vaſſallum, ſi cõcubuerit errore ductus cum vxo-
re domini, putà quòd illa ſe in lecto vaſſalli, pro
21 eius vxore ſe ſubiecerit [g].Superioribus cauſis in-
gratitudines ſimiles poſſent contingere,quæ non
fuerunt expreſſæ,quæ tamen ad calculum adem-
ptionis à probo & circumſpecto iudice deduci
poſſunt,accurata rerum & perſonarum conſide-
ratione adhibita ex clauſulis feudorum generali-
bus,quæ ſuperioribus adiiciuntur, vt priuentur,ſi
ſimiles cauſas vel maiores vaſſalli commiſerint [h].
Et in ſumma concludunt interpretes, in omnibus
cauſis ingratitudinis, ex quibus iuſta eſt exhære-
datio [i], reuocatio donationis [k], & matrimonij
diſſolutio [l], eſſe & feudi amiſſionem. Quod col-
ligunt ex §. prædictis modis, quæ fuit prima cau.
benef.amitt.& examinat Curtius, quem conſuli-
22 to [m]. Ad cauſas quoque ingratitudinis, quæ feu-
dum adimunt, pertinet: ſi vaſſallus feudum vel
feudi conditionem ex certa ſcientia inficiatur,&
propter inficiationem ſit conuentus, nam ſpolia-
tur eo:ignoranti verò ſubuenitur, quia ſi dubitet,
dubitanter reſpondere debet [n]. Cæterùm pri-
mùm cognoſcendum eſt, iuréne vel iniuria cliẽs
ſe beneficiarium negauerit,pendentéque lite ſol-
uetur clientulo manus in feudum iniectio. Nam
placuit ob perfidiam ipſo iure beneficiariũ præ-
dium in commiſſum non cadere,niſi cauſa perfi-
diæ primum diſcuſſa: & niſi prius ſententia iudi-
cis clientem ſuum patronus expugnauerit [o]: ſiue
quis beneficiarium ſe negauerit, ſiue per annum
& diem à fide obſequióque cliens abſtinuerit,vel
alio modo feudum in caduci cauſam ceciderit,ex
qua ob noxam prædium dandum ſit lege cõmiſ-
23 ſoriæ domino. Iure quoque feudorum tacitè vi-
detur dominum offendere, & ideò priuatur feu-
do,qui ſine eius voluntate vendidit,quod iam ex-
plicatum eſt in acquiſitione feudi per ſucceſſio-
nem particularem ex emptione: quin & quando
vaſſallus feudum alienauit, feudum eſſe definit
apud emptorem quoque [p]. Punitur & tabellio
amiſſione officij,& infamia,qui contractum con-
24 ſcripſit [q], & manus abſciſſione [r]. Sicut dominus,
nolentes & inuitos vaſſallos iure communi feu-
dorum,& exceptis conſuetudinibus priuatis,non

a Franc. Curt. Iunior, 4. par. tract.de feudis cap. ex quib. cauſ.feu.amit. nu.72.
b gl.in d.§.itẽ ſi delator, per l. poſt legatũ, §. quidam, de de his quib.vt indig.
c Aluarot. in d.§.item ſi delator.
d tit.de for.fidelit.
e §. item ſi fidelis,quib.mo dis feu. amitt. li.1.ti.5.& alio, quib. mo.feu. amitt.tit. 17. c. fin.de feu. ſine cul. non amit. li.1.ti.21.§.rurſus, quæ fuit pri.cau.benef. amitt.li.2.Feu. tit.24.
f Franc. Curt. in 4.par.tract. de feu.in c.ex quib. cau.feu. amitt. à nu. 21. per ſeq.
g Aluaro.in §. 1. coll.vlt. q.b. mo. feu. amit.
h §. ſed quia naturalẽ, quæ fuit prim. cau. benef. amit.li. 2.tit. 24.§.1. in quib.cauſ.feu. amitt. libr. 21. Feu.tit.23.§.fi. quib.mo. feu. amit.li.1.ti. 17.
i de quib.in §. cauſis, vt cùm de appel. cog. in auth.
k de quib.in l. fi.C.de reuoc. donatio.
l de quib.in l. cõſenſu, cum §§. de repu.C.
m Frãc. Curt. in 4.par. tract. de feu.cap. ex quib.cau.feu. amit.in 38.cau. nu.77.
n in §. vaſſallus ſi feudũ,& in §. vaſſallus feudum, ſi de feud.def.fuer. contro. li.2 ti. 26.§.fin.de legib. Conra. li. 2.Feu.tit.34.
o hoc late explica.Molinc. in conſue. Pariſi.tit. de matiere feodal.§. 30.facit glo.in c. imperialẽ, §. callidis, in verbo reuertatur, de phib. feud.alien.per Fede.& ibi Aluarot.
p §.feudum ea lege, verſ.ꝙ ſi vaſſallus, ſi de feu.def. cõtrouerſ. fuer.&c. li.2.tit.26.
q c.1.§. ſi quis verò,de phib. feu.aliena.per Lotar. li.2. tit. 32.
r §.callidis,li. 2.tit.55.

poteſt in alium alienare [s]: niſi neceſſitate adiga-
tur ad venditionem [t]. Quemadmodum enim in-
tereſt domini, non mutare vaſſallos: ita ſubdito-
rum non mutare dominos [v], etiamſi mali ſint qui
præſunt, ne peiores eis contingant prioribus, &
ne iam ſaturis ex compilationibus bonorum ſub-
ditorum ſubmotis,alij famelici ſuccedant, qui re-
liqua tollant. Quod indicat apologo Aeſopus [x]
herinacei,qui μυοσόβης eſſe volebat vulpi,in quam
lapſam in foueam,miſeram, & caninis muſcis re-
pletam, cùm incidiſſet herinaceus eius miſertus
rogauit, num vellet vt ab ea muſcas euelleret:
cúmque ipſa negaſſet, & miraretur, reſponſum
accepit, *iam*, inquit, *hæ ſaturæ parum ſanguinis
trahunt, quòd ſi has tu excuties, fameſcentes venient
aliæ, quæ quod mihi ſanguinis reſtat totum ebibent.*
Aliæ cauſæ extinctionis feudi extra ingratitudi- 25
nem ſunt quædam, veluti in feudo de cumera &
cauea inopia domini, ob quam annonæ annuæ
feudi extinguuntur,ſi dominus ſine periculo ege-
ſtatis nòn poſſit præſtare [y]: prior enim charitas à
ſeipſo incipit [z]. Quod in aliis feudis perpetuis
non admitto, vtpote dominio vtili in perpetuum
in vaſſallum tranſlato,in quo non eſt locus pœni-
tentiæ [a]. Verumtamen non dubito iure amicitiæ 26
initæ ſacramento hoc vaſſallitico, teneri vaſſal-
lum ſubuenire etiam de propriis domino in ex-
trema inopia,ſaltem in alimentis:alioquin, ingra-
tum haberi & indignum beneficio. Non enim æ-
quum eſt videre egentem, quem prius habuit in
amicum [b],ſicut patrono egenti tenetur alimenta
præbere libertus [c], & donatarius, donanti: alio-
quin & ille libertate, & hic beneficio priuan-
dus [d]. Poteſt enim in hoc vitæ domini cõſulere,
& opem ferre. Ideò non minus ad alimenta te-
netur,quàm ad defenſionem & auxilium in bello
ex lege fidelitatis, aliter alimenta denegans occi-
diſſe videtur [e].Poterãt & olim,vt dixi alibi, feu-
da gardiæ & gaſtaldiæ [f], & ſoldatæ [g], auferri ex
nutu Domini, vel poſt tempus, ad quod conceſſa
erant, quia non erant perpetua. Poterant & mi-
nores valuaſſores ex arbitrio aliquando adimere
feuda minimis valuaſſoribus, reſtituto tamẽ pre-
tio,ſi quod accepiſſent [h]. Sed & qui aduocatiam 27
ſuam, vel aliquod aliud beneficium inſolenter
tractauerit, nec admonitus reſipuerit ab inſolen-
tia, beneficio exuitur [i]. Si clericus non apertum 28
feudum eccleſiæ promittens moriatur,antequam
ad eum à poſſidente redeat: vel ſi reuerſum iam
promiſerit, ſed ante inueſtituram factam deceſſe-
rit, euaneſcit feudi promiſſio: aliud in laico do-
mino [k]. Amittit quoque feudum qui ipſo iure 29
vocatus ad eius ſucceſſionem, conſenſerit eos
inueſtiri, ad quos ſecundum rectum morem non
pertinet, nec ad eum repetendum regreſſum ha-
bet [l]. Idem ſi poſtquã ſciuit alij datum,tacuit per
annum,nec cõqueſtus eſt [m]. Nã & expreſsè vaſ- 30
ſallus poteſt feudum dimittere,vocant refutare [n],
& repudiare [o],niſi in lege beneficiaria contra-
rium iurauerit [p], vel ſit ligium, vt alibi monui.
Extinguitur quoque feudum, ſi res data in feu- 31
dum aliena fuerit, & euincatur à domino, cuius

s §.ex eadem, de capitu. Cõrad.& c.imperialem, §.præterea, ducat⁹, de prohi.alie. per Feder.glo. in l.inuitus,de fideic. libe. in Pan. Hoſtienſ. Ioan.Andr. & copioſè Felin. in c.dilecti,de maior.& obedien.ap.Greg.
t Bal.in d.c.dilecti, arg.l.patronatus, & l. medic⁹ de op. libert. facit d. §.præterea, & §.ex eadẽ, eo.
v Innoc. in c. auditis, de præſcrip.apud Gregor.
x quem refert Ariſt.li.2. Rhetor.ad Theod. c.20.
y §.1.de notis feu. li. 2.tit.58.
z l.præſes prouinciæ, C. de ſeruit.
a §.in primis, in quib. mod. feu.amitt,§.& qa vidimus,& §.fin.qui feud. dar. poſſ.lib.1. tit.1.tit.de nat. feu. eo.li.ti. 7. §.1.de feu.ſine cul.non amit. li.1. tit.11. §.ſãcimus,quo tẽpo. mil. inueſtir. per.deb. § ſi facta, ſi de feu.def.contr. fuer.li. 2.ti.26.
b §. 1. de not. feu.li.2.tit. 58.
c l.2.de libert. & eor. libe.li. 6.C.tit.7.
d glo.in l. fin. de reuoc.don. l.ſi quis à liberis, §.alimẽta, de liber. agnoſc.P.
e l.necare, de lib.agno. in P. can. paſce, 88. diſt.
f §.fi.de pign. dat. feu. lib. 1. Feu. tit.11. §.1. de feu.gar.li.1. tit.2.
g §.1.& fi. quis dicat.dux,march.li.2.tit.10.
h §.1. de feud. dat. mini.valuaſſ. li.1.tit. 16.
i §.quicunque aduocatiã, de pac.tenen.lib. 2.Feu.tit.27.
k §.1.& 2. qui ſucce.feu.dar. tenean.li.1.tit. 3.§.1. qui ſucceſſ.tenean.li. 1 tit. 9.vbi diſtinctio, §.fin. quib.mo. feu. conſtitut. pot. li.1.tit.25.§.moribº, ſi de feu def.conten.ſit int. domi. &c. §.1. de cleric qui inueſt.fec.lib.2.tit.58.
l §.præterea, quib.mod.feu.amitt.lib.1.tit.5.ca. ſi quis de feu.dat.in vic.l.commi. lib.1. tit.27.
m §.Titius filios,ſi de feud.def.cont.ſit.
n §.rurſus,quib.mod.feud.amit.§.1.de alienat.pat.feu.lib.2.tit.39.§.fin. de vaſſ.qui. contra.conſtit.Lota.&c.lib.2.tit.38.
o §.1.an agna.vel fil.def.poſſit retine.feu.repud.hære.lib.2.tit.45.
p probat latè Iacobinus de Sancto Georgio tractat.de roydis & homag.nume.42. Bald.in c.quæ in eccleſiarum,circa 6.col. in verbo iuxta præmiſſa quæritur de conſtitutionibus.

nomine patronus vaſſallo ignoranter aliena in
32 rem accipienti tenetur [a].Item ſi vaſſallus non po-
teſt officia vaſſallitica ſubire,feudum amittit,vt ſi
clericus,vt alibi diximus, fiat, vel habitum reli-
gionis ſuſcepit, & depoſuit armatam militiam [b].
Si quid commiſerit vt poſteà in curia reſidere
non poſſit ad obſequia exhibenda [c]. Sic de aliis,
non enim datur beneficiũ, niſi propter officium,
quod qui non poteſt exhibere, amittere debet &
beneficium [d]. Quamuis in Gallia obſequia præ-
ſtari poſſint per vicarium, & ita non priuentur
vaſſalli, niſi ſi quid aliud, vel crimen, vel culpa,
33 vel locorum conſuetudo ſuadeat. Amittit & feu-
dum quis per renunciationem factam in fauo-
rem alicuius in manibus domini [e].

a § de inueſtitura de inueſt. in re alie.fact. li. 2.Feu.tit. 8. §.1. ſi de feud. vaſſ.ab ali. interp. fuer.li.2, tit.25.
b §.1. de vaſſa. mili.qui arma depoſ. libr. 2, Feud. tit. 21. §. qui clericus,ſi de feud. def. contro.ſit &c. §.fi.;de feu. fœmi.eo, 2.li.tit. 30.
c §.1. an ille q interf. fratr. domi. ſui feu. amit. li.2.Feu. tit.37.
d §.fi.de vaſſa. mili.qui arma depoſ. §.fin.an mut⁹ vel aliàs imperf. &c. li. 2, tit.36.c.fi.de reſcript. in 6. can.eos,can.ſi qs ſacerdotũ, 81.diſt, c.paſtoralis, de appellat.ap. Grego. cum ſimilib.
e §.1.de vaſſa, decrep.æta.li. 2.Feu.tit.14.

---

## Anacephaleoſis eorum,quæ ingratitudinem excuſant vaſſallorum, & culpabilem & ingratum reddunt dominum. Cap. 20.

1 *Eadem quæ debet vaſſallus domino,debet & mutuò dominus vaſſallo. Incolume,tutum, honeſtum,facile,&c.*
2 *Regula,eadem felonia qua vaſſallus priuatur feudo,& redit ad dominum, eadem priuatur dominus proprietate, quæ peruenit ad vaſſallum.*
3 *Quæstio, num Tyrannum principem occidere liceat, & inibi variæ ſententiæ grauiſſimorum authorum.*
4 *Tyrannicidæ quando in pretio, & de necatis & expulſis regno Tyrannis.*
5 *Tyrannos occidere vel eiicere, nec ſingulis, nec ſemper eſſe concedendum.*
6 *Obediendum etiam diſcolis principibus.*
7 *Plebs odit principes ſuos bonos.*
8 *Sponte quidam poteſtatem regiam abdicantes.*
9 *Tyrannus quis dicatur.*
10 *Tyrannorum facta quæ,& regis veri.*
11 *Principi turpia iubenti non tenentur obedire ſubditi:vxores ſubditorum non poteſt ad conuiuia vocare ſine maritis princeps,&c.*
12 *Princeps ob crimina poteſtate priuandus, non à quolibet, ſed cum conſilio:& ſummo pontifice conſulto.*
13 *Childericus, vt inutilis regno, amotus à ſummo pontifice Zacharia: Conſtantinus & Leo ab imperio per Stephanum Papam.*
14 *Plebs & vulgus ſemper in principes malè ſuſpicatur,ideò vulgus non audiendum.*
15 *Reges Spartiatorum Ephoris ſubditi.*
16 *Minores valuaſſores conqueri poſſunt apud ſuperiores dominos de patronorum ſuorum gubernatione.*
17 *Reſolutio quæſtionis,num liceat priuatis manus in ſuperiores iniicere.*
18 *Remedia, quibus ſine ſanguine vaſſallus poteſt ſe liberare à patrono improbo.*
19 *Poteſt ob acceptam iniuriam, ſæuitiam & ingratitudinem vaſſallus ſe liberare ab hominio patroni & fide. Exempla in comite Flandrenſi, & heroe Rayſiæ,prouincia Caſtellæ.*

1 IAm ſuperiùs docuimus, mutuam cau-
ſam eſſe fidelitatis patroni & clientis
beneficiarij:Sicut enim fidem vaſſallus
ſeruare debet domino,ita & is vaſſallo. Et incolu-
me, tutúmque, honeſtum, vtile, facile, poſſibile,
quæ formæ fidelitatis ſunt, & debentur à vaſſal-
lis:debentur quoque à dominis [f]. Proinde gene- 2
ralis conſtituta eſt regula, ex omnibus cauſis &
omni felonia,qua vaſſallus feudo priuatur, & do-
minum quoque proprietate priuari [g], quæ ad
vaſſallum pertinet, ſiue peccauerit in vaſſallum,
ſiue in alium [h]. Arbitror ita conſultum eſſe vaſ-
ſallis, ne manus iniicere etiã in Dominos ſeueros
præter modum,factóſve tyrannos vindicandæ in-
iuriæ illatæ cauſa audeant. In qua quæſtione eſt 3
proprius locus diſquiſitioni, num tyrãnum prin-
cipem vel Dominum occidere vel expellere li-
ceat. In cuius reſolutione perniciosè erratur, &
iura diuina & humana leui negotio violari poſ-
ſunt. Baldus diſputat, num intolerabiliter oppri-
mentem ſuos dominum vaſſalli expellere loco
poſſint: & poſt multa reſoluit, non licere [i]: ve-
rùm alibi dicit [k] non teneri illi obedire. Aluaro-
tus, à ſuperiori priuari hunc iure ſuo poſſe ab im-
peratore vel Papa. D. Thomas [l] ait etiam occidi
poſſe & cum merito à ſubditis: At in concilio
Conſtantienſi [m] condemnata eſt ſententia,vt hę-
retica,quæ dicit,quòd quilibet tyrannus poteſt &
debet licitè occidi per quemcunque vaſſallum
ſuum & ſubditum, etiam per clanculares inſidias,
& ſubtiles blanditias vel adulationes,non obſtan-
te quocumque iuramento ſeu cõfœderatione fa-
ctis cum eo, non expectata ſententia vel manda-
to iudicis cuiuſcũque.Proferam itaque in vtram- 4
que ſententiam authores,meam poſteà ſubiiciam.
Primùm ſatis ſupérque apud antiquos, imò &
omnibus ſeculis tyrannos & ſubditorum oppreſ-
ſores inuiſos & exoſos ſat ſcio,& illis magis, qui-
bus libertas gratior extitit. Et proinde iſti ſum-
mam tyrannicidæ gloriam eſſe putant. *Beatus*,in-
quit Cicero [n], *nemo, qui ea lege viuit, vt non modò
impunè, ſed etiam cum ſumma interfectoris gloria
occidi poſſit*. Et rurſum, [o] *hæc*, inquit, *non cogitas,
neq intelligis ſatis eſſe viris fortibus didiciſſe, quàm
ſit pulchrum, beneficio gratum, fama glorioſum, ty-
rannũ occidere*. Refert Valerius Maximus [p] Har-
modio & Ariſtogitoni qui Athenas liberare ty-
rannide conati ſunt,poſitas effigies æreas à Xerxe
vrbe potito aſportatas, longo interuallo Seleu-
cum in priſtinam ſedem curante reportandas:eáſ-
que Rhodios vrbi ſuæ appulſas, in hoſpitium pu-
blicum inuitaſſe,atque in ſacris puluinaribus col-
locaſſe.Erat apud Græcos lex,vt tyrannicida prę-
mio, eóque maximo donaretur, pro quo conſe-
quendo orationem elegantem edidit Lucianus [q].
Neque etiam ſatis pretij eſſe præſtitum adhuc pu-
tabant ei, à quo necato tyranno foci, fortunæ, li-
beri,coniuges, ſalus ac libertas omnium, poſtre-
mò ipſæ diuinę aræ,atque templa redimerentur [r].
Romulus cliẽtelarum primus Romæ author ſta-
tuit, vt patronus qui clienti fraudem faceret, ſa-
cer eſſet [s]. Extriti à Romana republica decemui-
ri Romæ ſibi tyrannidem vſurpantes [t]. Et Athe-
nis 30. prætores effecti tyranni primùm exilio
multati, deinde trucidati [v]. Scribit Quintilia-
nus [x], Alceum aureo plectro donatum, quia ſit
tyrannum inſectatus. Iſque alibi [y], legem memi-
nit apud Græcos fuiſſe, vt tyrannicidæ imago in
gymnaſio poneretur. Plato tyrannos, vt patri-
cidas, ex republica eiiciendos pluribus diſpu-
tat [z]. Et plura congerit in tyrannos Xenophon [a].
Celebris eſt memoria Timoleontis Corinthij,
quòd occiderit Timophanem fratrem natu ma-
iorem, cùm ciuitatem tyrannico mor[e g]uberna-
ret,

f §.1. de fort. fidel. li.2.Feu. titul.6. can.de forma, 22.q.5.
g §.1.quali.domi. propr.feu. priuat. libr.2. Feu.tit.47.
h §. domino cõmittente, ſi de feu.def.cõt. ſit, &c. libr. 2. tit.26.
i Bald. in l. ex hoc iure, de iuſt.& iur.
k Bal.in 1.rub. P.verſic.quicquid ſit.
l D.Thomas, in 2.ſent. art. pen.
m in conſil. Conſtant. ſeſſio.15.
n Cic.1.Philip.
o Cic.Phil.2.
p Valer. Max. lib.2.
q Lucia.Orat. pro Tyrannicida.
r Thomas Morus in oratio. Lucianicæ ſuperiori reſpondente.
s Dio. Halic. lib.2.
t Halic.in 11.
v Iuſtinus, li. 5.Hiſt.ex Trogo Pompeio.
x Quintilian. lib.10.
y idem Quintil.lib.7.
z Plato, lib.8. de repu.in fin.
a Xenophõ,in Hierone ſeu Tyranno.



ret, multóſque ex primoribus ciues inde natos
necaret, ſimul ac adhortatus eum fuiſſet, ſed in
vanum,vt mutata animi cupiditate à re cœpta de-
ſiſteret,ac admiſſorum in ciues facinorum emen-
dationem quæreret:quódque perſuadere non po-
tuerat, teſte Gemiſthio [a]. Hic etiam Dionyſium
Siciliæ tyrannum iuniorem, Corinthum priua-
tum remiſit [b]. Legimus expulſos regno tyrannos
iniuſtè imperantes, Tarquinium Superbum [c] à
Romano: Dionyſium, à Siciliæ regno [d]:Childe-
ricum Clodouei patrem, à Francico [e]: Eorium
regem Gothorum, ab Aluernis [f]. Iuſſit Deus Ie-
ſu filio Ioſaphat, vt percuteret Ioram regem,do-
mum Achab tyranni, & vlciſceretur ſanguinem
ſeruorum Dei [g]. Occiſa eſt interfectrix filiorum
regis Athalia à populo iuſſũ Ioiadæ [h]. Excuſſe-
runt iugum regis Roboam ob eius oppreſſionem
tribus Iſraëlis [i]. Et transfert regna Deus ob ſce-
lera principum, ſicuti & ob peccata populi [k]. Sic
à principio quidem omnes ciuitates Græciæ ſub
regibus viuebant, quandiu non barbarica licen-
tia vtebantur, & iuxta patrios mores ac leges iu-
ſtas regnum exercebant: dúmque regnatum
eſt certis conditionibus, vt apud Lacedæmonios.
Sed poſtquam aliquot eorum abuti cœperunt
poteſtate, & in rebus adminiſtrandis non tam le-
ges ſequi, quàm ſuam voluerunt libidinem, regni
tædio magna pars Græciæ mutauit ſtatum publi-
cum, in leges & magiſtratus tranſlata poteſtate,
qua conſeruarentur reſpub. vt author Diony-
5 ſius Halicarnaſſæus [l]. Cæterùm in diuerſam ſen-
tentiam,& exempla, & rationes quoque ſuadent
non eſſe hoc ſingulis permittendum, nec ſem-
per, niſi publica ſint huiuſmodi bene conſultata
decreta: & periculoſa & infandiſſima alioquin
ea haberi,& quæ breui omni ſpeciei rerumpubli-
carum interitum minentur. Dauid noluit mitte-
re manum in Chriſtum Domini,in regem Sau-
lem cùm potuit [m], qui tamen eum iniuſtè affli-
gebat & proſequebatur, quinimò eum qui vul-
neratum etiam volentem necauit, morte puni-
uit [n]. Datan, Core, & Abiron in principem ſuum
rebelles,viui terra abſorpti ſunt, exemplari iudi-
6 cio [o]. *Non eſt poteſtas niſi à Deo: & qui poteſtati
reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit* [p]. Et ideò Paulus
maledicens iudici, qui contra legem eum percuti
permiſerat, monitus eſſe principem, faſſus eſt ſe
peccaſſe, *quia*, inquit, *ſcriptum eſt, principi populi
tui non maledices* [q]. Diuus quoque Petrus iubet
nos obedire dominis non tãtùm bonis, ſed etiam
diſcolis [r]. Et ideò rectè olim apud Gallos, de re-
7 pub. non licebat niſi cum conſilio loqui [s].Popu-
lus & potiſſimùm qui ex illo impij ſunt, impa-
tientes dominationis, quæ eos inſtruat, ſunt: &
præceps excellenter plebs, quæ motu proprio
omnia aggreditur,vt notat in republ. Thebeorum
8 Polybius [t].Et oderit dum metuat [v]. Vnde plures
grauiſſimi viri poteſtatem regiam ſponte exue-
runt,alij deponere deſiderarũt, ſi licuiſſet,vt Ti-
moleus Corinthius Siculorum amore in regem
electus, maluit ſe deligi quàm metui:vt cùm pri-
mùm potuit imperium depoſuit, priuatúſque,
Syracuſiis, quod reliquum vitæ fuit, vixit [x]. De-
poſuit & poteſtatem Sylla [y]. Deponere ſæpe im-
perium voluit Auguſtus [z], & Aelius Pertinax [a]:
*Et meritò*, inquit Thomas Morus [b], *abſtinent ſa-
pientes à regenda republica habentes ſatis, vt quia
alienæ ſtultitiæ mederi non poſſunt, ipſi ſaltem ſint in
tuto, veluti qui effuſum in plateas populum, cùm ab
imbribus ad tecta reuocare non poſſunt, conſultè agunt
qui ſemet intra tecta continent*. Sunt itaque ratio-
nes, quæ in hac quæſtione concurrunt, híſque
aliæ poſſunt addi plures ſimiles, à quibus abſti-
neo,& vt me paucis expediam, quid ſit tyrannus
primùm explico. *Tyrannus*, inquit Seneca, *diſtat* 9
*à rege factis non nomine* [c], *quod olim regum erat.
Quid*, inquit Plato, *quoties vir vnus rectè ciuitatem
inſtituit, quod nomen illi conueniet? nonne tyranni
& regis* [d]? Et ſæpe pro bono principe apud poe-
tas & oratores Græcos antiquos, & pro malo
quoque accipitur: ſed apud recentiores de malis
plerunque dicitur.Et non tantùm de regibus,ſed
etiam de aliis,qui malè & crudeliter ſubditis im-
perant. Tyrannos itaque principes vocauit Guil- 10
lelmus Bened. [e] qui ſubditos, vel hoſtium agri-
colas inuadunt,& fruges perdunt ex Diodoro Si-
culo [f]. Et tot ferè poſſunt eſſe capita tyrannidis,
quot ſunt ſpecies oppreſſionis & deprædationis
ſubditorum. Nec ſolùm rex vel imperator tyran-
nus dici iniuſtè imperans poteſt,ſed etiam alij qui
tyrannicè dominantur:ſi tamen plures ſimul do-
minantur iniuſtè, propriè & factionem commit-
tere dicuntur [g].Feſtus [h] tyrannum dictum fuiſſe
tradit, à Thurrenorum inſigni crudelitate.Facta
tyrannorum namque in crudelitate cõſiſtunt,ſæ-
uire in ciues, delectari ſonitu catenarum, ſangui-
nem fundere, aſpectu ſuo terrere ac fugare: vt
contrà, boni regis & fœlicitas illius, multis ſalu-
tem dare,& à morte ad vitam reuocare,ciues ſer-
uare [i]:& vt Claudianus ait [k],

*--Sors iſta tyrannis*
*Conuenit, inuideant claris,fortéſque trucident.*
*Muniti gladiis viuant,ſeptíve venenis*
*Ancipites habeant arces, trepidique minentur.*

Sunt & illi,quibus familiare illud abſolutè, *ſic vo-
lo* [l], *ſic iubeo,ſit pro ratione voluntas*. Mandane mo-
nebat Cyrum [m],Regis dominatum eſſe non libi-
dinem,ſed legem:& contrà, in tyrãnide. Idipſum
firmat Plato [n], *quando*, inquit, *vnus ſecundum leges
dominatur, regem vocamus, non diſtinguentes nomi-
ne illum, qui ſcientia ſolus imperat, ab eo qui opinione
ſecundùm leges ſolus etiam dominatur. Et quoties ne-
que ex lege, nec ex more quiſpiam dominatur, ſimu-
latq; ſcire ſe & præter leges hoc ita rectius fieri opor-
tere: ineſt autem libido & ignorantia quædam, quæ
ad imitationem huiuſmodi inducit, vir talis tyran-
nus eſt appellandus*. Philo Iudæus ſubſcribit, &
eum eſſe tyrãnum,qui quæ vult ſine ratione exe-
quitur [o]. Et [p] differre à rege, quòd hic ius & æ-
quum:ille iniquitatem introducat in rempub. ty-
rannicáque mãdet,infeſta corpori & animæ,ma-
gnáſque moleſtias inferentia, vitioſas actiones &
voluptates,quæ naſcuntur ex affectibus.In fideli- 11
tate & iure principis intelligitur exceptum ius
etiam honeſtatis, vt eam per poteſtatem violare
non liceat.Et ideò,inquit Baldus,ſi princeps inui-
tat ſeu vocat vxores ſubditorum ad tripudiũ, non
tenentur venire [q]: niſi & mariti vocarentur, vt
vxores ſuas comitarentur,vt notat Marti. de Ca-
ſariis [r].Nec principi qui cõtra ius naturale iubet,
parendum eſt [s]. Aliter tamen, ſi contra tantùm ius
poſitiuum [t].Minus autem, ſi contra ius diuinum
imperet,obediendum,cùm potius ſit obediẽdum
Deo, quàm hominibus [v]. Ex quibus certè vera 12
differentia bonorum & malorum propoſitorum
aperta eſt. Et cùm priuati homines digni ſint
morte,vel exilio, ratione criminũ: multò magis
etiam & principes cõſtat ob eadẽ crimina, mor-
tis eſſe reos. Nec inficiari poteſt, quin ab illis ſal-
tem adimenda iure non ſit reipubl.adminiſtratio,
veluti

a Gemiſthius Pletho, li.1. de geſtis Græco. poſt pugnam. Mantineam.
b eod.Gemeſtius.
c apud Liuiũ, Pliniũ Iuniorem,de vir. illuſtr. Dionyſ. Halic.& alios.
d Iuſtin.li.21.
e Greg. Turo. libr.2. de geſt. Franco.c.12.
f idem Greg. Turon. libr.2. c.20.
g 4.Reg.9.10.
h 4.Reg. c.11.
i 3.Reg.12.
k Eccleſ.c.10. Ægæi 2.
l Dion. Halic. lib.5.antiquit. Romana.
m 1.Reg.24.& 26.
n 1.Reg.31.
o Numer. 16.
p ad Roman. c.13.
q Actuum, 23.
r 1.Pet.epiſt.1. c.2.
s Iul.Cęſar,li. 6. belli Gallici.
t Polyb.lib.6.
v Cic.1.offic.
x Æmil. Prob. in Timoleon.
y Appian. lib. de bel.ciuil.
z Diõ Caſſius, li.52. Zonaras, tom.2.in Octauium.
a Iul.Capitol. in Ælio Pertinace.
b Thomas Morus,lib.1. Vtopiæ.
c Seneca, li.1. de clementia.
d Plato, in amatoribus. de Tyrannide fecit tractatum Bartho.tractat & in l.decernimus, de ſacroſ.eccleſ.C.
e Guil.Bened. in repetit. ca. Raynu. ad verba, & vxoris nomine,num. 304.
f Diod. Sic.in 3.dũ de Iudæorum geſt. agit.
g vide D. Auguſt. libr.2. de ciuit.c.21.
h Feſtus, li.18.
i Seneca lib.1. de clementia, in fine.
k Claudia. in 4.honori conſulat.
l Iuue.Saty.6.
m Xenophon, li.1. Cyri.pæd.
n Plato,in lib. ciuili vel de regno.
o Philo Iudæ. lib.de confuſ. linguar.
p Philo Iudæ. libr.2. allegoriarum.
q Bald. in l. qꝫ ex liberta, de oper. liberto.
r Martin. de Caſar.tract.de prin.nu.16.
s can. non licet, 10. diſtin.
t Bald. in ca. cùm adeò, de reſcript.
v Actuum, 5.

veluti furenti gladius. Et in eo conſentio: at in
modo dominos tollendi,non adſtipulor illis, qui
permittunt idipſum quibuſlibet. Etenim ſemper
ſancta perſona ſemper liberto & ſubdito,& filio,
videri debet patroni & patris [a]. Hæc ſeria ſeriò,
non à priuatis, ſed ab omnibus ordinibus regni,
ſi de rege agatur deponendo, tractanda eſt quæ-
ſtio,& ſummus pontifex conſulendus [b], vt ſupe-
13 rior. Quemadmodum quãdo Zacharias ſummus
pontifex amouit, vt inutilem regno Childeri-
cum anno Domini 751.& ſubſtituit Pipinum [c].Et
Stephanus Papa 2. priuauit imperio Conſtanti-
num & eius filium Leonem, cùm non ſubueniſ-
ſent eccleſiæ contra Aſtulphum regem Lango-
bardorum, & tranſtulit in Carolum Magnum [d].
14 Hominum vulgus in deterius ſemper cõtra prin-
cipes & rerum publicarũ gubernatores ſuſpicax,
& contrà,vt ait Horatius [e],

*Virtus repulſæ neſcia ſordidæ*
*Intaminatis fulget honoribus,*
*Nec ſumit aut ponit ſecures*
*Arbitrio popularis auræ.*

Atque vanæ voces populi audiendæ non ſunt [f],
nec ſequendæ [g]. Miſerúmque nihil magis, quàm
ſi ſubditi velint ex ſuo arbitrio regem dominari,
& ſibi regem,non ſe regi ſubiicere:Inferior enim
ſuperiorem corrigere nequit [h]. Et mores populi
corruptiſſimi, in iſtis potiſſimùm miſerrimis ſe-
culis, quibus quiſque ſibi licere putat quod opi-
natur: verè certè miſera eſt vita principum, non
dicam malorum, ſed meliorum. Dum enim ma-
num ad depellenda crimina adiicere volunt, im-
piorum ſeueriſſimè excandeſcit ira:oderũt enim,
dum metuant, & quem multi metuunt, multos
odiſſe neceſſe eſt. Vnde ſatis infœlix per ſe vita
ſemper impendentium periculorum plena, vt
oſtendit Dionyſius aulæ ſiculæ inclementiſſimus
incubator,familiari quondam ſuo, ſolam beatam
exiſtimantem vitam tyranni, dum gladium vagi-
na raptum & à capulo de filo tenui pendentem
mucrone demiſſo, iuſſit familiaris capiti immi-
nere [i]. Eſt & multorum beſtia capitum populus,
leuis, incertus, & ad ſeditionem & rebellionem
facilis, dum tantùm ſingularia & ea quæ ante pe-
des ſunt,proſpicit: duræ ceruicis, vt opus non ſit
nec expediat principis ſui cenſuram, non dicam
15 mortem ei committere. Si principes ex nutu ſub-
ditorum, & adhuc ſingularium quorumcunque
penderent poteſtate, certè non reges, ſed infœ-
liciſſima eſſent mancipia, nec monarchia ſed de-
mocratia eſſet,peior regno Spartiatarum, in quo
Ephoro licebat legibus regem in vincula conii-
cere,quemadmodum in Pauſania contigit [k]. Di-
cebãt enim ſaltem illi cauſam,nec inauditi neca-
bantur,vel eiiciebantur,quamuis illis oppoſiti eſ-
ſent Ephori pro freno [l]:vt apud Romanos tribu-
16 ni plebis conſulibus [m]. Habẽt & minores valuaſ-
ſores, ſuperiores alios dominos, ad quos refu-
giant,quorum ope liberentur à fide data:& libe-
rati contemnant imperia patronorum ingrato-
rum. Nec eſt ſingulis concedendum, quod per
magiſtratus expediri poteſt [n]. Cur enim princeps
& magiſtratus ſuperior patietur ad arma perue-
nire, quos poteſt ſua iuriſdictione compeſcere [o]?
Et idcirco in medio iura poſita ſunt, ne quiſquam
17 ſibi permittat vltionem [p]. Et ità exempla tyran-
nicidarum hîc ſequenda non ſunt, quæ vel in li-
bera republica contigerunt, quæ regem non ha-
bebat,nec ei ſe ſubiiciebat,nec Dei iuſſui & altio-
ri mandato: aut temere facta ex bono ſucceſſu

a l.liberto,l.9. de obſeq. à liber.& li. part. & patro.præſt, li.37.P.tit.15.
b can.duo,& ca.imperator, 96.diſt.
c can.alius,15. q.6.Paul. Æmil. libr. 2.de geſt.Franc.
d c.venerabilem, de electi, ap.Greg.
e Horat.lib.3. Carm. Ode.3.
f l. decurionũ, C.de pœn. ca. Oſius, de electio. c.ſi ergo, 8.q.1.
g ca.miramur, 61.diſt.
h c. cùm inferior,de maiorit.& obedien.
i Cic.5.Tuſculan. & Macro. in ſom.Scipio, li.1.c.10.
k Æmil. pro. in Pauſa. Thucyd.in 1.
l Plato, de ll. 3. Ariſto.2.polit.c.7.
m Cicer.3.de legib.
n l.non eſt ſingulis,de regu. iur.
o l.æquiſſimũ, de vſuf.in P.
p l. nullus, C. de Iudæis.

metienda ſunt. Sunt itaque alia remedia, quibus 18
intacta perſona domini quis ſe poſſit liberare à
tyrannide & hominio patroni improbi: nempe
refutatione vel diſtractione rei, ob quam præſtat
fidem, vt diximus [q]. Dehinc & illo quod ab ini- 19
tio huius capitis propoſuimus, vt iure quis poſſit
apud ſuperiorem petere ab hominio, & ſi illud
perſonale fuerit,ſolutionem,quod facilè impetra-
tur [r]. Sicuti & ob nimiam ſæuitiam in ſeruos do-
mini coguntur vendere aliis [s]. Priuilegium enim
meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur po-
teſtate. Comes Flandrenſis à rege Franciæ pri-
uatus comitatu, quòd ſubditis petẽtibus ius non
redderet [t]. Herois Rayſiæ curiæ Pariſienſis de-
creto tandiu fuit immunis & ſoluta iuriſdictione
ac fide beneficiaria ducis Armorici, dum viue-
ret ob malæ tractationis cauſam [v]. In Hiſpania,
prouincia Caſtellæ, quæ regibus Legionis pare-
bat, à ſubiectione meritò putatur ſe ſubſtraxiſſe,
quòd Ordonius eo nomine ſecundus rex Hiſpa-
nia. cõtra fidem publicam datam comitibus qua-
tuor Caſtellæ,vocatos ad ſe,interemiſſet,& quoſ-
dam ex ſua nobilitate creauit, qui de publicis
priuatiſque controuerſiis inter eos cognoſcerent,
eóſque iudices appellari placuit [x]. Ita per iudices
regi tunc cœpit, vt olim populus Iſraëliticus [y].
Erat autem antè Caſtellæ comitatus ex feudo re-
gis Legionis [z].

q §.1.de vaſſ. qui cõtra conſtit.Lothar.
r Alberic. de Roſa.l.bene à Zenone, de quadr.præſcr. in 6.col.
s l.2.de iis qui ſũt ſui vel alie. iur.in P.§.pen. eo.ti.apud Iuſtin.
t Bal. in auth. ſtatuim⁹,C.de epiſc. & cleri.
v Ioan. Gall⁹, in quæſtio.deciſi. per Curr. areſto 340.
x Franciſ. Tarafa,lib.de regib.Hiſpan. in Ordonio 2. & in Alfonſo 4.
y toto lib.Iudic.& 1.Reg.
z Franc.Tarafa in rege Raymirio 2.

---

## Poſt feudi priuationem, ad quem reuertatur. Cap. 21.

1 *Feudum amiſſum ob ingratitudinem in dominum, ad eum redit.*
2 *Feudum mortuo vaſſallo ſine hærede legitimo, vel eo deſtituto vaſſallo,ad dominum redit.*
3 *Feudum paternum repudiatum vel alienatum,ad proximiores agnatos redit.*
4 *Feudum ademptum ob crimen aliud quàm in dominum vaſſallo,ad proximiores,non ad dominum venit: Num autem redeat ad dominum confiſcatione facta,inibi.*

IN quæſtione hac reuerſionis feudi, 1
diſtinctio adhibenda eſt ex ſuperiori-
bus: an priuetur quis feudo ratione
offenſæ domini, an alia de cauſa. Nam
concurrunt ſæpe in petitione feudi dominus, &
cognatus vltimi poſſeſſoris [a], ſi propter com-
miſſam ingratitudinem in dominum ad illum re-
dit beneficium [b], vt ſi concubuerit cum vxore [c]:
ſi beneficium alienet inconſulto domino, quia
dominum cõtemnere videtur [d]:ſi feloniam com-
miſerit in dominum [e]:ſi ab eo non petierit inue-
ſtituram [f].Et ſi plures domini gradatim feudi ſint,
& ſuperiorem minimus valuaſſor offenderit, non
ad dominum domini offenſi, ſed ad eũ, à quo ac-
cepit,feudum reuertitur, niſi dominus à domino
requiſitus neglexerit petere à valuaſſino ſatisfa-
ctionem [g]. Ob prælati etiam culpam, eccleſia pri-
uatur, quandiu is vixerit, feudo, quod dominus
vel rex poſſidet, poſteà autem eo mortuo eccle-
ſiæ reſtitui debet [h]. Quòd ſi alia de cauſa priue- 2
tur quis,diuerſi etiam ſunt conſtituendi delatio-
nis modi: nam ſi morte defuncti feudum poſſeſ-
ſore vacuum ſit,id eſt,ſi ſine hærede legitimo de-
ceſſerit vaſſallus,ad dominum redibit vel ſi feu-

dum

a §.1.de vaſſa. mili. qui arma depo.li.2.Feu. tit.21.
b §. denique, quæ fuit prim. cauſ. benef.amitt. li.2.Feu. tit.24. facit l. fi.de litigio. P.
c c.ſimiles, de feudo ſine culpa non amitt. lib.1.tit.21.§.1. de vaſſal. qui con.conſtitut. reg. Lothar. &c.li.2.tit.38.
d §.fi.quæ fuit pri.cau.benef. amit.§. præterea,de capitu. Conradi lib.2. tit.40.§.1. de vaſſ.qui contr. conſtitut.Lot. reg.li.2.tit.38.
e §.1. an ille qui interf.fratrem domi.ſui feud. amitt. li. 2.tit.37.
f §.præterea, de prohib.feu. aliena.per Federi.li.2.tit.55.
g §.illud quoque,de prohi. feu. alien. per Federic. lib.2. tit.55.
h §.fi.de capitu.Conradi li. 2.tit.40.
i §.item ſi fuerint.quib.modis feud.amit. §.fin.apud quẽ vel quos contro. feud.defi- nia.tit.18.



dum deſtituatur vaſſallo,qui obſequia non poſſit
3 præſtare [a]. At ſi feudum paternum alienatum eſt
ab altero fratrum, proximior, ad quem ſucceſſio
pertinet,repetit,non dominus [b], ſi alterius gene-
ris dominus [c], Et feudum paternum à filiis repu-
4 diatum,ad agnatos quoque pertinet [d]. Quòd ſi ex
graui quodam crimine in alium,quàm dominum
commiſſo adimatur feudum vaſſallo, putà quia
homicida,non ad dominum, ſed ad agnatos per-
tinet,ſi beneficium fuerit paternum [e]:non autem
ad delinquentis filios, niſi agnatis non ſtantibus
à domino nouo priuilegio impetrent [f]. Sed & hîc
variæ ſunt conſiderationes in computandis gra-
dibus admittẽdorum agnatorum,de quibus con-
ſules & de hac confiſcatione Iacobinum de San-
cto Georgio [g]. Scribit Speculator prædia quæ in
patroni inferioris clientela & alterius quàm re-
gis ſunt, ipſi non fiſco dari præterquam in crimi-
ne maieſtatis læſæ [h]. Faber etiam & in hoc crimi-
ne ad dominum clientis iuridicum ius feudi re-
uerti putat [i]. Cæterùm plura ſunt hîc conſideran-
da in confiſcatione facienda feudi, quæ tractat
Alexander ad l. ſi finita, §.ſi de vectigalibus, de
dam.infect.P.nu.16. Et ſequentib.reſoluit autem
facilè Iulius Clarus lib.4. ſententia. iuris. §. feu-
dum,quæſtio.84.

a §. fi.tit.epiſc. op. vel abba. &c.li.1.tit.6.
b §. hoc quoque, de ſucceſſ.feu.li.1.ti. 8.fin.
c §.etſi clienſulus, de alienat.feud.
d §.fi.an agna. vel filius def. repud hæred. poſſit ret.feu. li.2.tit.45.
e §. denique, quæ fuit prim. cauſ. benef.amitt.§.1. an ille qui interfe. &c.
f §.1.ſi vaſſal. feu.pri.
g Iac.de Sãcto Georg.in tractat. de feu. in §. dictíque vaſſalli, nume.58. 59.60.
h Spec.in ti.de feu.verſ.40.
i Fab. in auth. bona damnatorum,de bo. proſcri.C.

---

## De controuerſiis, & iudiciis feudorum. Cap. 22.

1 *Species cauſarum de quibus iudicia feudalia fiunt.*
2 *Circa res controuerſia feudalis.*
3 *Feudi,& emphyteoſis differentiæ.*
4 *Feudorum natura vt indaganda.*
5 *Quæ veniant in petitionem feudi.*
6 *Perſonæ de feudo contendentes ſunt vel maiores, vel minores, vel æquales valuaſſores inter ſe, cum aliis, &c. Et de foro harum perſonarum, & quæſtionibus.*
7 *Quatuor remedia vaſſalli, ſi dominus ei neget iuſtitiam.*
8 *Quomodo controuerſiæ inter dominum & vaſſallos,& coram quibus iudicibus terminandæ.*
9 *Ex quibus cauſis vaſſallus ratione feudi agit contra dominum.*
10 *Feudo repetito à domino, hæredes mortui repetunt ab eo meliorationes.*
11 *Feudo redeunte ad dominum poſt mortem vaſſalli, quomodo fructus inter dominum & hæredes diuidendi.*
12 *Dominus ex quibus cauſis agat ratione feudi contra vaſſallum.*

1 COntrouerſiæ quæ in tractatione feu-
dorum conſiderantur, ex ſuperiori-
bus & ad ſuperiora confirmanda,erũt
vel rerum ipſarũ feudalium, vel pro-
pter res ipſas, vel quæ ab illis pendeant, vel per-
ſonarum pro feudo, vel pro his, quæ feudi ſunt,
2 vel aliarum rerum. Rerum feudalium poteſt mo-
ueri quæſtio, num ſint allodiales [k] vel feudales,
vel libellares,vel emphyteoticariæ, cuiuſque na-
tura inſpicienda,in quibus differant, quibus con-
3 ueniant,& in quibus pugnent. Feudum differt ab
emphyteoſi in multis, de quibus te admonebit
Speculator [l],Barto. [m] Baldus [n]. Diſtinguit hæc
4 & à libellario eruditè Cuiacius in 1. feudorum:
mouentur & iterum quæſtiones in rebus feudali-

k de quibus in principio & ibi differentia cum feudis.
l Specul.tit.de loca.§.nunc aliqua.verſ.4.
m Bart.in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi,de op. libert.in P.
n Bald. in authẽ. ſi quas ruinas, pen. col. de ſacro.eccl. C.& in l.qui ſe patris, col.10. vnde libe.C.

bus,cuius generis feuda ſint, an ſint regia, vel li-
gia,vel franca,&c.& in hac parte diuiſionem feu-
dorum euolue,de qua anteà.Propter res feudales 5
in conſiderationem veniunt fructus, id quod in-
tereſt,incrementa ſeu augmẽta rerum feudalium,
iura quæ ab illis pendent,inueſtitura, fidelitas,&
quæ ibi promittuntur, & quæ contra pacta fiunt.
De rebus feudalibus contendunt vel maiores vel 6
minores, vel æquales valuaſſores: vel inter ſe vel
cum aliis non valuaſſoribus:domini cum vaſſallis,
& contrà:vel hæredes vaſſallorum cum dominis.
Proinde & hinc varij modi agendi, variæ proba-
tiones, & tribunalia, & iudicia diuerſa. Igitur ſi
inter ſummos valuaſſores, quos diximus capita-
neos,vt putà duces,comites,marchiones,qui feu-
da regalia habent,agatur,quæſtio proponenda eſt
agenda, & terminanda coram rege vel imperato-
re [o]. Si inter minores vaſſallos vnius domini de
feudo vel eius parte, vel de finibus feudi contro-
uerſia ſit, dominus feudi iudex erit [p]:ſed ſi vnus
tantùm ſit vaſſallus illius domini, & de illo feudo
non ſit controuerſia,ſed de alio,dominus non erit
iudex, ſed curiæ eius pares [q]. Quòd ſi dubium ſit,
quis litigantium ſit vaſſallus,quòd ambo præten-
dant inueſtituram ſibi factam noui feudi, vel ab
eodem domino, vel à diuerſis: tunc adeundus eſt
iudex ordinarius, vel arbiter conſtituendus [r]. Et
ſi coram eodem domino vterque conteſtetur, &
alius dicat feudum nouum, alius antiquum,ordi-
nario quoque iudice vel arbitro vtendum [s], non
domino: qui quia nouum conſtituit feudum, in
propria cauſa iudicare videretur:niſi velis admit-
tere pares eius curiæ [t]. Cognitio tamen domini
eſt, ſi vterque litigantium feudum antiquum fa-
teatur,& ab eodem inueſtitore [v],non ſi à diuerſis:
quia tunc ordinarius adeundus vel arbiter [x]. Si
inter vaſſallum & alium extraneum de feudo cõ-
trouerſia ſit,ordinarius quoque iudex adeũdus [y].
Item ſi cum eodẽ extraneo de alia re quàm feu-
dali, in qua non eſt iudex competens dominus [z]:
niſi ibi eſſet dominica iuriſdictio [a]:In quibus cau- 7
ſis dominus iuſtitiam vaſſallo debet,nec eam vult
exhibere, quatuor remedia vaſſallis parata ſunt
poſt legitimam interpellationem, vt adito ſupe-
riore cogat eum ſibi iuſtitiam impartiri [b]: vel ad-
eat iudicem ordinarium rei, & ibi eum conue-
niat [c]:vel ad ſuperiorem, ob denegationem iuſti-
tiæ prouocet [d]: vel petat dominum proprietate
priuari [e],quia & denegans iuſtitiam domino vaſ-
ſallus feudo priuatur [f]. Quòd ſi controuerſia ſit 8
inter dominum & vaſſallum,ad res quoque con-
trouerſias primùm animum aduerte: ſi enim non
feudales ſunt,iure ordinario ab ordinariis nego-
tium terminabitur, ne ſit iudex in cauſa propria
dominus [g]:ſi de feudalib⁹ agatur, videlicet de in-
ueſtitura vel violentia,vel commiſſo, etiam ſi pa-
res minores ſint litigatoribus [h]: tunc ſi pares ha-
bet dominus, ij iudices ſunto [i]:ſi negent iuris de-
ciſionem,ordinarium adeat [k], quemadmodum ſi
pares non habet, vel illi producendi ſint in teſtes
inueſtitutæ,vel alteri⁹ rei à domino vel vaſſallo [l],
ne fungãtur duplici officio iudicis & teſtis [m]. Et ſi
agatur alia actione quàm cõdictione feudali,purà
remedio l.ſi quis in tantã C.vnd. vi:tunc erit ad-
eundus iudex ordinarius [n]. Agit autẽ vaſſallus cõ- 9
tra dominũ qui promiſit, ſe daturũ inueſtituram,

o §.1.apud quẽ vel quos contro.feud.termina. debe.c. 1.de lege Conra.li.2.tit.34.
p c.imperialẽ, in § penul. de prohibit. feu. alie. per Fede.
q d.cap.1.apud quem,&c.
r c.1.§.ſi autem inter de lege Conrad.
s §.1. de inueſtitu.in marit. facta.
t §. . an apud iudi.vel dom. controu.feud. termina.debe.
v §.1.de inueſtit. in marit. fact.
x §.ſi duos §.ſi tres,de pac te nen.c.1.an ap. iudi. vel dom. &c. c.2.de capit.Conrad.
y c.1.de controu.int. vaſſ. & alium.
z c. cæterùm, de iudic.& ibi interp.ap. Gregor.
a Innocent.& Panor. in d.c. cæterùm.
b glo.& Aluarot.in c.imperialem.§.præterea,deproh. feu. alien.per Federi. facit l. 3.§.1.de recep. arbi.c.1.de milit. vaſſal. qui contu.eſt.
c d.c.imperialem, §. pen. c. licet,c.verum, & c. ex tranſmiſſa, de for. compet.
d §. ſi tamẽ cõtigerit, vt differ. iudic. &c. in auth.c.1. de mili.vaſſa. qui contu.eſt.c.irrefragabili,de offic. ordinar. iudic.
e c.1.quali domi.propr. priuet.
f §.itẽ qui domi. quæ fuer. pri.cau.ben.amitt.
g can. ſi clericus,11.q.1.
h §.penult.de prohib. feu alien. per Federic.& ibi Bald. & Innocen.in c.cæterùm,de iudic.ap. Grego.c.1.de controu.int.vaſſa. & epiſcopum, diſputat de hac iuriſd. Iaco. de Sancto Georg.in §. & d.vaſſa.in tracta.de feu.
i Bal. in prœ. Decretal. in 1. rub. Feli.in d. c.cæterùm, 9. col.§.1. de cõtrou.feudi ap. pares terminan. lib.2.feu. tit.16.

k c.ex tranſmiſſa,de fo.compet.l.illicitas,de offi.præſid.
l vt in c.1.de pign. dat.feu.li.1.Feu.ti.11. & c.1. qui teſtes ſunt neceſſ. ad prob. nouam inueſtit.§.1.de conten.feu.lib.1.tit.23.& 26.
m contra c.dilecto,de teſtibus,ap.Greg.
n Bald.in c.1.de inueſtit.in mari.fact.

vt det:

vt det [a]:vt facta inueſtitura & præſtita fidelitate,
dominus cogatur vacuam poſſeſſionem tradere,
& ob moram omnem ei vtilitatem præſtare [b],vt
non liberetur dominus ab illa obligatione, etiam
volens id quod intereſt cum pœnitentia dati ſol-
uere vaſſallo,ſed præcisè tradere cogatur [c].Petit,
etſi feudum repetatur emptitium, vt reſtituatur
pretium [d]. Agit etiam, vt fidem ſeruet,prout ſu-
prà diximus:alioquin vt proprietate priuetur, ex
10 cauſis quibus ipſe priuaretur ingratus feudo. Sed
& hæredes eius à domino recipiente vel recupe-
rante feudum repetunt augmenta ſeu meliora-
tiones in feudo factas, vel æſtimationē earum [e].
11 Et ſi decedente vaſſallo ſine maſculo, contingat
feudum ad dominum reuerti: ſi moriatur ante
Martium menſem, fructus ex integro domini
ſunt,ſi poſt Calendas Martij vſque ad Auguſtum,
hæredis vaſſalli.Si poſt Auguſtum, omnes domi-
ni [f]. Agunt & agnati defuncti, vel quia priuati
feudo contra dominum repetentem feudum, vt
vocati ad feudum paternum antiquum ex pacto,
ex conſuetudine, & aliis modis, quibus ſibi ius
eſſe prætēdunt [g]. Dominus contra vaſſallum agit, 12
vel quòd neget eum vaſſallum feudúmve ei de-
diſſe [h], vel quòd ingratum arguat, quòd in com-
miſſum feudum cecidiſſe contendat, vel quòd
portionem aliquam feudi repetat [i]. Sed & qui
emit feudum à vaſſallo, quod euictum à domino
eſt, quanti ſua intereſt repetit à venditore [k]. Et
hæc ſufficit de feudis dixiſſe, in quibus maioris,
vt ſæpe monui, ponderis erunt perpetuò ſingu-
lares conſuetudines locorum, quàm quæ in Inſu-
brum conſuetudinibus, & in legibus cauta ſunt.
Ad alia nunc transferatur oratio.

a §.ſi.qui ſucceſſo.da.feud. tenean. libr. 1. Feud.tit.3.
b §.fin.de no. for.fidelit.li.2. tit.7.
c §.ſi pacta, ſi de feud. def. conten. fuer. li.2.tit.26.
d c.1. de feud. dat. minimis valuaſſor.
e §.ſi vaſſallus, ti.hic fini. lex &c.li.2.tit.28. §.à contrario, de inueſtit. de re alie. fact. li. 2.tit.8.
f §.his conſequēter, tit.hic finitur lex,&c. §. cùm autem, ſi. de inueſtit. feud.controu. fuer.li.1.tit. 4.
g tit. ſi de feu. def.fuer. controu.&c.
h §.1.& §.ſimiliter, ſi de inueſtit.feu.controuer.fuer.& tit.de conten. int.dom.& fidel.li.10.& tit. ſeq.li.1.
i in §.1. de cōtent. inter me & dom.de portio.feu.frat. li. 1.tit.12.
k §.ſi vaſſallus feudum, ſi de feu. def. conten.fuer.lib.2. tit.26.

*Syntagmatis iuris vniuerſi prioris partis.*

*FINIS.*